A perinde ac alia subditum, si, vt illi volunt, serò genitus, & eorum qui in tempore facti sunt vnus est: necessariò beatus Euangelista acrius insultat hæreticis, & ab omni quidem seruitute Filium vendicat, & ab omnipotente substantia manare ostendit, in eaque naturaliter ipsum existere asserit, dicens:

In principio erat Verbum.

Principij autem vocabulo, illud, *Erat*, B subiũgit, vt non solũ gloriosus, verumetiam ante secula genitus intelligatur. Illud enim, *Erat*, hic positum est, quò contemplantis animus in profundam quandam & incomprehensibilem, & ineffabilem quæ cuncta superat tẽpora generationem intendatur. *Erat* enim, indefinitè prolatum, quonam in loco nos sistet, cum prosequentem mentem naturâ suâ semper anteuertat, & quam illius quietem esse putaueris, hãc vlterioris cursus faciat initium? *Erat* igitur *Verbum in principio*, hoc est, in potestate quæ est supra omnia, & ex ipsa existens naturaliter, dominiq; maiestate præditum. Quod si ita est, quomodo creatus demũ aut factus erit? Vbi deniq; illud *Erat* aliquo modo *non erat*, inibit, aut quem tandem locum habebit in Filio?

ΚΕΦΑΛ. β.

Cap. II.

Ὅτι καὶ Θεὸς καὶ ὁμοούσιος τῷ πατρὶ ὑπάρχων ὁ υἱὸς
ἐν ἰδίᾳ ὑπόστασί, ὁμοίως δὲ καὶ ὁ πατήρ.

Quòd & Deus, & consubstantialis Patri quum sit Filius, in propria est hypostasi, similiter autem & Pater.

Καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν.

Et Verbum erat apud Deum.

Κενὸν ἤδη, καὶ τῆς ἀληθείας ἀποσφαλλομέ-
νων ἀποδείξας ἱκανῶς τὰ ἀμαθῆ τῶν σκῆνα
δοξαζόντων ἀφρόνως, καὶ ἀφ' ὧν εἰπεῖν, ἐν ἀρχῇ
ἦν ὁ λόγος, πᾶσαν ἀποκλείσας προφάσιν τοῖς ἐξ
οὐκ ὄντων εἶναι λέγουσι τὸν υἱὸν, καὶ πᾶσαν αὐτῶν τὴν
ἐν τούτοις εἰκαιολογίαν ἀποτόμως ἀφελὼν, ἐφ'
ἑτέραν ἔρχεται κεκμηκότα τε, καὶ δυσροπωτάτην αἵ-
ρεσιν, καὶ ὥσπερ αὖ εἴ τις ἄριστός τε ὁμοῦ, καὶ πλου-
σίου φυτουργὸς, τοῖς μὲν ὅτι τῇ διχέλλῃ, καὶ μάλα
δὴ πόνοις ἐφήδοιτο, περιεζωσμένος δὲ τὴν ὀσφῦν,
καὶ ὡς ἔνι μάλιστα τοῖς αὐτοῦ προσποιοῦν ἀγροικιζό-
μενος σχήμασι, πᾶσαν ποιοῖτο σπουδὴν τοῦ ἐξ ἀκάν-
θων ἀκάρπου ἐλευθεροῦν ἀποδεῖξαι τὸν παράδεισον
ὅλον, ἄλλοτε δὲ ἐπ' ἄλλοις καθαιρέθων ὑ παύεται,
καὶ κύκλῳ περιόντων ἀεὶ τὸ λυποῦν ἀποχλίζῃ ξύ-
λον τε σκληρὸν ὀδόντα τε διχέλλης ὑποτιθείς· οὕτω
καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης τὸν ζῶντα, καὶ ἐνεργῆ, καὶ

C Vm inanem & veritatis expertem illorum qui ista sentiunt ineruditam mentem satis superque iam ostenderit, & his vocibus *In principio erat Verbum*, omnem aditum præcluserit iis qui è nihilo Filium esse dicunt, omnemque eorum vanitatem paucis euerterit, aliam vicinam ac admodum peruersam hæresim aggreditur: Et quemadmodum, bonus ac laboriosus hortulanus ligone & laboribus oblectatur, lumbosque præcinctus, & quo par est agresti habitu indutus, omnem suam curam in purgando horto, & eradicandis spinis ponit, aliamque post aliam eruere non cessat, & circumeundo rastri dente versare siquid est noxium: sic etiam beatus Ioannes, viuens, & efficax, &

acutissimum Dei verbum in mente gerens, & acutissimè atque sagacissimè malignitatis hæreticorum acerba germina circumspiciens, ad ea curtim quodammodo fertur, ac statim omni ex parte succidit, lectoribusque suis tuendæ rectæ fidei modum suppeditat. Vide enim rursus hominis sancto Spiritu afflati prudentiam. Docuit antea Verbum esse in principio, hoc est in Deo & Patre, vt diximus. Cum autem mente perspicacissimus esset, nec ignoraret, vt credibile est, suborituros aliquos qui præ multa ignorantia dicerent, vnum & eundem esse Patrem ac Filium, & nominibus duntaxat sanctam Trinitatem distinguerent, nec in proprus hypostasibus esse concederent, vt Pater quidem reuera intelligatur Pater, non Filius: Filius item esse propriè Filius, ac non Pater, vt ex rei veritate necessariò fatendum nobis est, etiam aduersus hanc hæresim quasi iam tum excitatam, aut olim futuram armatur, adeoque ad illam euertendam, his verbis, *In principio erat Verbum*, statim adiungit, *Et Verbum erat apud Deum*, vbique illud, *Erat*, necessariò inferens, propter generationem ipsius, quæ est ante secula. Ex eo verò quod dicit, *Et Verbum erat apud Deum*, vnum quiddam idque per se subsistens Filium ostendit, alium autem rursus esse Deum ac Patrem, apud quem erat Verbum. Quomodo enim, amabo, id quod vnum numero est, ipsum apud semetipsum, vel in semetipso existere censebitur? Sed insciticæ plena compertum iri quæ de his hæretici statuunt, posthæc inferiùs docebimus, vbi quæstio illa accuratè perpendetur.

A τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἐν διανοίᾳ φορᾶν, ὀξυωπέστατόν τε, καὶ νοερώτατα τὴν ἑτεροδοξούντων κακίας ἀπτόμενα θεία δεδεγμένον βλαστήματα, μόνον οὐχὶ πρὸς αὐτὰ δρομαῖος ἔρχεται, καὶ ἀποτόμῳ χειρὶ πάμπαν ἀνέλκει, τοῖς ἐντευξομένοις τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι τὸ ἐν ὀρθῇ τῇ πίστει φυλάττεσθαι πρόξενον· διὰ γὰρ δὴ πάλιν τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου τὴν νῆψιν. ἐδίδαξεν ἐν τοῖς προλαβοῦσι, ὡς ἐν ἀρχῇ ὁ λόγος ἦν ἀρχῇ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καθάπερ εἰρήκαμεν. ὅπερ δὲ ὁ τῆς διανοίας ὄμμα περιττότερον ἔχων ὡς ἂν νηφούσῃ τῇ ὄψει, ὡς εἰκός, ὡς ἀναστήσονταί τινες ἐν πολλῆς ἀμαθίας εἶα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι λέγοντες πατέρα, καὶ υἱὸν, καὶ μόνον ὀνόματι τὴν ἀλήθειαν περιάδην διαστέλλοντες, ἐν δὲ ὑποστάσεσιν ἰδιαζούσας ἑκατέρου συγχωρεῖν οὐ παρίστασιν, ἵν' ὁ πατὴρ μὲν ὄντως νοῆται πατὴρ, καὶ οὐχ υἱὸς· υἱὸς δ' αὖ πάλιν οὐ παρίστασιν ἰδίως ὁ υἱὸς, ὢν πατὴρ, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ τῆς ἀληθείας ἔχει λόγος ἀναγκαίως, καὶ πρὸς ταῦτα, ὡς *ὑπαναφθὲν ἤδη κατ' ἐκείνου καιροῦ, καὶ κεκινημένῃ, ἢ ἐσεσθαί ποτε μεγάλως πρὸς τὴν αἵρεσιν ἐξοπλίζεται, καὶ δὴ πρὸς αἱρέσιν αὐτῆς προτίθησιν ἡμῖν τὸ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος ἦν, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, πάμπαν μὲν οὐκ ἀναγκαίως ὑπερφέρων ἐκεῖνο τὸ παραυτίκα ἦν. ἐκεῖ δὲ τῷ φάναι τὸν λόγον ὄντα πρὸς Θεὸν, ἓν μέν τι καὶ ὑφεστηκὸς αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸν υἱὸν ὑπεδείκνυεν, ἕτερον δὲ πάλιν τὸν Θεὸν, καὶ πατέρα, πρὸς ὃν ἦν ὁ λόγος· πῶς γὰρ ὅλως τὸ ἓν ἀριθμῷ αὐτὸ πρὸς ἑαυτὸ, ἤτοι πρὸ ἑαυτοῦ νοοῖτο ἂν ἀρχήν; ὅτι δὲ ἁμαθὴς τοῖς αἱρετικοῖς, καὶ ὁ περὶ τούτων διρρητόσεται λόγος ἐκεῖθεν τῆς ἐν τοῖς ὑποτεταγμένοις θεωρίας διδάξομεν τὸν τῶν ζητουμένων βάσανον ἀκριβῆ ποιησάμενοι.

al. τὸ

DEMONSTRATIO CVM argumentis & Scripturæ testimoniis, quibus ostenditur Patrem in propria esse hypostasi, & Filium similiter, quibusnam Deus videlicet asseritur sanctus Spiritus, licet nihil de ipso quæratur impræsentiarum.

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΜΕΤΑ ΣΥΛΛΟΓΙΣΜΩΝ ΚΑΙ ΜΑΡΤΥΡΙΩΝ ΓΡΑΦΙΚΩΝ, ὅτι καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἰδίᾳ ὑπάρχει ὑποστάσει, καὶ ὁ υἱὸς ὡσαύτως, στοιχολογουμένου δηλονότι τοῦ ἁγίου πνεύματος, εἰ καὶ μηδὲν ὅπερ τοῦ παρόντος ἐξετάζοιτο τυγχάνει.

Consubstantialis quidem est Filius Patri, & Pater Filio. idcirco in similitudinem prorsus eandē coëunt, ita vt cernatur quidē in Filio Pater, & in Patre Filius, & alter in altero fulgeat, quēadmodum ipse quoq; dicit alicubi: *Qui videt*

Ὁμοούσιος μὲν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, ἐξ ὧν εἰς ἀδιάλλακτον ἀναβαίνουσι ὁμοιότητα, ὡς ὁρᾶσθαι μὲν ἐν υἱῷ τὸν πατέρα, ἐν δὲ τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸν ἕτερον τὸν ἕτερον ἐναργάζειν, κατὰ δὲ αὐτὸς που φησὶν ὁ ἑωρακὼς

ἐμὲ, ἐώρακε τὸν πατέρα μου. Καὶ πάλιν· ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. Ἀλλ' εἰ καὶ ἔστιν ἐν τῷ πατρὶ, ἔχει δὲ πάλιν ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα, καλῶς εἶπεν αὐτὸς, καθάπερ ἤδη προείρηται, πρὸς τὴν τῆς ἁγίας Τριάδος ἀπηκριβωμένος μορφήν· ἀναγκαίως δὲ πάλιν, ἐξ ὧν ἔστιν αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ τὸν ἅγιον Πνεῦμα ζωγραφῶν· καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ἰδίως ζωοποιοῦντα, καὶ οὐ παύσεται, καὶ αὖ πάλιν ἀπολέσει ὁ πατὴρ τὸ ὑφεστάναι καθ' ἑαυτόν. Ἀλλ' οὐδὲ ἡ πολλὴ λίαν ἐμφέρειά τε, καὶ ὁμοιότης διὰ χυσὶ λύσει τὴν τῶν ὑποστάσεων ἐρώτησιν, ὡς ἐννοοῦντας τῷ ἀριθμῷ τὸν ἅγιον Πνεῦμα πατέρα, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντα υἱόν. Ἀλλ' ἡ μὲν ταυτότης τῆς φύσεως ἐπ' ἀμφοῖν ὁμολογηθήσεται, τὸ δὲ ἰδίως ἑκάτερον ὑφεστάναι πάντως ἀκολουθεῖ· ἵνα καὶ ὁ πατὴρ ὄντως νοῆται πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς ᾖ υἱός. ἐπαριθμουμένων γὰρ ὕστερον, καὶ συνθεολογουμένων τῇ ἁγίᾳ πνεύματος ἁγίᾳ, καὶ προσκυνουμένῃ τριὰς τὸ οἰκεῖον ἔξει πλήρωμα.

ΑΛΛΟ. Εἰ αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς, καὶ πατὴρ, ποῖον ἔχει λόγον ἡ τῶν ὀνομάτων διαφορά; εἰ μὴ γὰρ ὅλως ἐγέννησεν, ἵνα τί καλεῖται πατήρ; πῶς δὲ ὅλως υἱὸς, εἰ μὴ ἐγεννήθη παρ' οὗπερ υἱός; αἰτεῖ γὰρ ὡς ἐξ ἀνάγκης τὴν τοιαύτην ἐφ' ἑαυτοῖς θεωρίαν τὰ ὀνόματα. ὅταν δὲ μεγίστας τὸν υἱὸν αἱ θεῖαι γραφαὶ ποιοῦσι γράφουσι, καὶ ὁ τῆς ἀληθείας ὄντως ἔχει λόγος, ὑφέστηκεν ἄρα καθ' ἑαυτόν. ἔστι γὰρ πάλιν ἰδίᾳ ζόντως καὶ ὁ πατὴρ, εἴπερ ἕτερον ἐξ ἑτέρου φαίνεσθαι, δεῖ γενόμενον, ὡς πρὸς τὸ γενόν.

ΑΛΛΟ. Ὁ μακάριος Παῦλος ὅτι μέλλων φιλιππησίοις περὶ τοῦ υἱοῦ φησιν, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. τίς οὖν ἄρα ἐστὶν ὁ ἁρπαγμὸν οὐ θελήσας ἡγήσασθαι τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ; ἢ γὰρ οὐκ ἀνάγκη λέγειν, ἕνα μέν τινα ὑπάρχειν τὸν ἐν μορφῇ Θεοῦ, ἕτερον δὲ πάλιν τὸν ὄντα καὶ αὐτὸν ἐν μορφῇ; ἀλλ' ἔστι δῆλον ἅπασι, καὶ ὁμολογούμενον. οὐκοῦν οὐχ ἓν καὶ ταὐτόν τῷ ἀριθμῷ πατὴρ καὶ υἱός, ἀλλ' ἰδιοσύστατοι, καὶ ἐν ἀλλήλοις θεωρούμενοι, τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας, εἰ καὶ εἷς ἐξ ἑνός, οὐ παύσεται ὁ υἱὸς δηλαδή.

ΑΛΛΟ. Ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν, ἔφασκεν ὁ σωτήρ· ὡς εἰδὼς δηλονότι καὶ ἑαυτὸν ἰδίως ὑφεστηκότα, καὶ τὸν πατέρα· εἰ δὲ μὴ ὄντως ἔχει τὸ πρᾶγμα καὶ ἀλήθεια, τί μὴ τηρήσας τὸν ἑνικὸν ὁ σωτὴρ ἔφασκεν· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν; ὅταν δὲ εἰς πληθυντικὸν ἀριθμὸν τὸ σημαινόμενον ἐξαπλοῖ, δῆλος ἦν εἰκὸς λοιπὸν τὴν ἑτεροδοξούντων

me, videt & Patrem. Item, *Ego in Patre, & Pater in me est.* At quamuis sit in Patre, habeatque vicissim in seipso Patrem, rectè quidem ipse, vt prius iam dictum est, & perfectè ad formam Patris expressus, idemque simplicissimè ex natura sua ipse in seipso Patrem exprimens: non tamen idcirco propriæ existentiæ iacturam faciet, neque vicissim Pater per se subsistere desinet. Sed nec summa illa similitudo confusionem vllam hypostasibus afferet, ita vt vna res numero intelligatur Pater qui genuit, & qui ex ipso genitus est Filius: verùm identitatem naturæ in vtroque confitebimur, & vtrumque propriè subsistere vtique sequitur, vt & Pater verè intelligatur Pater, & Filius verè Filius. Sic enim connumerato, & inter diuinitatis personas simul collocato sancto Spiritu, sancta & adoranda Trinitas plenitudinem suam obtinebit. *Ioan. 14.*

ALIVD. Si qui est Filius, ipse quoque Pater est: quam rationem habebit illa nominum distinctio? Nam si planè non genuit, quorsum vocatur Pater? Quomodo verò Filius est, si non est à Patre genitus? Habent enim in seipsis illa vocabula necessariò talem intellectum. Cum autem genitum esse Filium diuinæ scripturæ prædicent, & ita res verè sit: subsistit vtique in seipso: Et vicissim quoque singulariter est Pater: siquidem alterum ex altero agnoscitur, id quod est genitū, relatione ad id quod genuit.

ALIVD. Beatus Paulus ad Philippenses scribens ait de Filio: *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo* Quis est igitur ille qui rapinā noluit arbitrari esse se æqualem Deo? Nunquid enim necesse est dicere, vnum quēdam existere, qui sit in forma Dei: aliū verò rursus illum, cuius sit forma? Atqui patet illud & in confesso est apud omnes: Non sunt ergo vnum & idem numero Pater & Filius, sed propriam habent hypostasim, & alter in altero conspicitur secundum identitatem substantiæ, licet vnus ex vno, ex Patre Filius videlicet. *Philip. 2.*

ALIVD. *Ego & Pater vnum sumus,* inquiebat Saluator, vtpote cum sciret seipsum propriè quoque subsistere, & Patrem. Quod si rei veritas ita se non habet: quidni seruato quod vnitati conuenit aiebat, *Ego & Pater vnum sumus* Cum autem plurali numero id exponat, hæreticorum opinionem euertere *Ioan. 10.*

manifestum est. Neque enim *sumus*, de vno rectè dixeris.

ALIVD. Cum Deus condere vellet hominem dixisse fertur: *Faciamus hominem ad imaginem nostram, & similitudinem.* Si ergo ad vnum quiddam numero sanctæ Trinitatis amplitudo, vt ita dicam, contrahitur, & impiè hæretici Patrem & Filium propriâ nudant hypostasi: quis est ille qui ad alium dicit, *Faciamus hominem ad imaginem nostram?* Dicere enim oportebat, si ita res esset vt illi nugantur, *Faciamus hominem ad imaginem meam, & ad similitudinem.* Iam autem quum id non dicat, sed effectionem plurali numero tribuat, & ad *imaginem nostram* libri scriptor adiiciat, clara quodammodo & magna voce clamat sanctæ Trinitatis personas plures numerari quàm vnam.

Gen. 1.

ALIVD. Si splendor est Patris Filius, ceu lumen de lumine: quomodo non distinguitur ab ipso quatenus propriè subsistit? Certè enim id quod sicuti splendor emanat ab alio, nimirum ab eo quod lucem edit, non à seipso id accipiet.

ALIVD. Filius ostendens se ex substantia Dei ac Patris esse, alicubi rursus ait: *Ego ex Patre exiui, & venio. rursus reuertor ad Patrem.* Quomodo igitur non alius erit ab ipso ratione hypostasis ac numeri, cum omnis ratio nos doceat, id quod ab aliquo prodiit, aliud esse concipere ab eo à quo prodiit? Itaque verũ non est quod aduersarij dicunt.

Ioan. 16.

ALIVD. In Deum Patrem, & in Filium vnigenitum, & in sanctum Spiritum credentes iustificamur: proindeque etiam Saluator ipse suis discipulis præcipit dicens: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Si ergo nihil nobis planè cogitandum inferat illa nominum diuersitas, cumque Patrem dixeris, significes Filium, & cum Filium nominaueris, ipsius mentionem Patris facias: quid porrò necesse est in Trinitatem potius quàm in vnitatem fideles iubere baptizari? Cum autem in trium numerum excurrat quod de natura diuina dicitur, omnibus vtiq; manifestum est vnumquemque eorum qui numerantur in propria esse hypostasi: quoniam au-

Matt. 28.

A ἀναγέπων ὑπόνοιαν. οὐδὲ γὰρ δύο καὶ εἷς ὃ ἐσμὲν ἐπινεῦσαι σωστῶς.

ΑΛΛΟ. Ἐπὶ τῇ τοῦ αὐθέντου κλήσει φωνὴ φέρεται Θεοῦ, ποιήσωμεν ἄνθρωπον λέγοντος κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. εἰ γὰρ οὕτως εἶχεν ὡς τῆς ἀληθείας τοιάδος πλάτος, ἵνα ὕστερον εἴπω, συστέλλεται, καὶ δυσκολοῦντες αἱρέσεσι τὸν υἱὸν καθ' ἑαυτοὺς πατέρα, καὶ υἱόν· τίς ὁ τοῦτο τινα B λέγων ἐστί, ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα τὴν ἡμετέραν; χρὴ γὰρ δήπου λέγειν, εἰ γὰρ ὕστερον ἦν, καθάπερ οἱ νῦν ληρωῦντες φασί· ποιήσωμεν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα ἐμὴν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. νυνὶ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ εἶπεν, πληθυντικῶς δὲ διδοὺς ἀριθμῷ τὴν ποίησιν, καὶ κατ' εἰκόνα τὴν ἡμετέραν ἐπαγαγὼν ὁ τῆς Βιβλίου συγγραφεύς, μονονουχὶ λαμπρᾷ, καὶ μεγάλῃ βοᾷ τῇ φωνῇ τὴν ἐναντίαν τῆς ἀληθείας τοιάδος ἀπορρίπτουσιν.

C ΑΛΛΟ. Εἰ ἀπαύγασμά ἐστι τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς, ὡς φῶς ἐκ φωτός· πῶς οὐχ ἕτερος πρὸς αὐτὸν, ὡς ἰδιοσύστατος; ὃ γὰρ ὅλως ἀπαυγάζοντος, καὶ οὐκ αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ τοῦτο πείσεται.

ΑΛΛΟ. Ἐκ τῆς οὐσίας ὄντα τῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ πατὴρ ἐπιδεικνύων ἑαυτὸν ὁ υἱὸς, φησί που πάλιν· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω· πάλιν πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα· πῶς οὖν οὐχ ἕτερος ἔσται πρὸς αὐτὸν, ὡς ἂν ἰδιοσάστος, καὶ ἀριθμῷ, πάντως λύμας ἀναπείροντος λόγου, ὅτε γε ἦλθον πρὸς ἑλόμενον, ἕτερον εἶναι πρὸς ἐκεῖνον νοῆσαι, ἀφ' οὗ δὴ καὶ προσεληλύθει; ὁποῖον οὐκ ἀληθὲς τοῖς δ' ἐναντίοις ὁ λόγος.

ΑΛΛΟ. Εἰς Θεὸν πατέρα, καὶ εἰς υἱὸν μονογενῆ, καὶ εἰς ἅγιον πνεῦμα πιστεύοντες δικαιούμεθα. Διό τοι τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τοῖς οἰκείοις μαθηταῖς ἐπιτάττει λέγων· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἰ γὰρ οὖν ὅλως οὐδὲν λῦμα εἰσοίσει πρὸς νόησιν τὴν ὀνομάτων διαφορὰν, πατέρα δέ τις εἰπὼν σημαίνει τὸν υἱὸν, καὶ υἱὸν ὀνομάσας αὖθις μνημονεύει τοῦ πατρὸς, τίς λοιπὸν καὶ χρεία μὴ πρὸς ἑνάδα μᾶλλον, ἀλλ' εἰς τριάδα κελεύειν βαπτίζεσθαι τοὺς πιστεύοντας; ὅπερ ἂν εἰς τὸ τῆς ἀριθμοῦ ὁ περὶ τῆς θείας φύσεως οὐκ ἐπέχει λόγος, προδηλον δήπου πᾶσιν ὅστις οὐκ ἰδιοσάστον αὐτὴν ἰδίᾳ τὴν ἀριθμουμένων ἕκαστον εἶναι. τὴν δὲ μοδα-

μίθην ἐξηλλάχθαι τῇ πρὸς φύσιν εἰς μίαν ἀναλλοίωτον θεότητα, καὶ προσκύνησιν ἔχειν τὴν αὐτήν.

A tem nullatenus secundum naturam distinguitur, in vnam conscendit deitatem, & adorationem habet eandem.

ΑΛΛΟ. Ἐξ ὀργῆς ἐμπεφῆναι Θεοῦ τὰς τῶν Σοδομιτῶν πόλεις ἱερὰ λέγει γραφή· ἐξηγησάμενη δὲ ὅπως αὐτοῖς θεῖος ἐπενήνεκται θυμός, καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀπωλείας ἐκδιδάσκουσα θεσπίζει· ἔβρεξε, φησὶ, κύριος παρὰ κυρίου ἐπὶ Σόδομα πῦρ, καὶ θεῖον· ἐπεὶ δὲ αὐτὰ τοῖς ἐκείνων πλημμελήμασιν εἰωθόσιν ἡ μισεῖν τὴν πονηρίαν πρέπωδες ἄτη. ποῖος οὖν ἆρα κύριος, παρὰ ποίου κυρίου τὸ πῦρ ἐπάφησι, καὶ τίς ἦν Σοδομιτῶν κατέφλεξε πόλεις; ἀλλ' ἔστι δῆλον, ὡς ὁ πατὴρ δι' υἱοῦ πάντα ἐνεργῶν, ἐπεὶ δὲ δυνάμεις αὐτοῦ, καὶ βραχίων ὑπάρχει, αὐτὸν Σοδομίταις ὕφηνε τὸ πῦρ. ὅτε τοίνυν κύριος παρὰ κυρίου τὸ πῦρ ἐκείνοις ἀφίησι, πῶς οὐχ ἕτερος, ὅσον εἰς τὸ ἰδίως ὑπάρχειν, παρὰ τὸν υἱὸν ὁ πατὴρ, καὶ αὖ πάλιν ὁ υἱὸς παρὰ τὸν πατέρα; τὸ γὰρ ἓν ὡς ἐξ ἑνὸς ἐν τούτῳ σημαίνεται.

Alivd. Irâ Dei Sodomitarum vrbes conflagrasse, diuina Scriptura dicit. Enarrans autem quo pacto diuinus eis furor ingruerit, & rationem interitus clarè edocens: *Pluit*, inquit, *Dominus à Domino super Sodoma ignem & sulphur.* cum hæc pars calicis talia perpetrare solitis apprimè congrueret. Quis ergo ille Dominus, & à quo Domino ignem immittit, atque Sodomitarum vrbes incendit? Manifestum est Patrem qui per Filium operatur omnia, cum sit eius virtus & brachium, ipsum Sodomitis ignem immisisse. Cum ergo Dominus à Domino ignem illis immittat, quomodo non distinguetur quod ad propriam hypostasim attinet, Pater à Filio, & vicissim Filius à Patre? Vnum enim velut ex vno hic significatur. *Gen.19.*

ΑΛΛΟ. Προφητικῷ κινούμενος πνεύματι, καὶ δι' αὐτοῦ τὰ ἐσόμενα προγινώσκων ὁ μακάριος ψαλμῳδὸς, οὐχ ἕτερον δυνάσθαι διαφθεῖραι τὸ γένος ἀνενόει τὸ ἀνθρώπινον, εἰ μὴ διὰ μόνης τῆς ὑποφανείας τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τὸ πρὸς παράδοσιν, ἐφ' ὅτῳ ἂν βούλοιτο μεταῤῥυθμίζειν ἰσχύοντος. διό τι τοῦτο πέμπεσθαι πρὸς ἡμᾶς παρεκάλει τὸν υἱόν, ἅτε δὴ καὶ μόνον διαφθεῖραι ἰσχύοντα τοὺς ὑπὸ χεῖρα, καὶ πλεονεξίαν ἀμοιβαίους ἀμφοτέρωθεν· καὶ δὴ ἔφασκεν, ὡς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ πατέρα, ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου· ποῖον οὖν ἆρα ἐστὶ τὸ φῶς, ποία δὲ καὶ ἀλήθεια, αὐτὸν λέγοντος ἀκούειν ὑμᾶς· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς, καὶ ἐγώ εἰμι καὶ ἀλήθεια· εἰ γὰρ πέμπεται πρὸς ἡμᾶς τὸ φῶς, καὶ καὶ ἀλήθεια τοῦ πατρὸς, τοῦτ' ἔστιν, ὁ υἱὸς, πῶς οὐχ ἕτερός ἐστι παρ' αὐτὸν, ὅσον εἰς τὸ ἰδίως ὑπάρχειν, εἰ καὶ ἓν ἐστιν ὡς πρὸς αὐτὸν, ὅσον εἰς τὴν τῆς οὐσίας ταυτότητα; εἰ γὰρ μὴ ὅτως ἔχειν οἴονταί τινες, ὁ αὐτὸς δὴ καὶ εἷς ἐστι πατὴρ, καὶ υἱὸς, τί μὴ ἕτερον ἐποίει τὴν τῆς θείας πνεύματοφόρος βοᾶν· ἐλθὲ πρὸς ἡμᾶς ὦ φῶς, καὶ ἀλήθεια· ὅπερ δὲ τὸ ἐξαπόστειλον λέγει, δῆλος ἂν εἴη λοιπὸν, ἕτερον μέν τινα ἀποστέλλοντα εἰδὼς, ἕτερον δὲ τὸν ἀποστελλόμενον· ὃ τῆς ἀποστολῆς τρόπος νοείσθω θεοπρεπῶς.

Alivd. Prophetico motus Spiritu, & per ipsum res futuras ante cognoscens beatus Psalmista, non aliter seruari posse genus humanum putabat, quam per solum aduentum Filij Dei, qui facile illud posset in quod vellet reformare. Quocirca mitti ad nos Filium rogabat, maximè cum solus seruare posset Diaboli manui ac tyrannidi subditos: adeóque velut ad Deum ac Patrem dicebat: *Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.* Quæ nam igitur sit illa lux, & quænam veritas, ipsum audi Filium dicentem: *Ego sum lux, & ego sum veritas.* Quòd si ad nos mittitur lux & veritas Patris, hoc est Filius, quomodo non alius est ab ipso, quod ad propriam hypostasin attinet, licet vnum sit cum ipso identitate substantiæ? Nam si quidam ita rem esse non existimant, & idem atque vnus est Pater ac Filius: quidni alio precandi modo vtebatur diuino spiritu afflatus Psalmista clamans: Veni ad nos ô lux & veritas; Cum autem *mitte* dicat, vtique alium quendam nouit qui mittat, alium, qui mittatur. Sed missionis modus pro eo ac Deum decet intelligatur. *Psal. 42.*

ΑΛΛΟ. Δι' υἱοῦ πεποιῆσθαι τὰ πάντα φασὶν αἱ θεῖαι γραφαὶ τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὅτα πι-

Alivd. Per Filium Scripturæ diuinæ omnia facta esse dicunt, visibilia, & inuisibilia, cælestia, ac terrena: atque ita credentes

in rectitudine doctrinæ & pietatis dogmatum incedimus quotquot veritatem colimus. Expendamus igitur illud, *per Filium*, & qualem nobis sensum inferat indagemus. Atqui manifestum est alium quidem censendum esse eum qui facit, & operatur, alium verò eum per quem vniuersa operatur. Duas enim personas necessariò nobis exhibet illud, *per Filium*: aut dicant quo pacto illud, *per Filium*, propriè ac verè in re facienda vnum numero & quantitate complectetur, si nihil aliud simul intelligatur & ad operandum concurrat; At hic hæsuros planè aduersarios puto. Cum autem Patrem per Filium omnia fecisse & ipsæ diuinæ Scripturæ prædicent, & nos credamus, itaque ego statuam: nonne necesse est intelligere Patrem quidem proprie in se subsistere, ac similiter Filium, neque id obstare quominus sancta Trinitas intelligatur in identitate substantiæ?

A γεύοντες ἐν ὀρθότητι λογισμῶν, ἐπὶ τῆς θεοσεβείας δογμάτων εἴσω βεβήκαμεν οἱ τῆς ἀληθείας παρασκευαί. οὕτω σκοπῶμεν ὃ διὰ τοῦ υἱοῦ, ἐπὶ ποίαν ἡμῖν εἰσφέρῃ τὴν διάνοιαν ἐρευνήσωμεν. ἀλλ' ἔστι δῆλον, ὡς ἕτερον μέν τινα νοῆν ἀναπείῃ τὸν ποιοῦντα, καὶ ἐργαζόμενον, ἕτερον δέ ὃν δι' οὗ τὰ πάντα ἐργάζεται. δύο γὰρ προσώπων ὡς ἐξ ἀνάγκης παραδέδεται ἔχει ὁ, διὰ υἱοῦ, ἢ λεγέτωσαν πῶς ἔστιν ὃ ἓν ὡς ἐν ἀριθμῷ, καὶ τῇ

B κατ' αὐτὸν ποσότητι ἐν τῷ τὶ ποιεῖν λέγεσθαι, ὃ δι' υἱοῦ κυρίως, καὶ ἀληθῶς ὑπαδέξεται, οὐδενὸς ἑτέρου συνεπινοουμένου, καὶ συναφεστῶτος· ἀλλ' οἶμαι πάντελῶς ἀπορήσει τὸ δι' ἑαυτοῦ. ὅπῃ γὰρ τὸν πατέρα δι' υἱοῦ τὰ πάντα εἰργάσθαι, καὶ αὐτοὶ κηρύττουσιν αἱ θεῖαι γραφαί, καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν, οἶμαι δὲ ὅτι καὶ ἐκεῖνος· πῶς οὐκ ἀνάγκη νοεῖν πατέρα μὲν ἰδίως, ὡς καθ' ἑαυτὸν ὑφεστάναι, υἱὸν δὲ πάλιν ὁμοίως, οὐκ ἀναιρέποντος τοῦτο τὸ ἐν ταὐτότητι τῆς οὐσίας τὴν ἀγίαν ὁρᾶσθαι

C τριάδα;

Caput III.

Quòd Deus secundum naturam, nec vllo modo aut minor, aut dissimilis Patri sit Filius.

Et Deus erat Verbum.

Non ignorauit diuino spiritu afflatus Euangelista postremis temporibus suborituros aliquos qui substantiæ vnigeniti detraherent, & Dominum à quo redempti sunt negarent, eum secundum naturam non esse Deum ex Deo & Patre genitum asserendo, sed spurium nobis veluti quendam & falsi nominis inuehendo, filiationis quidem ac deitatis nomine redimitum, sed ita se reuera non habentem. Simile quiddam faciunt, qui Iudaicam Arij impietatem intimis præcordiis susceperunt, proindeque & de mortuo corde proferunt non viuificũ piæ contẽplationis verbum, sed quodcunq; ad mortem tẽdit ac respicit. *Sagitta quippe est vulnerans lingua eorum: dolosa verba oris eorum.* Quasi ergo iam in veritatis verba exurgeret aliquis, & sanctum Euangelistam ita propemodum compellaret: Erat quidem Verbum, ô bone, apud Deum: Esto: tibi enim ista scribenti credimus. Sit autem & subsistat Pater propriè, itemque Filius similiter: quodnam ergo

Κεφαλ. γ.

Ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον, ἢ ἐλάττων, ἢ ἀνόμοιος ὑπάρχει τοῦ πατρὸς ὁ υἱός.

Καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος.

D Οὐκ ἠγνόησεν ὁ πνευματοφόρος, ὡς δυνησόμενοί τινες ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τῆς τοῦ μονογενοῦς καταγορεύοντες οὐσίας, καὶ τὸν ἀναρρήσαντα αὐτοῖς δεσπότην ἀρνούμενοι, ὅτι τοῦ κατὰ φύσιν οὐκ εἶναι μὴ εἰ Θεοῦ ἦν ὁ υἱὸς Θεοῦ καὶ πατρὸς πεφυκότα λόγον, ἀλλὰ νόθον ὡς τὸ ὄνομα, καὶ ψευδώνυμον ἡμῖν ἐπεισφέρεσθαι, τὸν μὲν τῆς υἱότητός τε, καὶ θεότητος ὄνομα περιειλημμένον, ἔχοντα δὲ οὐχ ὡς τῷ ὄντι ἀλήθειαν. ὁμοίον τι ποιοῦσιν, οἱ τὴν Ἀρείου δυσσέβειαν Ἰουδαϊκῶς εἰς τὰ ἐσώτατα εἰσοικίζοντες νοῦν, ὅθεν δὴ καὶ ἀπὸ νεκρᾶς παρεφέρεται καρδίας, ὃ τὴν ζωοποιὸν τῆς θεοσεβοῦς θεωρίας λόγον, ἀλλ' εἰπὲ πρὸς θάνατον ὁμῆ τι καὶ βλέπει. βολὶς ὄντως ὑπερόπτευσα ἡ γλῶσσα αὐτῶν, δόλια τὰ ῥήματα τοῦ στόματος αὐτῶν. ὥσπερ οὖν ἤδη τινὸς τῶν ἐξ ἀληθείας ἀντιτείνοντος ῥήμασι, καὶ μονονουχὶ λέγοντος πρὸς τὸν ἅγιον Εὐαγγελιστήν, ἦν μὲν ὁ λόγος, ὡς φῂς, πρὸς τὸν Θεόν, καὶ ἐχέτω τάδε, πείθομαι γὰρ τοῖς γράφουσι ταῦτα συγγράμμασιν· ἐγὼ δὲ, καὶ ἐν ἀρχέτω πατὴρ μὲν ἰδίως, υἱὸς δὲ πάλιν ὁμοίως. τίνα δὴ οὖν ἐν ἀρχὴν οἰό-

σθαι πρεπτέον κατὰ φύσιν τὸν λόγον; Τὸ γὰρ εἶ) A secundum naturam Verbum esse putandum est? Illud enim, esse apud Deum, omninò substantiam non significat. Cum autem vnum Deum Scripturæ diuinæ prædicent, Patri soli hoc tribuemus, apud quem erat Verbum. Quid ad hæc igitur ait præco veritatis? Non solùm *Erat Verbum apud Deum*, sed erat etiam Deus, vt ex eo quod est apud Deum, alius esse à Patre cognoscatur, & Filius propriè subsistere & per se credatur: ex eo verò quod est Deus, consubstantialis, & ex ipso intelligatur esse B secundum naturam, vtpote Deus, & ex Deo existens. Fieri enim nequit, vt cum vna liquidò sit apud omnes diuinitas, in identitatem substantiæ sancta Trinitas non coalescat, atque ita in vnam deitatis rationem referatur. Erat igitur, & Deus postea non fuit, sed olim erat, maximè cum Deum esse ab æterno quoque esse consequatur, quandoquidem id quod in tempore factum est, aut è nihilo in rerum naturam editum, naturâ Deus non est. Cum ergo C Dei Verbum, per illud, *Erat*, æternitatem habeat, per illud autem, *esse Deum*, cum Patre consubstantialitatem, quanti supplicij ac pœnæ reos inuentum iri putandum est, qui minorem quodammodo aut etiam dissimilem Patri ipsum esse arbitrantur, eoque impietatis progredi non horrent, vt palàm idipsum quoque proferre audeant, nec quæ dicunt scientes, neque de quibus asseuerant. Nulla enim ex parte minorem esse Patre Filium ex ipso & verè genitum, ex subiectis rationibus rursum D agnoscemus.

ΑΛΛΟ. Πολλοῖς καὶ διαφόροις ὀνόμασι τὸν υἱὸν αἱ θεῖαι καλοῦσι γραφαί. Σοφίαν μὲν γὰρ, καὶ δύναμιν τὸν πατέρα εἶναί φασιν αὐτὸν, καθὼς ὁ εἰρημένος τοῦ Παύλου. Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ Σοφία. εἴρηται δὲ πάλιν καὶ φῶς αὐτὸ, καὶ ἀλήθεια, καθὼς ἐν ψαλμοῖς ὑπό τινων τῶν ἁγίων μελῳδούμενον. ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου, καὶ τὴν ἀλήθειάν σου. εἴρηται καὶ δικαιοσύνη, καθ' ὃ, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν με. Ζωοποιεῖ γὰρ ὁ πατὴρ E ἐν Χριστῷ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν· ὀνόμασται καὶ βουλὴ τοῦ πατρὸς, καθ' ὃ εἰρηκώς. ἐν τῇ βουλῇ σου ὡδήγησάς με, καὶ πάλιν· ἡ δὲ βουλὴ τοῦ κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα μένει. ὅτε τοίνυν ταῦτα πάντα ὄντα ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ πατρὶ, λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ τοῦ Ἀρείου κολακεύοντες πλάνῳ, καὶ τῆς ἐκείνου ἀσεβοφροσύνῃ ἀναπεπλησμένοι, πῶς ἐστιν ἐλάττων αὐτοῦ. ὥσπερ γὰρ λέγω, εἰ ἄρα ὅπως ἔχει κατ' αὐτοὺς,

Aliud. Multis variisque nominibus diuinæ Scripturæ Filium appellant. Sapientiam enim, & virtutem Patris ipsum esse aiunt, iuxta Pauli dictum. *Christus Dei virtus, & Dei sapientia.* Dictus est rursũ lux eius, & veritas, iuxta id quod à quodam sanctorum in Psalmis canitur. 1. Cor. 1.

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. Psal. 42.

Iustitia quoque nominatus est, iuxta illud, *In tua iustitia viuifica me.* Viuificat enim Pater in Christo credentes in ipsum. Quin & consilium nuncupatus est Patris, iuxta illud, *In consilio tuo deduxisti me.* Et rursus: *Consilium Domini manet in æternum.* Cum igitur hæc omnia Filius sit Deo ac Patri, dicant nobis qui Arij errori assentantur, & qui illius dementia pleni sunt, quomodo sit minor ipso. Si enim ita res est, vt illi volunt, sequitur Pa- Psal. 31.

trem non esse perfectè sapientem, non perfectè potentem, non perfectè lucem, non perfectè veritatem, non perfectè iustum, sed nec perfecti consilij, si profectò ex eo quod minor sit, non videatur Filius perfectus, qui omnia hæc est ipsi. Atqui hoc dicere aut sentire est impium. Perfectus autem est Pater, propterea quod habet omnia in seipso perfectè: perfectus igitur est quoque Filius, sapientia, & virtus, lux & veritas, iustitia & consilium Patris. Qui autem in suo Patre perfectionem implet, quomodo minor intelligatur?

ALIVD. Si minor quum sit Deo ac Patre Filius, adoratur à nobis & sanctis Angelis, duos Deos colere deprehendemur, siquidem in naturæ identitatem nunquam coalescet imperfectum cum perfecto. Maxima autem est differentia quæ res inter se naturâ diuersas separat. Atqui fides nostra multitudinem Deorum non admittit, sed vnus est Deus Pater, in vnitatem cum ipso ascendente Filio nimirum, & sancto Spiritu. Nihil ergo deterius est in Filio. Quomodo enim tandem minor erit, qui vnitate perfecto Patri, & identitate substantiæ naturaliter vnitur?

ALIVD. Si plenitudo est Filius, (de plenitudine enim eius omnes accepimus) quonam modo minus capiet? Contraria enim in vno subiecto simul & eodem tempore consistere nequeunt.

ALIVD. Si cum minus habeat Filius, implet vniuersa: vbinam maior illa Patris capacitas collocabitur? Licebit enim exempli causa quasi de rebus corporeis ita loqui, cum rerum incorporearum magnitudo & imminutio aliter intelligatur.

ALIVD. Si quod est super omne nomen Deus est, & huius hæres quum sit Filius, perfectus esse non potest quia minor: esse super omnia nihil magni est. hoc autem est Deus. Sed absurdum est ita sentire aut loqui: Perfectus igitur est Filius, vtpote super omne nomen, & Deus.

ALIVD. Si natura diuina quantitatis est expers, & in rebus quantis minus reperiri solet: quomodo minor intelligatur secundum naturam Filius, Deus quum sit? Non enim quantitatis expers erit, quamuis respectu Patris minus habere ipsum dicant.

ALIVD. Beatus Ioannes de Filio

A ὅτι τῷ μὲ τελείως σοφὸς ὁ πατὴρ, μὲ τελείως δυνατὸς, μὲ τελείως φῶς, μὲ τελείως ἀλήθεια, μὲ τελείως δίκαιος, ἀλλ' οὐδὲ τέλφος ἂν βουλῇ, εἰ-
B περ ὄντως ἀφῃρῆ τὸ ἔλαττον ἔχειν, οὐ φανήσεται τέλφος ὁ υἱὸς, ὃς πάντα ἔχων τὰ τοῦ πατρός ἐστιν αὐτός. ἀλλὰ μὴν τὸ οὕτω φρονεῖν, ἢ λέγειν δυσεβές· τέλφος οὖν ὁ πατὴρ ἀφῃρῆ τὸ πάντα ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τελείως· τέλφος ἄρα δηλονότι καὶ ὁ υἱὸς, ἡ σοφία, καὶ ἡ δυνάμις, τὸ φῶς, καὶ ἡ ἀλήθεια, ἡ δικαιοσύνη, καὶ ἡ βουλὴ τοῦ πατρός. ὁ δὲ πλὴν ἐν τῷ οἰκείῳ μὴ-
C κύνοντι τελειότητα πληρῶν, πῶς ἂν ἐλάττων νοοῖτο;

ΑΛΛΟ. Εἰ δ' ἔλαττον ἔχων ὁ υἱὸς ὡς πρὸς Θεὸν καὶ πατέρα, προσκυνεῖται παρά τε ἡμῶν, καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, δύο καταθέοντες ἀλωσόμεθα Θεούς, εἰ γὰρ ἀδιαφόρους εἰς ταυτότητα φύσεως ἀναδησόμεθα τῷ τελείῳ τὸ μὴ ὅπως ἔλαττον. πολλὴ δέ τις ἐστὶν ἐν διαφορᾷ τὸ μὴ ὡσαύτως ἔχοντα κατὰ τὴν φύσεως λόγον εἰς ἀλληλοτελείωσιν συμπεφυκέναι· ἀλλ' οὐκ εἰς πολύθεον ἀριθμὸν ἡ πίστις, εἷς δὲ Θεὸς ὁ πατὴρ, ἀναβαίνοντος εἰς ἑνότητα πρὸς τοὺς αὐτὸν τοῦ υἱοῦ, δῆλον ὅτι κατὰ τὴν ἀλήθειαν πνεύματος· οὐδὲν ἄρα τὸ κατηγόρημα λοιπὸν ἐν υἱῷ. πῶς γὰρ ἔτι τὸ ἔλαττον ὑπιδέξεται εἰς ἑνότητα τοῦ τελείου πατρὸς, καὶ εἰς
D οὐσίας ταυτότητα ἐνάρμονος φυσικῶς;

ΑΛΛΟ. Εἰ πλήρωμά ἐστιν ὁ υἱὸς· ἀπὸ γὰρ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν· καὶ πῶς ἔτι τὸ ἔλαττον ὑπιδέξεται; ἀσύμβατα γὰρ καθ' ἓν τὰ ὑποκείμενα ἐν ταυτῷ τὰ ἀλλήλοις ἐναντία.

ΑΛΛΟ. Εἰ δ' ἔλαττον ἔχων ὁ υἱὸς τὰ πάντα πλουτεῖ, ποῦ χωρήσει τὸ μεῖζον τοῦ πατρός; εἰρήσεται γὰρ ἐν σωματικώτερον, ὡς ἐν τοῦ μεγέθους τόπῳ, νοουμένης ἑτέρως τῆς ἐν ἀσωμάτοις ὑπεροχῆς τε, καὶ ἐλαττώσεως.

ΑΛΛΟ. Εἰ δ' ὑπὲρ πᾶν ὄνομά ἐστιν ὁ Θεὸς, εἶτα τούτου κληρονόμος ὑπάρχων ὁ υἱὸς
E οὐκ ἔχει δ' τέλος εἶ) μὴ τὸ ἔλαττον, * οὐδὲ ἐν ὑπὲρ πάντα τὸ μέγα· τοῦτο δέ ἐστι Θεός. ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον, ἢ φρονεῖν, ἢ λέγειν· τέλφος ἄρα ἐστὶν ὁ υἱὸς, ὡς ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, καὶ Θεός.

* al. οὐδὲν

ΑΛΛΟ. Εἰ δὲ καὶ φύσις ἡ πεπόνθασι συμβαίνει ἢ οἶδε τὸ ἔλαττον ἐν ποσοῖς, πῶς δὴ ἐλάττων νοοῖτο κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεοῦ ὁ υἱός; ἡ γὰρ ἔξω τοῦ ποσοῦ κείσεται, καὶ ὡς πρὸς πατέρα τὸ ἔλαττον λέγειν ἔχουσιν αὐτόν.

ΑΛΛΟ. Ο μακάριος Ἰωάννης περὶ τοῦ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ὑοῦ φησιν, ὅτι οὐκ ἐκ μέτρου δίδωσι τὸ πνεῦμα, τοῖς ἀξίοις δηλαδή. ὅτε τοίνυν μέτρον οὐκ ἔστιν ἐν τῷ υἱῷ, ἀμέτρητος ἄρα ἐστί, καὶ πᾶσαν ὑπερβαίνων καταλήψιν τῷ ἐν ποσῷ νοουμένῳ ὡς Θεός. πῶς οὖν ἐλάττων ὁ μὴ μετρούμενος;

ΑΛΛΟ. Εἰ ἐλάττων ἐστὶν ὁ υἱός, μείζων δὲ ὁ πατήρ, διαφόρως δηλονότι, καὶ οὐκ ὁμοίως ἑκάστου ἔχοντος μέτρου ἐνεργήσουσι τὸν εἰς ἡμᾶς ἁγιασμόν. ὁ ἁγιάσων μὲν μείζονος ὁ πατήρ, ἐλαττόνως δὲ, καὶ καθ' ἑαυτὸν ὁ υἱός. ἔσται διηρημένως, καὶ τὸ πνεῦμα διπλοῦν, καὶ μεῖον μὲν ἐν υἱῷ, μεῖζον δὲ ἐν πατρί. καὶ τελείως μὲν οἱ παρὰ πατρὸς ἁγιασθήσονται· ἀτελείως δ' οἱ πάλιν οἱ δι' υἱοῦ. Ἀλλὰ πολλή τις ἔστιν ἐν τούτοις ἡ τῶν λογισμῶν ἀπορία. ἓν γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἁγιάζον ἐστὶν, εἷς δὲ τέλειος ἁγιασμὸς, καὶ παρὰ πατρὸς δι' υἱοῦ φυσικῶς χορηγούμενος. οὐκ ἄρα ἐλάττων ἐστὶν ὁ τὴν αὐτὴν ἐνέργειαν ἔχων τῷ τελείῳ πατρὶ, καὶ τὸ ἴδιον ὑπάρξαντος πνεῦμα φύσεως ἰδίας ἔχων ἀγαθὸν, ζῶν, καὶ ἐνυπόστατον, ὥσπερ οὖν ἀμφοῖν ἐστὶ καὶ ὁ πατήρ.

ΑΛΛΟ. Εἰ ἐν μορφῇ, καὶ ἰσότητι τῇ παρὰ πατρὸς ἦν ὁ υἱὸς κατὰ τὸν τοῦ Παύλου φωνὴν, πῶς ἐλάττων αὐτοῦ ἐστιν; ἴσως γὰρ δή που τὸ μὲν ἔργον τῆς ἀρχικῆς οἰκονομίας ὁ λόγος, καὶ ἡ διὰ τοῦτο λεγομένη ταπείνωσις, τῇ κατὰ φύσιν τοῦ ὑπάρξαντος ἀξιώματος ἀπογυμνώσει τὸν υἱὸν, λύσιν ἔχουσα τὴν δευτέραν ἐξ ὑπερῴου προῦσαν. ἥξει γὰρ πάντως, ὡς ἠκούσαμεν λέγοντος, ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. πῶς οὖν ὅλως ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς ὁ ἐλάττων αὐτοῦ;

ΑΛΛΟ. Εὑρίσκεταί που λέγων διὰ ἑνὸς τῶν προφητῶν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. τὴν δόξαν μου, ἑτέρῳ οὐ δώσω. ἐρωτητέον οὖν διηρημένως τοὺς ὅσοι τὸν υἱὸν ἀτιμάζοντες ἀσεβῶς, μᾶλλον δὲ δι' αὐτοῦ καὶ τὸν πατέρα· ὁ γὰρ μὴ τιμῶν τὸν υἱὸν, οὐδὲ τὸν πατέρα τιμᾷ· πότερόν ποτε, καθάπερ ἐπῄνεσαν αὐτοὶ, τὸν Θεοῦ, καὶ πάντων ἐλάττων ὢν ὁ υἱὸς, ὁμοούσιός ἐστιν, ὡς πρὸς αὐτὸν, ἢ οὐχί; εἰ μὲν οὖν ἐροῦσιν, ὡς ἔστιν ὁμοούσιος, τί μάτην τὸ ἔλαττον ἐπιφέρουσιν αὐτῷ; τὰ γὰρ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὄντα καὶ φύσεως, οὐκ ἂν ὅλως ἔχοι καθ' ἑαυτὸ τὸ μεῖζον, καθά γε τῷ πῶς εἶ λόγον. τοῦτο γὰρ πάντως ἐστὶ τὸ ζητούμενον· ἀλλ' οὐ συνθήσονται τυχὸν, οὐδὲ ὁμοούσιον εἶναι δώσουσι τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, ὡς ἐλάττονα κατ' αὐτούς. οὐκοῦν ἕτερος ἔσται πάμπολλῶς, καὶ ἀλλότριος τῆς φύσεως. πῶς οὖν ἔχει τὴν δόξαν αὐτοῦ; αὐτῷ γὰρ ἐδόθη, καθά φησιν ὁ μακάριος Δανιὴλ, ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία· ἢ γὰρ

A ait, *non ad mensuram dare Spiritum*, dignis nimirum. Cum ergo mensura non sit in Filio, immensus est igitur, & omnem quantitatis comprehensionem superat vtpote Deus: Quomodo ergo minor est ille qui mensura non capitur?

ALIVD. Si minor Filius, maior autem Pater est, diuersè nimirum nec simili ratione pro suo quisque modo sanctificationem nostram perficient: Et magis quidem Pater sanctificabit, minus autem, ac pro suo modulo Filius. B Erit igitur Spiritus quoque duplex, & minor quidem in Filio, sed in Patre maior. Et perfectè quidem sanctificabuntur qui à Patre, ac vicissim non perfectè qui per Filium. Atqui multa est in his rationum absurditas. Vnus enim est sanctus Spiritus, vna & perfecta sanctificatio, quæ à Patre per Filium naturaliter præbetur. Non ergo minor est qui eandem habet cum perfecto Patre operationem, quique Patris Spiritum habet, naturæ suæ bonum, viuentem ac subsistentem, quemadmo- C dum nempe & Pater.

ALIVD. *Si in forma & aqualitate Patris* erat Filius, iuxta Pauli sententiam: quomodo minor ipso est? Non enim certè Incarnationis ratio, & ea quæ dicitur humiliatio dignitate naturali Filium nudabit cum secundo aduentu cessatura sit. *Philip. 2.*

Veniet enim omninò, vt eum dicentem accepimus, *in gloria Patris sui.* *Marc. 8.* Quomodo igitur in gloria est Dei Patris, qui minor ipso sit?

ALIVD. Inuenitur alicubi per D vnum Prophetam Deus ac Pater dicere: *Gloriam meam alteri non dabo.* *Esa. 48.* Interrogandi sunt igitur quicunque Filio impiè detrahunt, immò verò Patri per ipsum: (Qui enim Filium non honorat, is nec Patrem quidem honorat) vtrum tandem sicuti existimant ipsi, Deo ac Patre minor existens Filius, consubstantialis sit ipsi, an non? Si consubstantialem esse dicunt, quid frustrà minus ei tribuunt? Quæ enim eiusdem sunt substantiæ ac naturæ, minus in E se profectò non habent quoad rationem substantiæ. Hoc autem est quod quærimus. Sed non assentientur forsan, neque consubstantialem esse concedent Patri Filium, quum minor sit, vt ipsi volũt: Igitur diuersus erit omninò & alienus à Patre. Quomodo itaque gloriam eius habet? *Ei enim datus est*, vt ait beatus Daniel, *honor, & regnum.* *Ioan. 5.* *Dan. 7.* Vel enim

mentietur Deus & Pater dicens, Gloriam meam alteri non dabo: vel si verax est, suamque gloriam dedit Filio, non alius vtique est ab ipso, cùm sit fructus substantiæ ipsius, ac verum genimen. Qui autem eodem modo se habet cum Patre, secundum naturæ rationem: quomodo ipso demum erit minor?

A δψευσεται λέγων ὁ Θεὸς, ϗ πατὴρ τῳ δόξαν μου ἑτέρῳ ϗ δώσω. ἢ εἴπερ ἐστὶν ἀληθὴς, δέδωκε τῳ ἑαυτῷ δόξαν τῷ ὑῷ, ϗκ ἔστερος ἄρα ἐστὶ παρ' αὐτὸν, καρπὸς ὑπάρχων τῆς οὐσίας αὐτοῦ; ϗ γνήσιον γέννημα. ὁ δὲ ὡσαύτως ἔχων ὃν πατρὶ κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, πῶς ἂν εἴη λειπὼν ἐλάττων αὐτοῦ;

ALIA simplicia & dissoluta.

ΑΛΛΑ ἁπλᾶ, ϗ ἀσυνθέτα.

Si omnipotens est Pater, & similiter Filius omnipotens, quomodo minor est ipso? Non enim si rectè philosophamur, perfecti conditionem imperfectum assequetur. Et, si Dominus est Pater, Dominusque similiter est Filius, quomodo ipso minor est? Erit enim non perfectè liber, siquidem in dominatione minor est, nec habet in seipso consummatam dignitatem. Et, si lux est Pater, lux item Filius: quomodo minor est ipso? Erit enim non perfectè lux, sed ex parte tenebris comprehendetur mentieturque Euangelista dicens: *Et tenebræ eum non comprehenderunt.* Et, si vita est Pater, vita item Filius: quomodo minor ipso est? Non enim est perfectè in nobis vita, quamuis in interiori homine Christus habitet, sed quadã ex parte mortui sunt credentes, siquidem non est vita perfectè, cùm minus habeat Filius. Cum autem absurditatem illam in his longissimè profligare oporteat, perfectum esse dicimus Filium perfecto Patri æqualem, propter perfectam identitatem substantiæ.

Ioan. 1.

Εἰ πάντοκράτωρ ἐστὶν ὁ πατὴρ, πάντοκράτωρ δὲ ὁμοίως ϗ ὁ ὑός, πῶς ἐλάττων αὐτοῦ ἐστὶν; ϗ γὰρ δίκαιον κατά γε τ τῆς ἀκολουθίας λόγον, εἰς ὃ τῷ τελείῳ μέτρον ὃ μὴ τέλεον ἀναβήσεται. ϗ, εἰ κύριος ἐστὶν ὁ πατὴρ, κύριος δὲ ὁμοίως ϗ ὁ ὑός, πῶς ἐλάττων αὐτοῦ ἐστὶν; ἔσται γὰρ ϗ τελείως ἐλεύθερος, εἴπερ ἐστὶν ἐλάττων ἐν κυριότητι, ϗκ ϗ πλήρες ἔχων ἐν ἑαυτῷ ὃ ἀξίωμα. Ϛ εἰ φῶς ἐστὶν ὁ πατὴρ, φῶς δὲ ὁμοίως ϗ ὁ ὑός, πῶς ἐλάττων αὐτοῦ ἐστὶν; ἔσται γὰρ ϗ τελείως φῶς, κατα-λη-φθήσεται δὲ ἀπὸ μέρους ὑπὸ τῆς σκοτίας, ϗ ψεύσεται λέγων ὁ Εὐαγγελιστὴς, Τὸ σκοτία αὐτὸν ϗ κατέλαβε. Ϛ εἰ ζωὴ ἐστὶν ὁ πατὴρ, ζωὴ δὲ ὁμοίως ϗ ὁ ὑός, πῶς ἐλάττων αὐτοῦ ἐστὶν; ϗ γὰρ ἔστι τελείως ἐν ἡμῖν ἡ ζωὴ, κἂν εἰς τ ἔσω ἀνθρώπον κατοικήσῃ Χριστός· νεκροὶ δέ πως κατὰ τὸ μέρος οἱ πιστεύσαντες, εἴπερ ἐστὶν ϗ τελείως ζωὴ, ὃ ἔλαττον ἔχων ὁ ὑός. ὅπερ δὲ χρὴ τελεῖν ἐν τούτοις ἀπορίαν ὡς παῤῥωπάτω ποιησάμενον, τέλειον εἶναι φαμὲν τὸν ὑὸν τῷ τελείῳ πατρὶ παρεσυμβαίνον διὰ τ τῆς οὐσίας ἀταυτότητα.

Si minor est Patre Filius, ac propterea non consubstantialis, alius vtique secũdum naturam, ac planè alienus. Igitur non Filius, sed neque prorsus Deus. Quomodo enim vocetur Filius, qui non est ex Patre, aut quomodo tandẽ Deus, qui non est ex Deo secundũ naturã? Quid hic dicũt qui asserũt in Patrẽ credere, non eos qui fidem susceperunt in Filium, sed qui hunc potius interfecerunt? Cum autem fides sit in Filium, adhuc, vt credibile est, erramus, verum non agnoscentes Deum. At hoc absurdum: Credentes autem in Filium, in Patrem quoq; credimus & in Spiritum sanctum nimirum: Non est igitur quasi Deo ac Patre minor alienus Filius, sed vnũ quid cũ ipso, propterea quod ex ipso est secũdũ naturã, & ideò æqualis ac perfectus.

ΑΛΛΟ. Εἰ ἐλάττων ἐστὶ τῷ παρ' ὁ ὑός, διό τε τοῦτο οὐχ ὁμοούσιος· ἕτερος ἄρα ἐστὶ κατὰ φύσιν, ϗ ἀλλότριος πάντελῶς· πόθεν ὧν οὐχ ὑός, ἀλλ' ὅλως Θεός· πῶς γὰρ ἂν ϗ καλοῖτο ὑός ὁ μὴ ὢν παρ' ὁ, ἢ πῶς ἐπὶ Θεὸς, ὁ μὴ ὢν Θεοῦ κατὰ φύσιν; τί φασιν οἱ λοιποὶ, οἱ μὴ τ εἰς τ ὑὸν πεπιστευκότες, ἀποκτενόντες δ μᾶλλον τοῦτον εἰς τὸν πατέρα πιστεύειν ἐμποιοῦντες; ὅπερ δ εἰς ὑὸν ἡ πίστις, ἐπὶ κατ' ὀλίγον πλανώμεθα, τ ἀληθινὸν οὐκ ἐπιγινώσκοντες Θεόν. ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον· πιστεύοντες μὲν εἰς ὑόν, ϗ εἰς τὸν πατέρα πιστεύομεν, ϗ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα δηλαδή. οὐκ ἄρα ἐστὶ τῷ Θεοῦ, ϗ παρ' ὃς, ὡς ἐλάττων ἀλλότριος ὁ ὑός, ἀλλ' ἕν ὡς πρὸς αὐτὸν, διό τε ὃς αὐτοῦ κατὰ φύσιν, ἴσος τε διὰ τοῦτο, ϗ τέλειος.

Alivd. Si Filius verè est is qui ex Deo Patre effulsit Deus Verbũ, necesse omnino est aduersarios vel nolentes con-

ΑΛΛΟ. Εἰ μὲν ὑός ἐστι κατ' ἀλήθειαν ὁ ἐκ Θεοῦ παρ' ὃς ἀναλάμψας Θεὸς λόγος, αὐάλωτα πάσα ϗ ϗκ ἐκόντας ἴσως δι' ἀναγκαίας ὁμολογίας

ἐκ τ᾽ ὑπάρξαι αὐτὸν ἐκ τῆς πατρὸς τοῦτο γὰρ ἂν ἡ ἀληθὴς υἱότης σημαίνοι. εἶτα πῶς ὁ υἱὸς ἐλάττων ἐστὶ τοῦ πατρὸς υἱός, εἴπερ ἐστὶν οὐσίας καρπὸς, οὐδαμοῦ ἔλαττον ἐφ᾽ ἑαυτῇ δεχομένης; πάντα γὰρ τελείως ἐν τῷ Θεῷ· εἰ δὲ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, οὐδὲ υἱὸς ἀρα· νόθος δὲ ὥσπερ τις, καὶ ψευδώνυμος· ἀλλ᾽ οὐδὲ αὐτὸς ὁ πατὴρ, πατὴρ ἀν καλοῖτο δικαίως τε, καὶ ἀληθῶς. εἰ γὰρ οὐκ ὄντως τοῦ κατὰ φύσιν, δι᾽ ὃν ἐστι πατὴρ, πῶς ἂν εἴη πατήρ; ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον· ἔστι δὲ πατὴρ ἀληθινὸς ὁ Θεός· τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ὅλαι βοῶσιν αἱ θεῖαι γραφαί· υἱὸς ἄρα πάντως ὁ ἐξ αὐτοῦ φυσικῶς. εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἐλάττων· ὁμοούσιος γὰρ ὡς υἱός.

A fiteri, ex substantia Patris ipsum existere: Hoc enim vera filiatio significat. At quomodo is minor est Patre Filius, siquidem sit substantiæ fructus, quæ nullatenus in se minus suscipit? Cuncta enim perfectè sunt in Deo. Quòd si non est ex substantia Patris, neque Filius est igitur, sed spurius veluti quidam ac falsi nominis: Sed neque Pater ipse Pater iustè ac verè vocetur: Si enim Filius non est secundum naturam, propter quem sit Pater: quomodo Pater intelligatur? Sed hoc absurdum: Est autem Pater verus Deus (hoc enim vbique Scripturæ diuinæ clamitant) Filius ergo est planè qui ex ipso naturaliter. Quod si Filius, non ergo minor. Consubstantialis enim est vt pote Filius.

ΑΛΛΟ. Τὸ τῆς πατρειας, ἤτοι παζήτητος ὄνομα οὐκ ἐξ ἡμῶν ἔχει Θεὸς, ἀλλ᾽ ἡμεῖς μᾶλλον ἐξ αὐτοῦ λαβόντες ὁρώμεθα. πιστὸς δὲ ὁ λόγος Παύλου βοῶντος ὡδί· ἐξ οὗ πᾶσα πατρειὰ, ἔν τε οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται. ὅπερ δὲ Θεὸς ὢν πάντων ἐστὶ πρεσβύτατον, καὶ μίμησιν δηλονότι πατέρες ἡμεῖς, οἱ πρὸς τὸ ἐκείνου σχῆμα ἐξ οὗ πεποίηται κατ᾽ εἰκόνα κεκλημένοι. εἶτα πῶς, εἰπέ μοι, λοιπὸν οἱ καθ᾽ ὁμοίωσιν γεγονότες αὐτοῦ, καὶ φύσιν ἐσμὲν τῶν οἰκείων τέκνων πατέρες, εἰ μὴ πρὸς τοῦτο τὴν ἀρχετύπου εἰκόνι, πρὸς ἣν καὶ μεμορφώμεθα; πῶς δὴ δῶ ὅλως τὸ τῆς πατρειᾶς, ἤτοι παζήτητος ὄνομα, καὶ εἰς ἄλλους ἐκβλύσαι πρὸς Θεοῦ δοίη τις αὖ, εἴ γε ὄντως οὐκ ἔστι πατήρ; Φαίνεται γὰρ, ὡς ὄντως ἔχει, πάντελῶς ἀμεταμέλητα τὰ πρόσματος ἡ Φύσις, ἡμεῖς δὲ μᾶλλον αὐτοῦ καθ᾽ ὁμοίωσιν τιθῶ πρὸς ἡμᾶς τὸ, πατὴρ καλεῖσθαι δώσομεν, ἢ καθ᾽ αὐτὸς ἡμῖν. τοῦτο γὰρ ὁ λόγος συνομολογεῖν ἀναγκάζει καὶ ἡ ἀγχίνοια τὸ αἱρετικόν. ὑπεκρίνεται γὰρ φυόμενον τὸ ἀληθείας ὁ μάρτυς ἐξ αὐτοῦ λέγων πᾶσάν ἐστιν πατρειὰν, ἔν τε οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς. ἀλλ᾽ ἔστι τοῦτο φαίνεσθαι τῶν ἀποπλάτων· ἀληθεύει γὰρ ὁ λαρύσσας εἰπών· ἢ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; καὶ οὐκ Θεοῦ τὸ τῆς πατρειᾶς ὄνομα, καὶ εἰς ἡμᾶς καταῤῥεῖ. ὑπεκρίνεται ὅτι κατὰ φύσιν τοῦ λόγου πατήρ· τέτυχε δὲ πάντως οὐκ αὐθομοίου ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοῦ ἐλάττονος ἔχθρου, ἢ ἐν οἷς ἐσμεν ἐστιν αὐτὸς· οἱ γὰρ πρὸς μίμησιν γεγονότες ἡμεῖς τοῦ ἐκείνου ἐχθροὶ, οὐχ ὅσα τὰ ἐξ ἑαυτοῦ γινώμενα, ἴσα δὲ πάντελῶς καθά γε τὸν τῆς Φύσεως λόγον.

B Est autem Pater verus Deus (hoc enim vbique Scripturæ diuinæ clamitant) Filius ergo est planè qui ex ipso naturaliter. Quod si Filius, non ergo minor. Consubstantialis enim est vt pote Filius.

ALIVD. Paternitatis nomen non habet Deus ex nobis, sed nos potius ab ipso accepisse videmur. Fidelis quippe est sermo Pauli clamantis: *Ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur.* Cum autem Deus sit res omnium antiquissima, imitatione quadam & similitudine nos patres appellamur, quòd ad eius imaginem facti sumus. At quomodo quæso, ad eius facti similitudinem nostrorum filiorum patres sumus secundum naturam, si exemplari cuius imitatione id habemus, hoc non ineſt? Quomodo denique paternitatis nomen etiam ad alios à Deo permanare concedetur, si Pater verè non est? Nam si ita se habet, euersa prorsus videtur rei natura, & nos ei Patris appellationem ad similitudinem nostram potiùs tribuemus, quàm ipse nobis. Hoc enim ratio fateri coget hæreticum, vel inuitum. Itaque mentitur testis ille veritatis, qui ex ipso paternitatem omnem esse dicit, in cælo, & terra. At hoc dicere est absurdissimum. Verax enim est, qui magna fiducia dicit: *An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus?* Et ex Deo paternitatis nomen etiam in nos defluit. Igitur secundum naturam est Pater Verbi: Sed genuit non dissimilem sibi, ita vt aliquid in hoc minus sit quàm in ipso. Nos enim ad imitationem eius facti, minores illo sumus, sed qui à nobis eduntur æquales nobis sunt secundum naturæ rationem.

C

D

E

2. Cor. 13.

ΑΛΛΟ. Μὴ βλασφημείτω τοῦ ἀληθοῦς ὁ ποικίλος εἰς λόγους αἱρετικὸς, μηδὲ υἱὸν ὁμολογῶν

ALIVD. Ne veritatem vafer hæreticus ludificetur, neque Filium Dei Verbum

Verbum fatendo nudum ei & verbis tenus honorem tribuat, non esse ipsum ex substantia Patris asserens. Quomodo enim planè Filius est, si naturâ ita non est? Aut ergo detractâ hypocrisis personâ palam blasphement, nec Deum nec Filium esse fatentes: aut si authoritate Scripturarum conuicti, & sanctorum doctrina tacti, veritatem reuerentur, & Filium dicunt ac Deum, ne Patre minorem esse cogitent. Quomodo enim minus accipiet respectu Patris Dei, cum sit Deus Verbum? Nam & homo hominis dicitur, & est, filius, sed non erit idcirco patre minor, quatenus est homo. Homo enim homine, in quantum homo est, non est maior aut minor, sed neque forsan Angelus Angelo, quatenus Angelus, neque res vlla respectu alterius quæ sit eiusdem naturæ, & eiusdem essentiæ rationem sortita. Itaque si reuera est Filius, necesse est dicere ipsum esse ex Patris substantia, omnes eius proprietates in seipso ferentem naturaliter: Et, si naturâ Deus est Pater, Deus vtique secundum naturam etiam est Verbum ex ipso genitum. Quomodo ergo minor erit Deus Deo, ea nempe ratione qua vterque Deus est?

A τὸν τ Θεοῦ λόγον ψιλὸν αὐτῷ, & τῷ ὀνόματι μόνοις χαριζόμενοι τιμῶν, οὐκ εἰ) λέγων αὐτὸν ἐκ τῆς οὐσίας τ τῦ πατρός. πῶς γὰρ ὅλως υἱός, εἰ μὴ ὄντως ἔχοι κ) φύσιν; ἢ τοίνυν ὁ τῆς ὑποκρίσεως ἀφελόντες προσωπεῖον δυσφημεῖτωσαν ἀναφανδόν, μήτε Θεὸν, μήτε υἱὸν ὁμολογοῦντες· ἢ εἴπερ ἐκ πάσης ἐλεγχόμενοι τῆς θείας γραφῆς, & τοῖς τ ἀγίων λόγοις καθαπτόμενοι δυσωποῦνται τ ἀληθῆ, καὶ υἱὸν εἰ) λέγοιεν, καὶ Θεὸν, μὴ φρονείτωσαν ὡς ἔστιν ἐλάττων τῦ γεγεννηκότος. πῶς γὰρ ὅλως ὑποδέξεται ὃ ἔλαττον, ὡς πρὸς τ πατέρα Θεὸν, Θεὸς ὢν ὁ λόγος; καίτοι κ) ἄνθρωπος ἀνθρώπου γεννᾷ τε, κ) ἔστιν υἱός, ἀλλ' οὐκ ἐλάττων ἔσται ὁ πάϊς κατά γε ὃ εἰ) ἄνθρωπος· ἄνθρωπος γὰρ ἀνθρώπου, καθὸ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν εἴη μείζων, ἢ ἐλάττων, ἀλλ' οὐδὲ ἄγγελος ἀγγέλῳ τυχόν, καθὸ ἄγγελος, ἢ ἕτερόν τι τῶν ὄντων πρὸς πρὸ ὁτιοῦν ὁμορφυές, καὶ τ τ αὐτῆς οὐσίας λόγον ἀποκεκληρωμένον. σκοπῶ εἰ κ) ἀληθὲς ἔστιν υἱὸς, ἀνάγκη λέγειν, ὡς ἔστιν οὐκ τ οὐσίας τῦ πατρός, πάντα τὰ ἐκείνης ἴδια φέρων ἐν ἑαυτῷ φυσικῶς· & εἰ φύσει Θεὸς ὁ πατὴρ, Θεὸς δηλονότι κ) φύσιν καὶ ὁ λόγος ὁ ἐξ αὐτῆς γεννητός. πῶς οὖν ἐλάττων ἔσται Θεὸς Θεοῦ, & ταὐτὸ δὴ τῦτο ὃ εἰ) Θεός;

B

C

ΑΛΛΟ. Πόθεν ὑμῖν, ὦ ὅτοι, πρέσει βουλομένοις ὃ ἐν ἐλάττοσι κεῖσθαι λέγειν τ υἱὸν, ἢ ἐν οἷς ὄντων ὁ γεννήσας αὐτὸν; κ) τίνα δὲ χρόνον ὃ ἔλαττον ὑποδέξεται; καπὶ πλὴν οὖν τ ἐν τῷ εἶναι χρόνον, οὐκ ἂν ἴσως, οἶμαι, & σφόδρα ληρῶν ὑπολάβοι. προαιώνιος γὰρ ὁ υἱὸς, & αὐτός ἐστι τῶν αἰώνων ὁ ποιητὴς, κ) ὅτι μὲν οὐκ ἂν ὅλως προσοιζόιτο χρόνῳ, ὃ χρόνου πάντως προσβυτέραν ἔχον τὴν γένεσιν, νοῆσαι εἰκότως. ἀλλ' ὅσον ἐν ποσῷ τῶν κατὰ μέγεθος ἐλάττων αὐτῶν· ἀμεγέθης γὰρ, ἄποσός τε, & ἀσώματος ἡ θεία νοῆται, & ἔστι φύσις. πῶς οὖν ἄρα ὃ ἔλαττον ἐπὶ τῦ γένους ἐστὶ δεχθήσεται; ἐν δόξῃ λοιπὸν ἐρεῖς τυχόν, ἐν δυνάμει, ἐν σοφίᾳ· λεγέτωσαν τοίνυν, πόσος ὅστις ἐν τούτοις, & πηλίκος ὁ πατὴρ, εἴγε χρὴ κ) τῦτο εἰπεῖν· ἵνα νοῶμεν λοιπὸν ἐλάττων ὁ υἱὸς, ὡς πρὸς ἐκεῖνο ἐκμετρούμενος· ἢ εἴπερ ὅστις ἐν ἀκαταλήπτοις, & ἀνεκμετρήτοις ὁ πατὴρ ἀγαθοῖς, καὶ πολὺ ὃ τ ἡμετέρας διανοίας ὑπερέχοισι μέτρον· πόθεν ἐλάττονα λέγοισι τ υἱὸν οἱ πάντα πεπλησμένοι ἑτοίμως Ἀρειανοὶ, πρὸς αὐτὸν τ προόντος αὐτῷ κατὰ φύσιν ἀξιώματος; ἐλέγ-

D

E

ALIVD. Vnde vobis, quæso, tanta audacia, vt dicatis inferioris conditionis esse Filium quàm Patrem? quomodo verò minus accipiet? Existendi certè tempore, nemo vel maximè delirus putauerit. Est enim ante secula Filius, & ipse seculorum est conditor: neque circumscribi tempore iure censebitur qui tempore quouis generationem antiquiorem habet. Sed neque magnitudinis quantitate ipso erit inferior: magnitudinis enim, & quantitatis, & corporis expers natura diuina intelligitur & est. Quomodo ergo minoratio ostenderetur in Filio? In gloria fortè, dicet aliquis, in virtute, in sapientia; Dicant ergo, quantus sit in his & quàm grandis Pater, (vt ita dicam) vt minor demum Filius intelligatur ad illius mensuram comparatus: aut si incomprehensibilibus & immensis bonis est præditus, & nostræ mentis captum multum excedentibus, vndenam minorem dicunt esse Filium, qui omnia temerè audent Ariani, ad euertendam quæ ei naturaliter inest dignitatem? Comparatione

χθαι γὰρ αὐτὸν ἐν τῷ πατρὶ ὃ μεῖζον ὃ ἐλαττίον, οὐκ ἐκ μεγέθους δὲ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ποία δείξις ἐν ὑμῖν τοῦ μειονεκτήματος;

ΑΛΛΟ. Ἐπὶ τῇ βδελυρίᾳ τῶν αἱρετικῶν, ἔξεστιν ὄντως εἰπεῖν ἀληθεύοντας, οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν ἄφρονες. πῶς γὰρ οὐκ εἶεν πάσης ἀμαθίας ἀνάπλεῳ, μὴ εἰδότες μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται, καθάπερ ὁ Παῦλός φησιν· ὄφρα δὲ δι' ἣν χάριν ἐπισκήπτει αὐτοῖς οἰόμεθα δεῖν, ἐκεῖνο ἔστιν. εἰ καλὰ ἀληθῆ τὰν Θεὸν ἐκ Θεοῦ τὸν πατέρα γεγεννῆσθαι λέγουσι τὸν υἱόν, καὶ οὕτω πιστεύουσι, πῶς ἐλάττων ἔστι τοῦ πατρός; πολλὴ γὰρ συντεθήσεται λογισμῶν ἀτοπία, πάντα μὲν ὃ δύσφημον ἔχουσα, ὡς ὅσα γε δὴ ἡμῖς καὶ μίνον ἀκούσαι προθυμησόμεθα. εἰ γὰρ ὅλως Θεὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὁ υἱὸς ὑπιδέξεται κατά τι γοῦν ἐφ' ἑαυτῷ τὸ ἔλαττον, ἀνάγκη λοιπὸν ἐννοεῖν, ὡς ἔστι τι μεῖζον Θεοῦ. ὑκοῦν οὐκ ἐν τελειότητι τῇ καθ' πᾶν ὁτιοῦν ἡ τοῦ πατρὸς ὐσία νοεῖται, κἂν ὑπάρχῃ φύσει Θεός· προκόψει δέ ποι καὶ αὐτὸς ὅτι τὸ μεῖζον, ἐλεγχόμενος, ὥσπερ εἰκόνι τῷ υἱῷ, ὅτι περ ἔστι καὶ αὐτὸς τὸ ἔλαττον ὑπιδεχομένης ὐσίας. φορέσει γὰρ αὐτὸ δυνάμει, καὶ εἰ μή πω πεφόρεκεν· ἐπεὶ γὰρ τὰ δεκτικά τινος ὄντα, δέξεται πάντως, καὶ τὰ ὢν ἔστι δεκτικὰ, καὶ χωρὸν καλοῦντος εἰς τὸ παθεῖν ὐ παρατήσεται. ἀλλὰ πολλὴ ἡμῖς ἐν τούτοις ἡ δυσφημία φαίνεται. οὔτε γὰρ προβήσεταί ποι πρὸς τὸ μεῖζον ὁ πατὴρ, ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἔλαττον ὑπιδέξεται, διὰ τὸ εἶναι κατὰ φύσιν Θεός. οὐκοῦν τὸ ἔλαττον οὐδὲ ὁ υἱὸς ἐφ' ἑαυτῷ καθαδέξεται, Θεὸς ὢν αὐτὸς ὑπάρχων κατὰ φύσιν, ἵνα μὴ τὴν ἀϊδιωτάτω πασῶν οὐσίας κατηγόρημα νοῶμεν, τὸ ἐξ ἀμαθίας τῶν αἱρετικῶν ὑπονοηθὲν ῥημάτιον.

ΑΛΛΟ. Εἰ υἱὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ καὶ πάσης ὁ ἐξ αὐτοῦ λόγος ἐλάττων ἔστιν αὐτοῦ, ἢ κατὰ τὴν ὑπερτέρους ἀξίας λόγον, ἢ ὡς κατὰ φύσιν οὐκ ἔχων ἀπαραλλάκτως, ἢ κατὰ τὸν ἡμῶν τῶν ἐν τοῖς μειονεκτήμασι ζώντων, οὐκ αὐτὸν τοσοῦτον ἔσεσθαι τὸ κατηγόρημα μᾶλλον, ὅσον τὴν οὐσίας ἐξ ἧς εἶναι πεπίστευται, εἴπερ ὅλως τὸ ἔλαττον, ἤτοι τὸ χεῖρον, ὡς πρὸς αὐτὸν ἀποκλινοῦσα φαίνεται, κἂν ἡ ὑμητὴς, καὶ πεποιημένης οὐκ ἀπεχομένης τοῦτο παθεῖν. πίπτει γὰρ πάντως τὸ ὅμοιον ἑαυτῷ, πᾶν ὅπερ ἔστι καρποφόρον. εἰ δὲ δύω πάντως κεῖσθαι πάθους τὴν θείαν τοῦ πατρὸς ἐρῶσι φύσιν, ἔξω δηλονότι τὴν ὅτι τοῦτο κατηγορείας κείσεται, ὡς ἡ ἀγχέτυπος οὖσα τῶν σὺν

enim maioris, minus innoteſcit: Patris autem dignitatem non dimenſi, quomodo diminutionem oſtenderis in Filio?

ALIVD. De execrabili impietate hæreticorum certè & ex rei veritate dicere poſſumus: *Inimici noſtri inſani.* Quomodo enim omni genere dementiæ non pleni ſint, qui *neque quæ loquantur, neque de quibus affirmant intelligunt,* quemadmodum Paulus ait. Cauſa autem propter quam illos reprehendendos putamus, ea eſt: Si re vera Deum ex Deo Patre genitum eſſe dicunt Filium, atque ita credunt: quomodo minor eſt Patre? Hinc enim prodibit multa rationum abſurditas, ſcatens vbique blaſphemiis, & quas aures refugiant. Nam ſi Deus ſecundum naturam quum ſit Filius quadantenus in ſe minus capiat, neceſſe eſt tandem cogitare, aliquid eſſe maius Deo. Igitur non in perfectione omnimodâ ſubſtantia Patris intelligitur eſſe, quamuis naturâ ſit Deus: ſed ipſe quoque in maius proficiet, in Filio ſicut imagine oſtendens ſe quoque eſſe ſubſtantia prædictum quæ minus ſuſcipit. Hoc autem potentiâ feret, licet adhuc non tulerit: nam quæ alicuius ſunt capacia, ea vtique ſuſcipient quorum ſunt capacia, & tempore ad ſuſcipiendum vocante, non recuſabunt. Sed multa in his blaſphemia cernitur. Neque enim in maius Pater vtique progredietur, ſed nec minus ſuſcipiet, propterea quod ſecundum naturam eſt Deus: Ergo neque Filius in ſeipſo minus accipiet, Deus cum ſit ipſe quoque ſecundum naturam ne ſupremam omnium eſſentiam lædere cenſeatur illa ex hæreticorum væcordiâ excogitata vocula. *1. Timot. 1. 17.*

ALIVD. Si Filius ſecundum naturam ſuam exiſtens Dei ac Patris Verbum, minus eſt eo, ſiue diuinæ maieſtatis ratione, ſiue quòd ſecundum naturam ſuam non poſſit non eſſe planè idem, aut certè alio quouis deminutionis modo, non tam is lædetur, quàm ea, ex qua creditur eſſe, ſubſtantia, ſiquidem rem ſeipſo minorem aut deteriorem gignere videtur, licet id creata & facta ſubſtantia non ferat. Gignit enim prorſus ſibi ſimile, quodcunque fructiferum eſt. Quod ſi omni paſſione ſuperiorem eſſe dicent diuinam Patris naturam, expers vtique illius labis erit, cumque primigenia ſit omnium nobis bonorum

essentia, non minorem gignet Filium, sed æqualem & consubstantialem, ne Deus qui tantopere nos excedit, nobis quoque fit inferior.

ALIVD, *Per reductionem ad absurdum.*

Seipsum æqualem Deo ac Patri ostendens, ait Christus alicubi ad suos discipulos: *Qui vidit me, vidit Patrem meum.* At quomodo is qui secundum naturam talis est, qualem se verè asserit, imminutionem habiturus est, vt stultè nonnulli volunt? Nam si minor existens, in seipso Patrem ostendit nullo intercedente discrimine, ad Patrem imminutio pertinebit, qui in immutabili apparet imagine, Filio, nimirum. At hoc absurdum: Igitur non minor est Filius, in quo Pater perfectus existens exprimitur.

ALIVD. Quomodo Filius minus quàm Pater accipiat, qui citra culpam ait: *Omnia quæcunque habet Pater mea sunt:* Et rursus oratione ad Deum & Patrem conuersa: *Omnia mea tua sunt, & tua mea.* Si enim vt temerè nonnulli asserunt, reuera minor est Filius, quoniam verè loquitur dum dicit ad Patrem, *Mea tua sunt, & tua mea*: minus in Patrem cadet, & maius similiter in Filium, promiscuo rerum ordine, siquidem in altero quæ alteri insunt reperiuntur, & quod Patris est hoc etiam est Filij. Et rursus, quodcunque Filij proprium esse videtur, istud est Patris: Nihil ergo dicere vetabit minorem esse Filio Patrem, & maiorem Patre Filium. Sed vel cogitatu istud est absurdissimum: Æqualis igitur, & non minor est, qui communes habet cum Patre essentiæ prærogatiuas.

Ioan. 14. 9.

Ioan. 16. 15.

Ioan. 17. 10.

ALIVD, *Ex eodem.*

Si quæcunque habet Pater, hæc omnia sunt Filij, est autem in Patre perfectio: perfectus erit & Filius, qui habet quæ Patris propria sunt, & eximia. Igitur non est inferior, vt impiè hæretici sentiunt.

ALIVD, *Per reductionem in absurdum, cum syllogismi complexione.*

Dicant nobis qui inextinguibilem flammam in caput suum arcessunt, & rectam diuinorum dogmatum rationem auersantur, ac variarum argutiarum

A λιμῶν ἀγαθῶν, οὐκ ἐλάττονα τὸν υἱὸν ὑποπτεύσει, ἀλλ' ἴσον τε, & ὁμοούσιον, ἵνα μὴ καὶ ἡμᾶς ὑπολιμπάνηται Θεὸς ὁ τοσοῦτον ὑπὲρ ἡμᾶς.

ΑΛΛΟ ἀφ' ὁ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς.

Ἴσον ἑαυτὸν ἐπιδεικνύων τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ φησὶ που Χριστὸς πρὸς τοὺς οἰκείους μαθητάς· ὁ ἑωρακώς με, ἑώρακε τὸν πατέρα μου· εἶτα πῶς ὁ κατὰ φύσιν τοιοῦτος, ὅτου τε ὑπάρχων ὡς αὐτὸς ἀληθεύων διϊσχυρίζεται, ὃ ἔλαττον ἕξει κατὰ τινὰ ἀξίωσιν; εἰ γὰρ ὑπάρχων ἐλάττων ἐν ἑαυτῷ δείκνυσι τὸν πατέρα μηδεμιᾶς μεσολαβούσης παραλλαγῆς, ὅτι τὸν πατέρα ὃ ἔλαττον ἀναβήσεται, ὡς ἂν ἀμεταποιήτῳ φαινόμενον εἰκόνι τῷ ἐμῷ. ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον· οὐκοῦν οὐκ ἐλάττων ὁ υἱός, ἐν ᾧπερ εἰκονίζεται τέλειος ὢν ὁ πατήρ.

ΑΛΛΟ. Καὶ πῶς ἂν ὃ ἔλαττον, ἢ ἐν οἷσπερ ἐστὶν ὁ πατὴρ ὁ υἱὸς ἐπιδείκνυται, λέγων ἀεὶ-κλήτως· πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ ἐμά ἐστι· καὶ πάλιν, ὡς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ πατέρα, ὅτι πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστιν, καὶ τὰ σὰ ἐμά. εἰ γὰρ ὄντως ἐστὶ κατὰ τινὰ ἀξίωσιν ἐλάττων ὁ υἱὸς, ἐπιδιαφερόντως ἀληθεύων λέγων πρὸς τὸν πατέρα, τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά· χωρήσει καὶ ὅτι τὸν πατέρα ὃ ἔλαττον, καὶ ὃ μεῖζον ὁμοίως ἐπὶ τὸν υἱόν, ἀδιαφορούσης τῆς τοῦ πράγματος τάξεως, εἴπερ ἐν ἑκατέρῳ τὰ ἑκατέρῳ πρόσοντα φαίνεται, & ὅπερ ἂν εἴη τοῦ πατρὸς, τοῦτο ἐστὶ τοῦ υἱοῦ. καὶ πάλιν· ὅπερ αὖ ὑπάρχον ἴδιον φαίνεται τοῦ υἱοῦ, τοῦτο ἐστὶ τοῦ πατρός. ὅθεν οὖν κωλύσει λέγειν ἐλάττονα τὸν υἱὸν τὸν πατέρα, καὶ μείζονα τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν. ἀλλ' ἔστι πᾶν ἀτοπώτατον, καὶ μόνον ἐνοῆσαι τι τοιοῦτον· ἴσος ἄρα, καὶ οὐκ ἐλάττων ὁ κοινὰ πρὸς τὸν πατέρα τὰ τῆς οὐσίας ἔχων πλεονεκτήματα.

ΑΛΛΟ ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Εἰ πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμοῦ τὰ πάντα ἐστὶ τοῦ υἱοῦ, ἔστι δὲ τοῦ πατρὸς τὸ τέλειον, τέλειος ἔσται καὶ ὁ υἱὸς ὁ τοῦ πατρὸς ἔχων τὰ ἴδια καὶ ἐξαίρετα. οὐκοῦν οὐκ ἐλάττων, κατὰ τὴν αἱρετικὴν δυσσέβειαν.

ΑΛΛΟ ἀφ' ὁ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς, μετὰ συμπλοκῆς συλλογισμοῦ.

Λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ τὸ ἄσβεστον φλέγμα καταχέοντες τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς, & τὴν μὲν ὀρθὴν τῶν θείων δογμάτων ὀρθότητα παραιτούμενοι, τροφὰς δὲ ποικίλων ἐπινοοῦντες συλλογισμῶν πρὸς

ἀπάτῃ τ̃ ἀκεραιοτέρων, καὶ δόλῳ ϭυπτῷ, πότε- A
ρόν ποτε κρείττων ὄϛιν ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, ὃ μεῖζον
ὡς πρὸς αὐτὸν ἔχων, εἴπερ ἐλάττων ὄϛι, καθὼς
ἔνιοι λεγεωῶτες φασιν, ἢ οὐχί; ἀλλ' οἶμαι δὴ
πάντως, ὅτι κρείττων ἐρροῦσι· λεγέτωσαν οὖν
τί θεῖον ἐν τῷ κεκλῆσθαι ὃ μεῖζον ὁ πατὴρ
ἔχων φανήϛαι, εἰ μὴ κρείττων ὄϛιν; εἰ μὲν γὰρ ὅλως
ϛάδην, λέλυται λοιπὸν ἤδη πᾶν ὃ ἐφ' υἱοῦ κατη-
γόρημα· εἰ δὲ πολύ τι ὃ διαφέρον ὄϛι, κρείττων
ἄρα λοιπὸν, ὡς ἔχων ὃ μεῖζον. ἀπολογείσθω- B
σαν οὖν, καὶ διδασκέτωσαν ἡμᾶς, εἴπερ εἰσὶν
ὄντως ϭοφοὶ, τοῦ δὴ χάριν γεννήσας τὸν υἱὸν ὁ πα-
τὴρ, οὐκ ἴσον ἑαυτῷ γεγέννηκεν, ἀλλ' ἐλάττονα.
εἰ μὲν γὰρ φαίνοιτο κρεῖττον ὄν, ἴσον ἑαυτῷ κατὰ
πάντα γεννῆσαι τὸν υἱὸν, τίς ὁ κωλύσας τοῦτο ποιῆσαι;
εἰ μὲν γὰρ ἦν ὃ κωλύσαν ὡς ἐξ ἀνάγκης ὄϛιν, ὁ-
μολογήσουσι καὶ οὐκ ἐκόντες εἴ τι ὃ μεῖζον ἦν πα-
τρός. εἰ δὲ ὃ κωλύον ἦν ὅλως οὐδὲν, ἔχων δὲ πλὴν
ἐξουσίαν, καὶ εἰδὼς, ὅτι καλλιόν ὄϛι γεννῆσαι τὸν
ἴσον, βεβούληται τὸν ἐλάττονα, φθόνος ἄρα πάρ- C
αὐτὸν, καὶ βασκανία γεγονυῖα φαίνεται· οὐ γὰρ ἠθέ-
λησεν ἀποδοῦναι ὅ ἴσον τῷ υἱῷ. ἢ τοίνυν ἀδυνα-
τοῦσι πάρεϛι τ̃ γεννῆσαι ὁ πατὴρ, ἢ βάσκανος ἔϛαι
καὶ ὃ ἐκ τῶν συλλογισμῶν σεσαγήνευται θεώρη-
μα, αὐτὸν ἔχειν ὃ ἔλαττον ὁ υἱὸς καὶ τὸν ἐκείνων λό-
γον. ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον· θεῷ γὰρ πάσης πάντως ἐκ-
τὸς ἡ θεία καὶ ἀκήρατος Φύσις. οὐκοῦν οὐκ ἐλάττων ὁ
υἱὸς, ἵνα μὴ ὃ ἴσον ἀπολέσῃ, καὶ οὐδένα ἔϛαι τρό-
πον ἀτονήσαντος τοῦ πατρὸς πάρεϛι ὃ ἴσον ἑαυτῷ γεννῆ- D
σαι τὸν ἐξ αὐτοῦ, μήτε μὴν ὑπὸ βασκανίας κε-
κωλυμένου ὃ ἐθελῆσαι ὃ ἄμεινον.

ΑΛΛΟ. Αὐτὸς ποῦ φησιν ὁ σωτὴρ, ὡς
εἰη μὲν αὐτὸς ἐν πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ δὲ ὁμοίως ἐν
αὐτῷ. ἀλλ' ἔϛι πᾶσι που δῆλον, ὡς ἐν τοιούτοις
νοῆσαι, καθάπερ σῶμα ἐν σώματι, ἢ σκεῦος ἐν
σκεύῃ, ὅπως εἰς χωρητὸν ἐν ὑπὸ τὸν πατέρα, ἢ
αὖ πάλιν αὐτεμβιβάζεσθαι πρόπον τινὰ τῷ πα-
τρὶ, ὅπως δὲ ἐν ἐκείνῳ, καὶ ἐκεῖνο ἐν τούτῳ φαί-
νεσθαι ὡς ἐν ταυτότητι οὐσίας ἀπαραλλάκτῳ, καὶ
τῇ κατὰ Φύσιν ἑνότητί τε, καὶ ὁμοιότητι, ὥσπερ ἂν εἴ E
τις καὶ ἐν εἰκόνι τ̃ οἰκείαν καθειπὼν μορφὴν
λέγοιτο πρός τινας ἀληθεύων, καὶ πλὴν εἰς ἄκρον
ἐξησκημένῳ ἐμφέρειαν τ̃ οἰκείας ψήμασι ἀπο-
θαυμάζοι βοῶν. ἐγὼ ἐν τῇδε τῇ γραφῇ, καὶ ἡ
γραφὴ δὲ ἐν ἐμοί. ἢ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, ὥσπερ
αὖ εἰ καὶ τὸ μέλιτος γλυκεῖα ποιότης ἐντεθεῖσα
γλώττῃ πάρεϛι ἑαυτῆς λέγοι, ἐγὼ ἐν τῷ μέλιτι, καὶ
τὸ μέλι δὲ ἐν ἐμοί· ἢ καὶ ὥσπερ πάλιν εἰ ἐκ πυρὸς

versutias, ad fraudem simpliciorum & subuertionem excogitant, vtrum tandem melior sit Pater Filio, cum maior sit ipso, si Filius minor est, vt illi nugantur, an non? At, opinor, meliorem esse fatebuntur. Dicant ergo quidnam eximij habere Pater videbitur in eo quod maius habet, nisi melior est? Nam si nihil planè, soluta demum est omnis illa Filij reprehensio. Sin autem multùm præstat, melior igitur est, vtpote qui maius habet. Respondeant ergo, & nos doceant si reuera sapiunt, quam ob causam Filium Pater cum genuerit, non æqualem sibi genuit, sed minorem. Nam si melius videretur, æqualem sibi per omnia genuisse Filium, quis facere istud prohiberet? Si enim aliquid prohibuerit, necessarium esse vel inuiti fatebuntur, vt sit aliquid Patre maius. Quòd si nihil planè prohibuit, sed cum potestate præditus esset, sciretque melius esse vt æqualem gigneret, minorem maluit, inuidia ergo & liuore ductus videtur. noluit enim æqualitatem dare Filio. Aut ergo impotens erit in generatione Pater, aut inuidus, vt ex argumentatione perspicuè colligitur, si minus habeat Filius vt illi asserunt. Sed hoc absurdum: omnis enim passionis est expers diuina & immortalis natura. Igitur non est minor Filius, ne æqualitatem perdat, cùm nullo modo Pater viribus caruerit in generando sibi æquali Filio, neque liuore prohibitus sit quominus vellet id quod melius esset.

ALIVD. Ipse alicubi Saluator ait, se esse in Patre, & Patrem similiter in ipso. Sed patet omnibus non esse illud intelligendum, sicuti corpus in corpore, aut vas in vase, ita Patrem in Filio contineri, aut vicissim hunc quodammodo Patri imponi; sed hunc in illo, & illum in hoc esse videri, ceu in identitate substantiæ per omnia simili, & naturali vnitate ac similitudine; veluti siquis in imagine formam suam contemplans & exquisitam vultus sui similitudinem admirans verè clamare dicatur: Ego in hac tabella, & tabella in me est: Aut quemadmodum si dulcis qualitas mellis impressa linguæ de seipsa dicat, Ego in melle, & mel in me est: Aut si calor ex igne naturaliter

prodiens emissa voce dicat: Ego in igne, & ignis in me. Vnumquodque enim eorum quæ dicta sunt separabile est intellectu, sed vnum naturâ, & vnum ex vno inseparabili quodam & continenti progressu prodit, quemadmodum & ab eo in quo est separari videtur: veruntamen licet hunc concipiendi modum præ se ferant, alterum tamen in altero cernitur, & idem sunt vtraque quoad substantiam. Si ergo propter perfectissimam identitatem substantiæ, & characteris omnimodam similitudinem Pater est in Filio, quomodo maior in minore, vt illi volunt, Filio continebitur, ac cernetur? Cum autem totus sit in ipso, perfectus vtique prorsus est Filius, qui perfectum capio, & characterest magni Patris.

A φυσικῶς προϊοῦσα ἑρμώτης φωνὴ ἀφίησα λέγει· ἐγὼ ἐν πυρὶ, καὶ ὁ πῦρ ἐν ἐμοί· ἔστι μοί πως ἡ τῶν εἰρημένων ἕκαστον διανοίᾳ μεριστὸν, ἓν δὲ τῇ φύσει, καὶ ἓν ἐξ ἑνὸς, ἀμερίστῳ τινὶ, καὶ ἀδιαστάτῳ προόδῳ προκύπτον, ὡσαύτως καὶ χωρίζεσθαι δοκοῦν· ὅ ἐν ᾧ ἐστὶν. ὅμως δ' οὖν εἰ καὶ τοῦτον ἔχοι τὸν τύπον τὸ ἐπ' ἀμφοῖν νοούμενον ἰδιάζουσαις, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ φαίνεται, καὶ ταυτόν εἰσιν ὅσον εἰς οὐσίαν ἀμφότερα· εἴπερ οὖν ἡ διὰ τὸ τῆς οὐσίας ἀπαράλλακτον, καὶ ἐν τῷ χαρακτῆρι πάντη πάντως ἀπαράλλακτον, ὁ πατὴρ ἐστὶν ἐν τῷ υἱῷ, πῶς ὁ μείζων ἐν ἐλάττονι κατ' ἐκείνους ὀφθήσεται τοῖς ἐμοῖς χωρήσει; καὶ ὀφθήσεται; ὅτῳ γὰρ ὅλος ἐστὶν ἐν αὐτῷ, τέλειος ἄρα πάντως ἐστὶν ὁ υἱὸς, ὁ τῆς τελείου χαρακτὴρ καὶ χαρακτὴρ τοῦ μεγάλου πατρός.

Cap. IV.

ΚΕΦΑΛ. Δ.

Aduersus eos qui dicere audent, aliud esse internum & naturale in Deo & Patre Verbum; & aliud, quod Scripturæ diuinæ appellant Filium. Est autem Eunomianorum error istiusmodi.

Πρὸς τοὺς τολμῶντας λέγειν, ὅτι ἕτερός ἐστιν ὁ ἐνδιάθετος, καὶ φυσικὸς ἐν Θεῷ καὶ πατρὶ λόγος, καὶ ἕτερος, ὃν προφέρεται ταῖς θείαις γραφαῖς λεγόμενος υἱός. ἔστι δὲ τῆς περὶ ἡμῶν εὐσεβοῦς ἐκτὸς καὶ τοιαύτη κακοδοξία.

v. 2. *Hoc erat in principio apud Deum.*

Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.

HIc Euangelista summatim quodammodo repetit quæ prius dicta sunt. Cum autem addit, *Hoc*, propemodum clamare videtur: *Quod erat in principio*, illud apud Patrem Verbum, Deus existens ex Deo, hoc, inquam, & non aliud est de quo sermonem facere in hoc libro proposuimus. Rursus autem non videtur frustrà subiecisse illud, *Hoc erat in principio apud Deum.* Accepta enim à diuino Spiritu rerum futurarum cognitione, non ignorauit, vt opinor, ac verè affirmare possumus, quosdam prodituros perditionis artifices, Diaboli aucupia, mortis laqueos, in cubicula & profundum Inferni detrudentes eos qui præ imperitia attendunt iis quæ eructant de corde malo. Instabunt verò, & in suum ipsi caput inualescent, dicentes, aliud quidem esse illud insitum in Deo Patre Verbum, aliud insito longè simillimum Filium, & Verbum, per quod Deus omnia operatur: vt sic Verbum Verbi, & imago imaginis, & splendor splendoris intelligatur. Quasi ergo iam illos impia ista prædicantes audiret, & aduersus immanem scri-

Prou. 9.

ΑΝακεφαλαίωσιν μὲν ὥσπερ τινὰ τῶν ἤδη προῃρημένων ἐν τούτοις ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐποιήσατο. προσθεὶς γὰρ τὸ ἦν, μονογενῆ βοήσας ὀφθῆναι, ὁ ὢν ἐν ἀρχῇ, ὁ ἐνδιάθετος πατρὶ λόγος, ὁ ὑπάρχων Θεὸς ἐκ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστι καὶ οὐχ ἕτερος, περὶ οὗ ὁ σύμπας ἡμῖν πρόκειται σύγγραμμα. ἔοικε δὲ πάλιν ὑ μάτην τοῖς εἰρημένοις ἐπενεγκεῖν τὸ, οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. ὡς γὰρ ἐκ θείου πνεύματος εἰς τὸ τῶν ἐσομένων γνῶσιν φωτισαγωγούμενος οὐκ ἠγνόησεν, ὡς γέ μοι δοκεῖ, καὶ ὡς ἔστιν εἰπεῖν ἀληθεύοντας, ὅτι τοῦ διαφανοῦς τοῖς τινες ἀπωλείας ἐργάται, δολοβόλου θηρατῆρα, θανάτου παγίδες, εἰς ταμεῖα καταφέροντες, καὶ εἰς πέλαγος ᾅδου τοὺς ἐξ ἀμαθείας προσέχοντας οἷς ἂν ἐκ καρδίας ἐρεύγονται πονηρᾶς. ἐνστήσονται δὲ, καὶ ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν αὐθριοῦνται κεφαλῆς λέγοντες, ἕτερον μὲν εἶ) τὸ ἐνδιάθετον ἐν Θεῷ πατρὶ λόγον, ἕτερον δὲ ὃν τὸν ἐνδιαθέτου λίαν ἐμφερέστατόν τε, καὶ ὁμοιότατον τὸν υἱὸν, καὶ λόγον, δι' οὗ Θεὸς τὰ πάντα ἐργάζεται· ἵνα λόγος λόγου ποιῇ, καὶ εἰκὼν εἰκόνος, καὶ ἀπαύγασμα ἀπαυγάσματος· ὡσαύτως οὖν ἤδη δυσφημούντων ἀκούσας αὐτῶν, καὶ πρὸς τοὺς

ἐκ τούτου διανοίας τὴν πρὸς αὐτῶν συγγραμμένην, ὁ λόγος κεκινημένος ὁ μακάριος Εὐαγγελιστὴς, ὁ εἰσάμενος ἤδη καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ πολλῶν, ὡς ἔδει κατασημήνας τὸ ἕνα, καὶ μόνον, καὶ ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ Θεῷ, καὶ πρὸς Θεὸν ὄντα λόγον, ὑπεφέρε χωρίς· ἔστι γὰρ τὸ ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, ὡς ἐξ αὐτοῦ, ὡς ἔμφυτος, ὡς ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ὡς μονογενής· τοῦτο, ἐκ ὄντος δευτέρου. ὅπερ ἐγὼ προσήκειν ἡγοῦμαι τὰ περὶ τοιαύτης δυσσεβείας ἐξηγεῖσθαι σπουδάζοντας, γυμνοτέραν αὐτῶν κατασκοπεῖν τὴν βλασφημίαν, ὅπως τὴν ἀκεραιοτέρων ἀσφάλειαν φυλάξεται γὰρ ὁ μαθὼν, καὶ ὡς ὄφιν ὑποφεύξεται, τὴν μέσην λαθραίαν τὴν ὁδὸν ἀναγκαίως αὐτοῖς ἐκθήσομαι, τὴν ἐκείνων, ὡς τὸ αὐτοῖς ἀκεραίως ῥήματι. λέγει γὰρ αὐτοῖς τοῖς λύσης ἐφεξῆς, καθ' ὃν τρόπον ἐπιδοίη ἔμπους ὁ πάντα δοφὸν Θεός.

A ptorum ipsorum furorem meritò commotus beatus Euangelista, postquam multis verbis iam statuit &c, vt decebat, significauit vnum ac solum & verum de Deo & in Deo, & apud Deum esse Verbum, statim infert: *Hoc erat in principio apud Deum*, vt Filius nimirum apud Patrem, vt insitum, vt ex eius substantia, vt vnigenitum. *Hoc*, cum non sit secundum. Sed quoniam operæpretium nobis esse puto qui impietatem istiusmodi palam facere conamur, nudam eorum exponere blasphemiam, ad simpliciorum securitatem: (cauebit enim quisquis didicerit, ac tanquam serpentem transiliet in medio latentem itinere) vtiliter eorum doctrinam exponam oppositâ contraria: Sic enim deinceps illa refutabitur iis modis quos nobis Deus concesserit, qui omnibus sapientiam largitur.

B

Εὐνομίου δόξα περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

Eunomii *opinio de Filio Dei.*

Ὁ μονογενὴς, φησι, τοῦ Θεοῦ υἱὸς, οὐκ ἔστιν αὐτοπροσώπως ὁ λόγος αὐτοῦ· ἀλλ' ὁ μὲν ἐνάρθρως λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ παρὸν τὸ αὐτῷ κινεῖται, καὶ ἔστιν ἀεί· ὁ δὲ ἐξ αὐτοῦ γεννηθεὶς καὶ λεγόμενος υἱὸς τὸν ἐνάρθρως αὐτοῦ λόγον διηκόμενος, πάντα τε οἶδεν ἐκμαθὼν, καὶ κατ' ὁμοιότητα τοῦ ἐκείνου, λόγος καλεῖται, καὶ ὄντως.

Vnigenitus, inquit, Dei Filius, non est ex se propriè Verbum eius: sed internum illud Verbum Dei ac Patris in ipso mouetur & est semper: Qui autem ex ipso genitus esse Filius dicitur, internum eius Verbum susceipiens cuncta ab eo edoctus nouit, & ad eius similitudinem Verbum est & nuncupatur.

C

Εἶτα πρὸς βεβαίωσιν, ὡς οἴεται, τῆς ἑαυτοῦ δυσσεβείας, καὶ τῶν διεστραμμένων ἐννοιῶν τοιούτους τινὰς ἀναπλέκει συλλογισμοὺς, ἵνα, καθάπερ γέγραπται, ταῖς τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων σειραῖς ὁ δείλαιος καταστρίγγηται.

Iam ad confirmandam suam vt existimat impietatem, & peruersas sententias istiusmodi nectit syllogismos, vt quemadmodum scriptum est, suorum peccatorum catenis miser constringatur.

Εἰ ὁ λόγος, φησὶν, ἐν τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ φυσικός τε, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ὄντος ἐστὶν ὁ υἱὸς, ἔστι δὲ ὁμοούσιος τῷ γεννήσαντι, τί τὸ κωλύον ἐπὶ λόγου τοῦ ἐν τε, καὶ καλεῖσθαι τὸν πατέρα, ὡς ὁμοούσιον λόγῳ;

D Si Verbum, inquit, in Deo ac Patre naturale, & internum est ipse Filius, & consubstantialis est genitori: quid iam prohibet quo minus Verbum sit, & vocetur Pater, vtpote consubstantialis Verbo?

ΚΑΙ ΠΑΛΙΝ. Εἰ ὁ λόγος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ υἱὸς, καὶ πρὸ αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἕτερος· διὰ ποίου λόγου, φησὶν, ὁ πατὴρ πρὸς αὐτὸν ἀνείσκεται λέγων· υἱός μου εἶ σὺ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· πρόδηλον γὰρ ὡς ἡ διὰ λόγου τοῦ πρὸς αὐτὸν ἀφωμίλησε ὁ πατὴρ ἐποίησατο, ἐπεὶ πᾶν ὃ λαλούμενον, ἐν λόγῳ πάντως λαλεῖται, καὶ οὐχ ἑτέρως. καὶ αὐτὸς δέ που φησὶν ὁ Σωτὴρ, ὅτι οἶδα τὸν πατέρα, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ. καὶ πάλιν· ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με· ὅτε δῆπου ἐν λόγῳ μὲν ὁ πατὴρ πρὸς αὐτὸν διαλέγεται, συνομολογεῖ δὲ καὶ αὐτὸς, ποτὲ

Item: Si Verbum est Dei ac Patris Filius, & præter ipsum non est aliud: per quodnam Verbum, inquit, Pater ad ipsum dicere comperitur: *Filius meus es tu, Ego hodie genui te*: Patet enim non absque Verbo Patrem ad Filium fuisse loquutum, cum id omne quod dicitur, in verbo vtique dicatur, non aliter. Et ipse alicubi Saluator ait: *Quia noui Patrem, & verbum eius seruo.* Et rursus: *Verbum quod auditis non est meum, sed eius qui misit me.* Cum igitur in verbo quidem Pater ad ipsum loquatur, simulque confiteatur ipse, interdum quidem se Pa-

E

Ioan. 8. Ioan. 14.

* *Sic.* πάντως λαλούμενον

tris ſeruare Verbum, interdum verò Iudæos non audire ſuum verbum ſed illud Patris: quomodo non liquidò conſtabit apud omnes, alium eſſe Filium, à Verbo inſito, aut in mente concepto, cuius cum particeps & plenus ſit Filius, Verbum enũtiatiuum appellatur, & ſubſtantiæ Patris expreſſiuum. Huiuſmodi mala ſibi demens ille contexit, & omnibus ſimul Scripturis diuinis reclamare non veretur, in ſeipſo verum eſſe probans quod ſcriptum eſt: *Cum venerit impius in profundum malorum, contemnit.* Veriſſimè enim detruſus eſt in profundum malitiæ præ ſua dementia Dei hoſtis, nec erigi ſe veritate patitur, ſed opinionum ſuarum carie ac ſitu labaſcit. Vnigenitum enim Dei ac Patris Filium ex ſe propriè eius eſſe Verbum, ex ſequentibus agnoſcemus.

A μὴν ὅτι τηρῆ τ̃ λόγον τ̃ πατ̃ός· πότε γ̀ πάλιν, ὡς ὑ τ̃ αὐτ̃ λόγον, ἀλλὰ τ̃ τ̃ πατ̃ὸς ἤκουον οἱ Ἰουδαῖοι· πῶς οὐκ ἀδ̀ εἴη, φησὶν, ἀΐδιος διάστασις ὁμολογούμενον, ὡς ἕτερός ἐστιν ὁ υἱὸς * ἐνδιάθετον, ἤτοι τ̃ ἐν κενῇ νοηματικῇ λόγον, ὃ μετέχων καὶ ἀπαπλαύων καλ̃ται λόγος ὁ προφορικὸς, καὶ τ̃ς τ̃ πατ̃ὸς οὐσίας ἐκφαντικὸς, τοῦτ' ἔστιν, ὁ υἱός. Τοιαῦτα μὴν οὖν ὁ πρόφρων ἑαυτῷ στενείρῃ κακῇ, & πάσαις ὁμοδόξοις θείαις γραφ̃ς ἀντιφωνῶν οὐκ αἰσχύνεται, ὃ γεγραμμένον ἐφ' ἑαυτ̃ δήκνυσιν ἀληθὲς· ὅταν ἔλθῃ ἀσεβὴς εἰς βάθος κακῶν καταφέρηται. λίαν γὰρ ὄντως ἐβάθυνεν εἰς κάκωσιν ἐξ αἰσίας ὁ θρασύμαχος, ὃ μὴν ἐξ ἀληθείας ὀρθοδοξ πεπαίτευμένος, τῇ ὑ ζηθέντι τῶν οἰκείων ὀκλάζων λογισμῶν· ὅτι γὰρ μονογενὴς τ̃ Θεοῦ, καὶ πατ̃ὸς υἱός αὐτοκυρίως ἐστὶν ὁ λόγος αὐτ̃, ἐξ ὧν ὑποτεθειμένων εἰσόμεθα.

B

Refutatio erroris Eunomij.

C Λύσις ἐφεξ̃ς τ̃ς Εὐνομίου κακοδοξίας.

Hebeſcit demens hæreticus. Quomodo enim in malignam animam introierit ſapientia? aut quid eſſe poteſt, quæſo, his malignius, qui, vt ſcriptum eſt, à veritate auditum auertunt, ad fabulas autem cogitationum ſuarum ſtatim conuertuntur, vt & meritò audiant: 2. *Tim.* 4 *Væ qui prophetant de corde ſuo, & non ex ore Domini.* Quis enim ab ore Domini loquens dicit anathema IESVS? quod nonnulli certè faciunt pietatis dogmata impudenter proculcantes, & ſicut Prophetarum ſanctorum vnus dixit, omnia recta peruertentes. Aiunt enim aliud eſſe naturale & inſitum Deo ac Patri Verbum: aliud rurſus qui dicitur Filius & Verbum. Et ad aſſerendum ſuam, vt exiſtimant, ſententiam, immò verò effrenatam impietatem, afferunt IESVM CHRISTVM Dominum noſtrum in ſuis ad Iudæos ſermonibus dicentem: *Ioan.* 8. *Quia ſcio Patrem, & Verbum eius ſeruo.* Præterea id quod ipſi à Patre dictum *Pſal.* 109 eſt, *Ex vtero ante Luciferum genui te.* At inquiunt, venenum à ſuo patre acceptum eructantes, ſi qui loquitur alius eſt ab eo cui loquitur, Pater autem Filio per Verbum loquitur: Aliud ergo ab ipſo erit inſitum Verbum illud, in quo Pater loquebatur. Item: Si ipſe alicubi Filius ſe Patris verbum ſeruare aſſeruit, quomodo non aliud demum

Δυσμαθὴς ὁ πρόφρων αἱρετικός· πῶς γὰρ αὖ ὅλως, εἰς κακότεχνον ψυχὴν εἰσέλθοι Σοφία; ἢ τί τ̃ τούτων χεῖρον' αὖ, εἰπέ μοι, κακοτεχνέστερον, οἵ γε κατ' ὀ γεγραμμένον, ἀπὸ μὲν τ̃ ἀληθείας τ̃ ἀκοὴν ἀποστρέφουσιν, ὅτι γ̀ τοὺς μύθους τ̃ οἰκείων διανοημάτων ὑπετέστερον τρέχουσιν, ἵνα δὴ & δικαίως ἀκούσωσιν, ὃ πάντως ὀφ τ̃ θείας λεγομένων γραφ̃ς· ὑαὶ οἱ προφητεύοντες ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, & οὐκ ἀπὸ στόματος κυρίου· τίς γὰρ ἀπὸ στόματος κυρίου λαλῶν, λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦς; ὁ δὴ καὶ τοιοῦτοί τινες τ̃ τ̃ θεοσεβείας δοκοῦντες ἀνέδην καταισχαλύπτοντες· ὃ καθάπερ ἔφη τις τῶν ἁγίων προφητ̃ν, πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες· φασὶ γὰρ, ἕτερον μὲν εἶν τ̃ φυσικὸν, καὶ ἐνδιάθετον ἐν τ̃ Θεῷ, καὶ πατρὶ λόγον· ἕτερον ὑ αὖ πάλιν τὸν ὠνομασμένον υἱὸν, & λόγον· καὶ φέρουσι πρὸς ἀπόδειξιν τ̃ ἑαυτ̃ν, ὡς οἴονται δεῖξαι, μᾶλλον ὑ ἀναλίσκουσι δυσσεβείας, λέγοντα τ̃ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τ̃ Χριστὸν ἐν ταῖς πρὸς Ἰουδαίους ὁμιλίαις, ὅτι οἶδα τ̃ πατέρα, καὶ τ̃ λόγον αὐτ̃ τηρῶ· πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ ὃ πρὸς αὐτὸν εἰρημένον τῷ τ̃ πατ̃ός, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε· εἶτα φασὶ τ̃ ἐκ τ̃ οἰκείου πατ̃ὸς ἰὸν ἐρυγόμενοι, εἰ ὁ λαλῶν ἕτερος ὡς πρὸς τ̃ ᾧ διαλέγεται· διαλέγεται ὑ διὰ λόγου πρὸς τ̃ υἱὸν ὁ πατήρ· ἕτερος ἄρα πρὸς αὐτὸν ὁ ἔμφυτος αὖ εἴη λόγος, ὃ ἐν ᾧπερ ἐποιήτο τοῦ διαλέξεως ὁ πατήρ. καὶ πάλιν· εἰ αὖτός που, φησὶν, ὁ υἱὸς τηρῶν τὸν τ̃ πατ̃ὸς λόγον διηνυσίσατο· πῶς οὐκ αὖ ἕτερος εἴη λοιπὸν ὁ

* ἐν. ἐνδιάθετον

τηρεῖν τὸν τηρούμενον· πρὸς δέ γε τοῦτο A erit id quod seruat ab eo quod seruatur?
χαλεπὸν μὲν ἴσως οὐδὲν ἀντιλέγειν· δώσει γὰρ ὁ Hæc refellere non erit forsan difficile: *Psal.67.*
κύριος ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει *Dabit enim Dominus verbũ euangelizantibus virtute multa.* Deceret autem eos qui
πολλῇ. χρεὼν δὲ γε τοὺς οἱανοῦν εἰδὼς τὸ τοιαῦτα νο- tanta laborant insciti memminisse dicentis: *O qui dereliquistis vias rectas vt am-* *Mich. 3.*
σοῦντας ἁμαρτίαν ἀναμιμνήσκειν ἑαυτοὺς τὸ λέγοντος. *bularetis in viis tenebrarum.* Nobis au-
ὦ οἱ εὖ καταλιπόντες ὁδοὺς δικαίας τοῦ πορεύεσθαι tem consentaneum est ad eum qui in
ἐν ὁδοῖς σκότους· ἡμᾶς δὲ ἀκόλουθον πρὸς τὸν cœlis est clamare doctorem: *Auerte* *Psal.118.*
τοῖς ὑπουρανίοις ἀναφθέγγεσθαι μυσταγωγόν. Ἀπόστρε- *oculos ne videant vanitatem.* Vanitas
ψον τοὺς ὀφθαλμούς μου μὴ ἰδεῖν ματαιότητα· μα- enim profectò, & nugæ, ac nihil aliud
ταιότης γὰρ ὄντως, λῆρός τε, καὶ ἕτερον οὐδὲν τὰ B sunt illa quæ ex ignorantia sua effu-
ἐκ τοῦ ἀκείνων ἀπαιδευσίας κενοφωνούμενα· ὁ γὰρ tiunt. Non enim quasi Verbum ha-
ὡς λόγον ἔχων ἕτερον οὐδένα ἐν ἑαυτῷ τοῦ παρὸς beat vllum aliud in seipso Patris Fi-
ὁ υἱός, τὸν τοῦ παρὸς ἔφασκε λόγον τηρεῖν· ἀλλ' οὐδ' lius, dixit se Patris seruare verbum:
ὡσανεί τινα παιδαγωγὸν ὑπεισκρίζοντα ἡμῖν ἐφεστάναι neque ad nos venisse vnquam affir-
ἡμᾶς ἀφιέναι διεμαρτύρατο ποτε, ὡς δὲ μόνος mauit, quasi pædagogum quen-
συνυπάρχων κατὰ φύσιν τῷ πατρὶ, ἔχων τε αὖ πάλι dam ferret, sed tanquam solus inexi-
ὁμοίως ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα, μεσολαβοῦντος stens Patri secundum naturam, &
ἑτέρου μηδενός· ἐγὼ, φησιν, ἐν τῷ πατρὶ, καὶ in se vicissim Patrem habens simili-
ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ, οὐχ ὁ ἔμφυτος, ἀλλ' οὐδὲ ὁ ἕτε- C ter, intercedente nullo: *Ego*, in-
ρός τις λόγος· ἀλλ' ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. πῶς οὖν ἄρα quit, *in Patre, & Pater in me:* non
νοῆσαι χρεὼν τὸ πρὸς αὐτοὺς τοὺς Ἰου- insitum illud, neque aliud quoddam
δαίους εἰρημένον, εἴποι τις ἂν ἡμῖν, καὶ μάλα εἰ- Verbum, sed Pater in me. Quomo-
κότως· τοῦτο δὴ τοῦτο ἐρευνῶντες ἀληθέστατα do igitur intelligendum est illud quod
εἰς τοσοῦτο ἀναβαίνοντα τὸ ἡμέτερον. ἐδίδασκεν ὁ ad Iudæos ab ipso dictum est, quæ-
σωτὴρ τὸν δυσπειθέστατον τῶν Ἰουδαίων * λαὸν, καὶ κατ' ret aliquis, nec iniuria. Cui ex rei
βραχὺ τὸ νομικῆς ἐξέλκειν λατρείας εἰς ἀκροω- veritate respondebimus quæ nobis in
μένους, ἐπεφώνει πολλάκις, ἐγὼ εἰμὶ ἡ ἀλήθεια, mentem venerint. Docebat Saluator
μεγαλοφωνῶν λέγων, ἀποσείσασθε τὸν νομικὸν, ὦ ἄνδρες, obstinatissimum Iudæorum populum,
ζυγὸν· καταδέξασθε τὸ ἐν πνεύματι λατρείαν· & paulatim à Legali cultu audit ores
οἰχέσθω λοιπὸν ἡ σκιὰ, χωρείτω μακρὰν ὁ τύ- abstrahens, sæpius inclamabat, *Ego*
πος, ἐπέλαμψεν ἡ ἀλήθεια· ἀλλ' οὐ πᾶσιν ἐδόκει *sum veritas*, propemodum dicens:
ποιεῖν ὀρθῶς, ἀναιρεῖσθαι τὰ Μωσέως, μᾶλλον δὲ Excutite quæso vos Legale iugum:
ἄγειν ἐπὶ τὸ ἀληθέστερον, ὡς καί τινας ἤδη βοᾶν· adorationem in Spiritu suscipite: va-
εἰ ὁ οὗτος παρὰ Θεοῦ ἐστιν ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἔλυε D leat tandem vmbra, remoueatur
τὰ σάββατα· ὅτῳ γὰρ ἡ ἁμαρτία καὶ κατα- figura, veritas illuxit. Sed non om-
ψηφίζεσθαι τοῦ μὴ εἰδότος αὐτήν. πρὸς οὖν τὰς nibus rectè facere videbatur quòd
τοιαύτας τῶν Ἰουδαίων ἀπονοίας ἀπολογούμενος Mosaica præcepta euerteret, immò
πρώτα μὲν ὑφαιρεῖ τὸ ἐν τοῖς ῥήμασι κόμπον, verò ad veritatem adduceret, ita
ὑφειμένως δὲ καὶ ἁπλῶς φιλοδιδάσκειν βού- vt nonnulli palam dicerent: *Si esset* E
λεται, ὡς οὐκ ἄν τι πρὸς τὸ δοκεῖν ἐρριζωμένον *hic homo à Deo, non solueret sabbata:*
τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ, ὁ μὴ εἰδὼς ἁμαρτίαν υἱός· quod erat proculdubio condemnare
ἵνα ὃ μὴ γνωρότερον λέγων, ἁμαρτίαν οὐκ peccati eum qui non nouit illud. Istiusmodi Iudæorum furores itaque diluens,
οἶδα, πάλιν αὖθις, εἰς τὸ καταλεύειν αὐτὸν. ἢ γὰρ omnem fastum quidem orationi sub-
δὴ οὕτως αἰτιζόντες εἰς ὀργὰς ἐπεπήδων λέγοντες· trahit, & submissè, nec apertè edo-
Θεῷ μόνῳ τὸ μὴ ἁμαρτάνειν οἰκεῖον· σὺ δὲ ἄνθρωπος ὤν, μὴ cere vult, quòd nihil præter volun-
τὰ μόνῳ πρέποντα Θεῷ· ὃ δὴ καὶ ἑτέρωθί που πε- tatem Dei ac Patris fecerit, qui
ποιήκασι, λέγοντες λιθάζειν αὐτὸν εἰκότως, non nouit peccatum Filius; ne si
apertius diceret, peccatum non no-
ui, rursus eos vt in se lapidibus
sæuirent, acueret. Statim quippe ira
feruidi & æstuantes dixissent: Vni
Deo proprium est, non peccare:
tu autem homo quum sis, noli ea
proferre quæ soli Deo conueniunt:
Quod aliàs certè fecerunt, dicen-
tes iure se eum lapidibus petere,
quòd

* χ λαὸν

quòd quum esset homo, seipsum faceret Deum: obscuriùs Saluator, præsertim quum homo factus esset, & tanquam legi subditus cum legis subditis, sermonem dixit seruare se Patris, propemodum inquiens: Nusquam Patris voluntatem prætergrediar. peccatum enim est in diuinæ Legis transgressione. ego verò non noui peccatum, cum sim Deus secundum naturam. Itaque cum doceo, Patrem non offendo. Ceterum nemo reprehendat eum qui Legislator quidem est naturâ suâ, sed propter similitudinem quam habet nobiscum, Legem obseruat. Ait autem se Patrem nosse, non simpliciter, sicuti nos, ob istud solùm, quòd Deus est, sed ex eo quod ipse est, Patris naturam scire se confirmat. Quoniam verò mutationis nescium Patrem esse nouit, scit etiam nimirum se immutabilem ex immutabili Patre. Quod autem mutationem nescit, quomodo peccare dicetur, ac non potius in propriis naturæ dotibus firmum consistere? Vana est itaque Iudæorum obtrectatio, qui à Patris voluntate dissentire Filium existimant. Seruat enim eius sermonem, vt ait, & naturâ suâ expers est peccandi. Scit enim istud in Patrem cadere non posse, cui consubstantialis est, in quantum Filius verus. Iam verò cum obiectioni suæ attexant illud, *Ex vtero ante Luciferum genui te:* agedum pietatis doctrinam hic rursum explicemus. Non enim ex eo quod Pater isthæc ad Filium dicit, idcirco putandum est, innatum quidem ei esse Verbum, sed aliud quiddam ab illo concipiendum esse Filium: Verùm illud primùm apud nos perpendamus, quòd cum Prophetæ propositum esset in spiritu loqui mysteria, personam nobis fingit Filij, adeóque inducit ipsum à Patre audientem: Filius meus es tu, & quæ sequuntur. Neque verò humano more efficta loquutio, duo Verba intelligere nos adiget, sed ad nostram consuetudinem istiusmodi necessarium loquendi genus referentes, non iniuriâ nostræ naturæ imbecillitatem accusabimus, cui desunt verba & contemplationes, quæ mysteriis ingenio nostro altioribus exactè explicandis inseruiant, aut res deitati congruentes inculpa-

A ὅτι καὶ αὐθεντικὸς ὤν, ἑαυτὸν τοῖς Θεὸν· ἀφελεστερόμως ὁ σωτὴρ, ἅτε δὴ καὶ ἀνθρωπος γεγονὼς, καὶ ὡς ὑπὸ νόμον μὴ τὸν ὑπὸ νόμον τὸν λόγον ἔφη τηρεῖν τῷ πάσχειν, μετοχικὴ λέγων· οὐδαμοῦ ὅ τῷ πατρὶ θέλημα παρεκβήσομαι. ἐν γὰρ τῷ τὸν θεῖον ἐξέργεσθαι νόμον ἡ ἁμαρτία γίνεται· ἐγὼ δὲ ἁμαρτίαν οὐκ οἶδα, καὶ φύσιν ὑπάρχων Θεός. οὐκοῦν διδάσκων ὁ λυτρωτὴς τὸν πατέρα· λοιπὸν ὅτι τιμάτω μηδεὶς τὸν καὶ φύσιν μὲν νομοθέτην, ὡς δὲ τὸν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν νομοφύλακα. εἰδέναι δὲ τὸν πατέρα φησὶν, οὐχ ἁπλῶς καθάπερ ἡμεῖς ἀτελεστέρως, αὐτὸ δὴ τοῦτο μόνον, ἐπειδὴ εἰμὶ Θεὸς, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐστιν αὐτὸς τὸν τοῦ πάσχειν φύσιν διϊσχυρίζεσθαι νοῶν. ὅθεν δὲ οἶδεν ὑπομιμνήσκει οὐκ εἰδότα ἔφην τὸν γεννήσαντα, οἶδε δηλονότι, καὶ ἑαυτὸν ἀπρεπῆ, ὡς ἀπαθῆ τὸν πάσχειν. ὃ δὲ ἔφην οὐκ εἰδὼς, πῶς ἂν λέγοιτό τι καὶ ἁμαρτάνειν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἀκλονήτως ἐν τοῖς ἰδίοις ἑδᾶναι φυσικοῖς πλεονεκτήμασιν; εἰκῇ ὄζει ἄρα τῶν Ἰουδαίων ὁ κατηγόρημα, τῷ δὲ τὸν τοῦ πάσχειν βάλλειν ἕτερόν τι φρονεῖν οἰκείων τὸν υἱόν· τηρεῖ γὰρ, ὡς φησι, τὸν λόγον αὐτοῦ, ὃ ἀναγκαῖόν ἁμαρτάνειν φυσικῶς· οἶδε γὰρ τὸν πατέρα τοῦτο παθεῖν ἀδυνάμενον, ὥσπερ ἐστὶν ὁμοούσιος ὡς υἱὸς ἀληθινός. ὅθεν δὲ πρὸς τοῦτό φασι, καὶ ὃ σεσιωπημένον τῇ πρὸς αὐτῶν αἰτιάσει. ἐκ καιροῦ πρὸ ἐωσφόρου ἐξεγέννησά σε· φέρε δὴ πάλιν, καὶ ὅτι τούτων τὴν τῆς διανοίας ἀναπτύξωμεν λόγον. ἀγὼ ἐπειδὴ τὰ τοιαῦτα φησι πρὸς τὸν υἱὸν ὁ πατὴρ, ἆρα τοῦτο δὴ πάντως οἰέσθαι χρὴ, λόγον μέν τινα ὑπάρχειν ἔμφυτον αὐτῷ, ἕτερον δέ τινα παρ' ἐκεῖνον εἰσοίσειν τὸν υἱόν· ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐκεῖνο καθ' ἑαυτοὺς ἐνθυμώμεθα, ὅτι προφήτης ἐν πνεύματι λαλεῖν μελετήσας μυστήρια, πρόσωπον ἡμῖν ὑποκείνεται τοῦ υἱοῦ, καὶ δὴ καὶ εἰσφέρει πρὸς τοῦ πάσχειν ἀκούοντα αὐτόν· υἱός μου εἶ σὺ, καὶ τὰ τούτοις ἀκόλουθα. καὶ ὁ δήπου πάντως, εἰ μὴ ὃ ἀνθρώπινον ῥῆμα νομίζειν δόξειεν, δύο λόγους ἡμᾶς ἀναγκάσει εἶναι, ἀλλὰ τοῖς ἡμετέροις ἔθεσιν ἀναθέντες τὸν πρὸς τῶν τοιούτων ἀναγκαίτατον οἰκονομίαν, αἰτιασόμεθα μὲν, εἴ γε μὴ ὀρθῶς, τῆς ἑαυτῶν φύσεως τὴν ἀσθένειαν, οὔτε λόγους ἐχούσης, οὔτε μὴν ὄψεσι θεωρημένης τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς μυστηρίοις ἀκριβῶς ἀρκοῦσαν, ἢ καὶ τὰ ἀνεγκλήτως διερμηνεύειν

ἰχνόντας τὰ ὑποφερόμενα. Ὅ νικᾷν δὲ πάλιν A
ὑπειρέψομεν τῇ θείᾳ φύσει τὸν ἐν ἡμῖν νοῦν τε,
καὶ λόγον, οὐχ ὡς λέγεται πάντως νοοῦντες τὰ
περὶ αὐτῆς, ἀλλ' ὡς αὐτῇ πρέπει, καὶ βούλεται.
Ἢ εἰσὶν οὐκ ὀρθῶς ἔχοντες ἡμᾶς ἀποκεχρῆ-
σθαι λόγοις οἴονταί τινες τῶν ἀσεβῶν αἱρετικῶν,
πλὴν δὲ καθ' ἡμᾶς ἀναβαίνειν σωφρόνως οὐκ
ἐπιτρέπουσι τὸ ῥῆμα τοῦ λόγου, δικαίως ἀκού-
σονται· νοείσθω καθ' ἡμᾶς ἡ γέννα ὁ πατήρ,
μὴ ἀγνοείσθω γαστήρ, καὶ ὠδῖνες ὅπερ τοῦ τίκτειν
ὠδῖνας. Οὐ γαστρὸς γὰρ ἐξεγέννησέ σε, φησὶ τοῦ B
υἱοῦ. Ἀλλ' ἴσως μᾶλλον δὲ πάντες ἐροῦσιν οὐ τῆς
καθ' ἡμᾶς ὁμοιότητος πλὴν ἐφ' υἱοῦ γνησίαν ὠδῖ-
να σημαίνειν τοῦ πατρός. Οὕτω μὲν εὐσεβῶς κἀ-
κεῖνο νοείσθω, κἂν ὡς ἐν ἀνθρωπίνῳ λελέχθαι
ῥήματι, καὶ λέλυσθαι ὅ τε πικρὸν αὐτῶν, καὶ αὐό-
σιον πρόβλημα· ἐξήρκει μὲν ὅσα, ὡς οἶμαι, καὶ
ταῦτα· ὅπῃ δὲ χρὴ καὶ δεῖν ἐσφαλῆφαι τὰ
ἐκ τῆς ἐκείνων δυσκρασίας ἐπινοηθέντα προ-
βλήματα, καθάπερ τινὰ πολεμίων ἐσμὸν, τῇ
τῆς εὐσεβοῦς δογμάτων ὀρθότητι καθαιρεθέντα, C
φέρε δὴ προβάλλοντες αὐτὰ τῷ λόγον ἑκάστῳ τὸν
δέοντα, ὃ δυνήσεται αὐτῶν διατειρωμένων, καὶ θερμο-
τέρους κατ' αὐτῶν ἐξοπλίσωμεν θεωρήμασι τοῖς
ἀεὶ νικῶσαν ἀλήθειαν· πρόβλημα δὲ πάλιν, ὡς
περὶ ἐκείνων τῶν ὑπολυόντων αὐτὸ συλλογισμῶν,
προτεθήξεται τοῦ τῶν λόγου νῆμιν εἰς ἀκριβε-
στέραν χώραν ἐρεθίζον βάσανον, ὃ οἱονεί τινος πο-
ταμοῦ ῥεύματος φορᾶν, ὅπερ ὃ προσιὲς ἐκφα-
ταφέρει τοῦ ὅπερ ὃ βούλεται ὁ αἰτιτεῖνον μα-
θήσιν ἀεὶ τὸ ἐντευξόμενον ἀγαθοῦ προθυμίαν.
D
Πρόβλημα, ἤτοι ἀντίθεσις ὡς ἐκ τῶν αἱρετικῶν.

Εἰ μὴ ἕτερος, φησὶν, ἐν υἱῷ τοῦ Θεοῦ,
ὁ πατρικὸς λόγος, ὁμοούσιός τε, καὶ συναΐδιος πα-
τρὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ μονογενῆ υἱὸν, ὃς δὴ καὶ κατὰ τοῦ
ἐκείνου μίμησιν κεκλῆσθαι λόγος, ἄτοπον μὲν ὃ συ-
τεῦθεν ἐκβήσεται, καὶ ὁμολογεῖν ἡμᾶς ἀναγκαῖον
τοῖς ὀρθὰ φρονοῦσιν οἰομένοις, ὅτιπερ εἰ ὁμοούσιός ἐστιν
ὁ λόγος τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἂν τῷ λόγῳ, οὐ-
δὲν ἔτι ὃ κωλύον ὁρᾶσθαι λόγον εἶναί τε, καὶ κε- E
κλῆσθαι τὸν πατέρα, ὡς ὁμοούσιον λόγῳ.

Πρὸς τοῦτο λύσις.

Οὐδεὶς, ὦ βέλτιστοι, ἔστιν ἡμᾶς ἀναγκάσαι
λόγον οἴεσθαι δεῖν τὸν πατέρα νοῆσαί τε, καὶ λέγειν, ἢ
καὶ εἶναι δυνατὸν πιστεύειν, ὅτιπερ ἐστὶν ὁμοούσιος
λόγῳ· ἐπεὶ γὰρ πάντως τὰ τῆς αὐτῆς ἐστὶ φύσεως,

tè interpretari valeant : ſed naturam porrò diuinam mente & oratione noſtra ſuperiorem eſſe fatebimur, non perinde atque dicuntur, res diuinas animo planè capientes, ſed prout ipſi conueniunt, eaſque vult à nobis comprehendi. Alioqui, ſi perperam nos iſtiuſmodi abuti verbis hæretici quidam exiſtimant, & loquendi genus ad noſtram conſuetudinem accommodari nolunt, iure audient ; Cenſeatur noſtro quoque more Pater gignere : vterus, & partus dolores, ei eſſe non negentur. Ex vtero enim genui te, inquit Filio. Sed reſpondebunt forſan, noſtri ſimilitudine verum in Filio gignendo partum ſignificari Patris. Itaque piè illud intelligatur, tametſi humano more dicitur, atque ita ſoluetur acerba ipſorum & impia obiectio. Sufficerent iſthæc, vt reor : Sed cum nobis propoſitum ſit illorum obiectiones nefariè conflatas ceu quandam hoſtium turmam piorum dogmatum ſinceritate comprimere, agedum iis ordine cuique conuenienti propoſitis, contrarium opponamus, & in eas inſtructam doctrinâ ſemper victricem veritatem generoſa mente armemus. Rurſus autem hæreticorum obiectio ſyllogiſmis ipſam diluentibus præmittetur, quæ diſputationis rationem accurato ſubiiciat examini, & inſtar rapidi cuiuſdam fluminis lectorum animos alacres ferat ad percipiendas oppoſitiones.

Oppoſitio, ſiue obiectio hæreticorum.

Niſi, inquiunt, in Deo & Patre Verbum ſit conſubſtantiale, & internum, aliud ab Vnigenito Filio qui ex ipſo eſt, quique ad illius imitationem vocatur Verbum, abſurditas inde ſequetur, nobiſque rectè, vt par eſt, ſentientibus fatendum eſt quòd ſi Patri Verbum eſt conſubſtantiale, & Pater Verbo, nihil demum obſtare videatur quominus Pater Verbum ſit & vocetur putà Verbo conſubſtantialis.

Solutio obiectionis.

Nulla ratio nos, ô boni, coget arbitrari, Verbũ ideirco Patrem cenſendũ eſſe vel dicendum, aut credendum, quoniam eſt Verbo cõſubſtãtialis. Nuſquã enim quæ eiuſdẽ ſunt naturæ mutuã mutationem

& permixtionem veluti quandam alterius in alterum capient, ita vt è pluralitate in vnitatem contrahi possint res significatæ, aut etiam ex dualitate in vnitatem. Non enim ex eo quod generis author Adam nato ex se filio consubstantialis erat, idcirco pater migrabit in filium, & vicissim filius in patrem; sed vnum quid existens cum ipso, velut ad vnitatem substantialis qualitatis proprietatem suam feret, & filius quidam ex patre quodam censebitur: pater verò vicissim genitor alicuius esse videbitur. Quòd si acutum quiddam hic vos comminisci putatis, & consubstantialitas vtique coget consubstantiale vnum quid esse consubstantiali, nec vllum discrimen esse patietur, ita vt vnumquodque sit in se & in quo est: quid induxit omnium iudicem, vt patrem quidem non puniat pro filio, nec de filio supplicium sumaret pro patre? *Anima enim*, inquit, *quæ peccauerit, ipsa morietur: filius autem non accipiet iniquitatem patris, neque pater accipiet iniquitatem filij sui.* Cum verò consubstantialem existentem patrem filiò iusti Iudicis sententia in filiationis locum non detrudat, neque verò filium in paternitatis numero statuat, sed seorsim vtrumque norit, neque hoc in illud migrare, neque illud in hoc vicissim, licet vnâ existente in vtroque substantia: manifestum est vtique nullo modo coactum iri Deum & Patrem vt sit Verbum, propterea quod est Verbo consubstantialis: manet enim planè in seipso, hoc est Pater, licet qui ex ipso genitus est, intelligatur & sit Verbum, atque idcirco Filius, ne res diuinæ deteriores videantur esse quàm nostræ.

Exec. 18.

A πλὴ εἰς ἄλληλα χωρήσῃ μεταβολὴν, καὶ ἀνάκερασιν, ὥσπερ ἵνα πλὴ ἐξ ἑτέρου πρὸς ἕτερον ὑποδέξεται, ὡς ἂν πληθους εἰς ἑνάδα δυνάσθαι συναλῶαι τὰ σημαινόμενα, ἢ καὶ ἐκ δυάδος εἰς ἑνάδα τυχόν. ἐπειδὴ γὰρ ὁμοούσιος ὑπῆρχεν ὁ πρὸς πάτερ Ἀδὰμ ἐξ αὐτοῦ φυῶτι παιδὶ, διὰ τοῦτο χωρήσῃ πλὴ ὁ πατὴρ εἰς υἱὸν, ἀπαναδήσεται δὲ αὖθις ὁ υἱὸς εἰς πατέρα; ἀλλ' ἓν ὑπάρχων πρὸς αὐτὸν, ὡς πρὸς πλὴ ἑνότητα τῆς οὐσιώδους ποιότητος φορέσῃ ὃ ἴδιον, καὶ υἱὸς πλὴ τις ὁ ἐκ πατρός τινος νοηθήσεται· πατὴρ δὲ πάλιν ὁ γνήσιον τινὸς δεδειγμένος. εἰ δὲ οἴεσθε σοφὸν ὑπὲρ οὕτω καλὰ σκιαζειν λόγῳ; ἓν δὲ εἶναι πάντως δεῖ ὁμοιότητος αἰαγκαίως ὃ ὁμοούσιον τῷ ὁμοουσίῳ, καὶ διαφορὰν ὑπερέχειν, ὡς ἔκρινεν εἷς καθ' * ἑαυτὸν, καὶ ἐν ᾧ- *Gr. ἑαυτῷ
περ ὄντι· τί δὲ πεπονικὸς τὸ ἀπόρρητον κρίσει πατέρα πλὴ μὴ κολάζειν ὑπὲρ υἱοῦ, υἱὸν δὲ ὑπὲρ πατρὸς μὴ εἰσπράττεσθαι δίκας; ψυχὴ γὰρ, φησὶν, ἡ ἁμαρτήσασα, αὐτὴ ἀποθανεῖται, ὁ δὲ υἱὸς οὐ λήψεται πλὴ ἁμαρτίαν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, οὐδὲ ὁ πατὴρ λήψεται πλὴ ἁμαρτίαν τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· ὅπως δὲ ὁμοούσιον ὄντα τὸν πατέρα τοῦ ἐμοῦ; οὐκ εἰς τὸν τῆς ὑπάρξεως τόπον ὁ τῶν τὰ δίκαια κείνοντας καθαφερὴς λόγος, ὅτε μὴν αἰαπαύσει τὸν υἱὸν εἰς πλὴ τῆς πατρότητος θέσιν, ἀλλ' ἰδιάζοντως ἑκάτερον οἶδεν, ὅτε τοῦτο εἰς ἓν ἄμφω χωρεῖν, ὅτε μὴν ἓν πρὸς τοῦτο βαδίζον, κἂν μιᾶς ὄντος ἐπ' ἀμφοῖν τῆς οὐσίας· προεδήλωσεν ἀνύπουργον, ὡς οὐδὲ διαγκαίως ἔσπερος μεταχωρήσῃ λοιπὸν εἰς τὸ εἶναι λόγον, τὸν Θεὸν, καὶ πατέρα, ἐπειδὴ ὅτι ὁμοούσιος λέγω· μὴ γὰρ πάντως ἐφ' ἑαυτοῦ, τοῦτ' ἔστι πατὴρ, κἂν ὁ ἐξ αὐτοῦ γνησιος νοῆται, καὶ ὑπάρχη λόγος, ἢ διὰ τοῦτο υἱὸς, ἵνα μὴ καὶ ἐν χείροσι τῶν καθ' ἡμᾶς φαίνηται τὰ θεῖα.

B

C

D

Aliud, *in modum obiectionis, per reductionem ad absurdum.*

ΑΛΛΟ πρὸς τὸ ἴσον τῇ ἀντιθέσει ζήτημα, διὰ τῆς εἰς ἄτοπον ἀπαγωγῆς.

Filius, tanquam à Patre nullo modo diuersus, sed absolutissima imago, & character substantiæ eius existens, suis discipulis infit: *Qui vidit me, vidit & Patrem.* At si cum istiusmodi sit, consubstantialis est Patri, confusionem autem inter se res consubstantiales vtique suscipient, nihil, vt apparet, prohibebit quominus Pater censeatur esse Filius, vtpote Patri consubstantialis, qui-

Ioan. 14.

E

Ὡς οὐδεμίαν ἔχων πρὸς ἄλλαξιν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὁ υἱὸς, εἰκὼν δὲ ὑπάρχων ἀκριβεστάτη, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς διαλέγεται λέγων· ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· ἀλλ' ἐπεὶ οὕτως ἔχων ὁμοούσιός ἐστι τοῦ πατρὸς, πλὴ δὲ εἰς ἄλληλα πάντως αἰάγουσι διαδέξεται τὰ ὁμοούσια, οὐδὲν κωλύσῃ τὸ ἔλαττον πατέρα νοεῖσθαι τὸν υἱὸν; ὡς ὁμοούσιον πατρὶ,

καὶ μεταχωρῆν εἰς ἑκάτερα δυνάμενον, ἀδύνατος A
πρὸς τοῦτο πᾶσα ποιήσοντος, εἴπερ ἱκανῶς τὸν
τῆς μεταβολῆς ἔχοντα, ἤτοι μεταστάσεως ὁ τῆς ὁμοου-
σιότητος λόγος. Οὕτω μοι νοείσθω πατὴρ ὁ υἱός, λε-
γέτω δὲ, ὡς τοῦτο ἐστ' ἀρχὴν ἤδη, πρὸς τ' ἀλη-
θῶς ὄντα πατέρα· ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου
ἐξεγέννησά σε· ἀναλαμβανέτω δὲ εἰς ἑαυτὸν καὶ
πᾶσαν ἁπλῶς τὴν πατρικὴ προσηγορίαν φωνήν. Ὃ
δὴ γεγονότος, τὸ πῶς ἤδη συγκεχύσθω, ἢ τὸ ἀεὶ
ὡσαύτως ἔχον, τοῦτ' ἔστιν, ἡ θεία, καὶ ὁμοούσιος
πέλας συναλήσεται πρὸς ἑαυτὴν λοιπὸν, εἴπερ B
τὸ ἐκάστῳ κυρίως τε, καὶ ἰδιάζοντος πρόσον,
τῷ τῆς ὁμοουσιότητος ἀφανισθήσεται λόγῳ, καὶ
ἀναιρεθήσεται τὴν τῶν προσώπων διαφορὰν ἡ τῆς φύ-
σεως ταυτότης. Ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον· οὐκ ἄρα ἔσται
λόγος ὁ πατὴρ, ὡς ὁμοούσιος λόγῳ, μᾶλλον δ' ἀρρε-
τώτερος, τοῦτο ἐστ' ἀρχὴν, ὅπερ ὄντι, καὶ ἔχει πρὸς
τὸν ἴδιον λόγον τὸ ὁμοφυὲς, ἤτοι τὸ ὁμοούσιον. καὶ
δέδεικται λοιπὸν εἰκῇ ὂν τὸ ἐκείνων πρόβλημα.

ΑΛΛΟ. Εἰ πᾶς λόγος, ἰνός ἐστι λόγος, C
τοῦ προέχοντος ἀπὸ γλώττης ἀληθινοῦ, ἢ ἐκ
καρδίας ἐρευγόμενος, καὶ ἀναφέροντος· ἔσται δὲ
λόγος ὁ πατὴρ, ἐπεὶπερ ὄντι ὁμοούσιος λόγῳ· ἑαυ-
τοῦ λόγος ἔσται λοιπὸν, μᾶλλον δ' οὐδενός, ἢ καὶ
ὅλως οὐκ ἐστ' ἀρχή· πῶς γὰρ ἔσται λόγος μὴ ὄν-
τος ἰνός, οὗ λόγος ἐστίν; ἀλλὰ τοῦτο ἄτοπον· οὐ γὰρ
ἔσται ποτὲ τοῦ μὴ εἶναι δεκτικὴ ἡ θεία καὶ ἀκήρατος
φύσις, οὐδὲ μεταχωρήσει εἰς λόγον ποτὲ ὁ πατὴρ, D
καὶ ὁμοούσιος ἐστ' ἀρχὴ λόγῳ· μενεῖ δ' πατὴρ, οὗ
καὶ λόγος ἐστὶν ὁ υἱός.

ΑΛΛΟ. Εἰ ἔστιν ἁπάσης, καὶ ἀλλοιώ-
σεως τῆς κατ' οὐσιώσεως λόγον ἡ θεία φύσις
ἀνεπίδεκτος εἶναι πιστεύεται· πῶς τὸν οἰκεῖον ὥσπερ
ἀφεὶς τόπον, εἰς ὃ εἶναι λόγος ὁ πατὴρ μεταστήσε-
ται; ἔστιν γὰρ ἔσται δεκτικὸς, ὡς ἂν ἀναίτιος τοῦ-
το παθών, ὁ αὐτὸς δὲ οὐκ ἔσται μὴ τηρήσας ὅπερ
ἦν ἐξ ἀρχῆς. εἰ δὲ τοῦτο ἄτοπον· ὃ γὰρ ἀλλοιοῦ-
σθαι τ' θείας φύσεως πάντελῶς ἀλλότριον· οὐκ
ἄρα ἔξεστι τὴν μεταβολὴν πλὴν εἰς λόγον ὁ πατὴρ, E
ἀλλ' ἔσται πατὴρ ἀεὶ, ὃ ἄτρεπτον ἔχων, καὶ ἀπαλ-
λοίωτον ὡς Θεός.

ΑΛΛΟ οὐ τῷ αὐτῷ, διηγηματικῶς.

Θεὸν ἀληθινὸν οὐ Θεοῦ παῖς ἀληθινοῦ πε-
φηνότα δείκνυσιν ἑαυτὸν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λό-
γος τε, καὶ υἱός, πάντα, φησὶν, ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ
ἐμά ἐστιν· ἀλλὰ δὴ πάντων ἐστὶ τῶν ἐόντων τῷ
πατρὶ φυσικῶς ἰδιωμάτων κληρονόμος ὁ υἱὸς, καὶ
ἐξ αὐτοῦ τῇ φύσιν ἐστ' ἀρχὴν· ἀλλά γε ὃ εἶναι

que in illum transire nullo impediente potis sit, siquidem consubstantialitatis ratio transmutationis aut migrationis modum suppeditat. Itaque censeatur Pater esse Filius, eoque nomine demum ad verum Patrem dicat, *Ex vtero ante Luciferum genui te*, sibique in vniuersum quamlibet vocem Patri conuenientem arroget. Quod si factum fuerit, omnia demum confundentur, & quod eodem se modo semper habet, hoc est sancta & consubstantialis Trinitas, ad vnitatem contrahetur, si quod vnicuique proprie & peculiariter inest, consubstantialitatis ratione deleatur, & personarum distinctionem euertat naturæ identitas. Sed hoc absurdum est: Non erit ergo Verbum Pater, vtpote Verbo consubstantialis, sed immutabilis manebit, existens id quod est, licet cum suo Verbo eiusdem sit naturæ siue substantiæ. Atque ita demum vana esse ostenditur illorum obiectio.

ALIVD. Si omne verbum, alicuius verbum est, eius videlicet qui lingua illud effundit, aut è corde eructat ac profert; Pater autem futurum est Verbum, quoniam eiusdem est cum Verbo substantiæ: sui ipsius Verbum erit, immò verò nullius, aut inuniuersum non existit. Quomodo enim Verbum erit nisi sit aliquid cuius sit Verbum? Sed hoc absurdum; Fieri enim nequit vt diuina & immortalis natura non existat, nec in Verbũ trãsiturus est vnquã Pater, licet eiusdem sit cum Verbo substantiæ: sed eius Pater manebit, cuius & Verbum est Filius.

ALIVD. Si omnis mutationis & alterationis quoad substantialẽm rationem expers natura diuina creditur, quomodo proprio veluti loco relicto in Verbi naturam Pater migrabit? Si enim id ei acciderit, mutationem vtique necessariò capiet, neque idem erit, non seruato eo quod erat initio. Quod si absurdum est (mutatio enim à natura diuina prorsus est aliena) non ergo mutabitur in Verbum Pater, sed erit semper Pater, mutationis omnis & alterationis expers, quà Deus.

ALIVD *ex eodem, explanatiùs.*

Deum verum de Deo Patre vero effulsisse seipsum ostendens vnigenitũ Dei Verbum, & Filius: *Omnia*, inquit, *quæcunque habet Pater, mea sunt.* Porrò omnium quæcunque insunt Patri naturà proprietatũ hæres est Filius, & qui ex ipso secundum naturã existit; veruntamen nũquam *Ioan. 16,*

Pater esse poterit (hoc enim eorum vnum est quæ genitori insunt) sed remanebit Filius, nullius expers eorum quæ Patri insunt, licet non intelligatur Pater, omniaque habẽs in seipso perfectè quæ propria & peculiaria sunt Patris substantiæ. Idipsum igitur de Patre dicentes, habere quidem ipsum omnia quæ sunt Filij, naturaliter, nunquam tamen Filium esse posse, nec in Verbi naturam migrare asserimus, sed immutabilis quum sit naturâ suâ, manere id quod est, vt præterquam quod est Deus, etiam Pater existat, & immutabilis, immutabile in seipso habens quod ex ipso processit Verbum, hoc est Filium.

ALIVD. Legis auctor Deus, per sanctos Prophetas arguebat nonnullos dicens: *Inter sanctum & prophanum non distinguebant*: Maxima enim profectò in his morum differentia cernitur, aut contrarietas, apud eos qui rectè iudicant. Sed si fieri potest vt eorum quæ sunt eiusdem substantiæ natura in se confundatur, & singulares atque indiuiduæ hypostases ad aliud quodcunque generis eiusdem aut speciei commigrent: quænam ratio tandem profanum à sanctis secernet, si nihil interest quidnam sit aliquid, an propriè & hypostaticè existat, sed propter identitatem substantiæ alterum sit in altero? Erunt ergo, cum hinc vno ordine omnes habeamus, in omnibus omnia confusa: Et proditor quidem Iudas perinde nobis erit ac Petrus aut Paulus, putà quòd sit Petro & Paulo consubstantialis: Et vicissim, Petrus, aut Paulus, Iudas, maximè quum sint eiusdem cum illo substantiæ. Atqui sic sentire est absurdissimum: neque verò funditus tolletur eorum quæ sunt eiusdem generis aut speciei differentia, ex eo quod eiusdem sunt ipsa substantiæ. Nostra ergo infirmitas aduersus diuinam essentiam non tantum audebit, vt cogat Verbum esse ac vocari Deum & Patrem, propterea quod eiusdem est cum Verbo substantiæ. Manet enim semper Pater, differentia essentiali nihilominus omni ex parte incolumi: sed neque identitati substantiæ nihil peculiare relinquit, & nequaquam Filium idcirco superabit, sed verum ac germanum illum esse ostendet, & ex ipso secundum naturam habere immutabilitatem genitore, & ex eo quod etiam ipse propriè & peculiariter Filius est,

πατὴρ οὐχ ἕξει ποτέ· ⁂ τοῦτο γὰρ ἓν τῶν παρὰ τοῦ γεννήσαντος· μόνῳ δὲ τῷ υἱῷ σοφίσματος τὸ ἐνόντων τῷ πατρὶ, καὶ μὴ νοηθῆναι πατὴρ, πάντα δὲ ἔχων ἐν ἑαυτῷ τελείως τὰ τοῦ πατρὸς ἴδια, καὶ ἐξαίρετα. τὸν αὐτὸν δὴ τοῦτον τοῖς λόγοις καὶ τῷ προσώπῳ τοῦ πατρὸς ἐφαρμόσαντες λόγον, πάντα μὲν ἔχειν αὐτὸν τὰ τοῦ γεννήσαντος φαμὲν φυσικῶς, μὴ μέντοι δυνατὸν εἶναι ποτε, καὶ εἰς ἑτότητα, καὶ εἰς τὸ εἶναι λόγον μεταχωρῆσαι, ὡς δὲ ἀτρεπτον ὄντα καὶ φύσιν τοῦτο μένειν, ὅπερ ἐστὶν, ἵνα πρὸς τῷ εἶναι Θεὸς, καὶ πατὴρ ᾖ παράσχῃ, καὶ ἀναλλοίωτος, ἀναλλοίωτον ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν ἐξ αὐτοῦ πεφυκότα λόγον, τοῦτ' ἔστι, τὸν υἱόν.

ΑΛΛΟ. Κατηπίατο μὲν ἡμᾶς ὁ νομοθέτης διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ Θεὸς λέγων· διὰ μέσον ἁγίου, καὶ βεβήλου οὐ διέστελλον· πολλὴ γὰρ ὄντως ἐν τούτοις ὁρᾶται βλέπων διαφορὰ, ἤτοι ἐναντιότης, οὐδὲ τοῖς ἐθέλουσι φιλοκερδῶς. ἀλλ' εἴπερ ἐνδέχεται τὴν ὁμοουσίων εἰς ἑαυτὰ διακυκᾶσθαι φύσιν, καὶ ἐν ἰδιάζουσας τε, καὶ ἀτόμοις ὑποστάσεσιν ὄντα διαπετεύσῃ πρὸς ὅπερ αὐβούλεται τὸ ὁμοούσιον, ἢ ὁμοφυῶν· ποῖος λιμὴν ἀρὰ διαφεύξεται λόγος τὸν ἁγίων τὸν βέβηλον, εἰ μηδαμόθεν ὁρᾶται τῆ ἰδίως ὄντος, ἢ τῆς ἐστὶ διαφορᾶ, διὰ δὲ τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας ἐν ᾧ ἕτερῳ κεῖται ὃ ἕτερον; ἕτως ἴσως λιμὴν, ἀδιαφορούσης ὑπεύθυνον τῆς ἐφ' ἑκάστῳ γνώσεως, συγχεχυμένα τὰ πάντων εἰς πάντα· καὶ ὁ μὲν προδότης Ἰούδας, ὡς Πέτρος, ἢ Παῦλος, ὡς ὁμοούσιος Πέτρῳ καὶ Παύλῳ· Πέτρος δ' αὖ πάλιν, ἢ Παῦλος, Ἰούδας, ἅτε δὴ πρὸς αὐτὸν ὄντες ὁμοούσιοι. ἀλλ' ἔστι ὅπου φρονῆν ἀληθῶς ἀνάγκη, καὶ οὐκ ἀναιρήσῃ πάντως τὸ κατὰ τὴν ὁμοουσίαν, ἢ ὁμοφυῶν πρὸς ἄλληλα διαφορὰν ὃ ἐστὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας αὐτά. οὐκ ἄρα καὶ ὃ ἐφ' ἡμῖν ἀσθενοῦς τῆ θείας οὐσίας τοσοῦτον ἀνανευμιοῦσθαι, ὡς ἐπιφωνῆσαι πάσαν λόγον εἶναί τε καὶ καλεῖσθαι τὸν Θεὸν, καὶ πατέρα, ἐπειδήπερ ἐστὶν ὁμοούσιος λόγῳ. μένει γὰρ ἀεὶ πατὴρ, τὸ τῷ τί ἐστι καὶ τοῦτο διαφορὰν οὐδαμόθεν ζημιοῦσθαι δυνάμενος· ἀλλ' οὐδὲ τῇ ταυτότητι τῆς οὐσίας ὃ μηδὲν ἰδίως κεκτῆσθαι παραχωρῶν, καὶ πλεονεκτήσει μὲν οὐδαμῶς καὶ τοῦτο τὸν υἱὸν, γνήσιον δὲ μᾶλλον ἀποδείξει, καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ φύσιν ἔχοντα ὃ ἀτρεπτον, καὶ ἀναλλοίωτον τῷ γεννήσαντος, καὶ διὰ τὸ κεκτῆσθαι ⁂ αὐτὸν ἰδίως καὶ μόνως τὸ ἑτότητα, καὶ

εἰς πατέρα μὴ μεταβάλλεσθαι, ὥσπερ οὐδὲ τὸν υἱὸν εἰς πατέρα. * ἰσ. ἀπὸ

A in Patrem quoque non mutari, quemadmodum neque Patrem in Filium.

Πρόβλημα, ἤτοι ἀντίθεσις ἑτέρα ὡς πρὸς τὴν αἱρετικήν.

Οὐκ ὀρθῶς, φασὶν, ὡς ὑφ' ἡμῶν δοκοῦσιν ὀρθῶς ὑπολαμβάνεσθαι τοῖς ἑτέρως φρονοῦσι λέγεσθαι τὸν ἔμφυτον ἐν τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ λόγον πρὸς τὸν υἱόν· καίτοι σαφῶς αὐτὸν λέγοντος ἀκούοντες ἐν ταῖς εὐαγγελικαῖς ἐκθέσεσιν, ὅτι οἶδα τὸν πατέρα, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ. εἰ γὰρ, καθάπερ αὐτὸς διημείσατο, τὸν τοῦ πατρὸς τηρεῖ λόγον, ἕτερος ἂν εἴη πάντως ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἀναγκαίως, ὡς πρὸς αὐτὸν, ἐπειδήπερ ἀνάγκη τὴν τῆς ἑτερότητος σώζεσθαι διαφορὰν τὸ τηρούμενον πρὸς τὸ τηροῦν.

OPPOSITIO, *sive obiectio alia haereticorum.*

Non iure, inquiunt, in nos tanquam minùs rectè sentientes inuehimini, qui dicimus insitum Deo ac Patri Verbum aliud esse à Filio, quum ipsum in Euangeliis clarè dicentem audiatis, *Scio eum, & Verbum eius seruo.* Ioan. 8.
B Quòd si vt ipse confirmauit, Verbum Patris seruat, necessariò vtique alius ab ipso erit, quandoquidem necesse est aliud esse quod seruat, ab eo quod seruatur.

Λύσις ἐφεξῆς διάφορα διανύουσα σαφῶς, ὅτι ὁ λόγος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὁ υἱός.

VARIÆ SOLVTIONES, *quibus clarè ostenditur Verbum esse Dei ac Patris, Filium.*

litudinis loco res corporeæ sumãtur, quæ nos ad subtiliorum contemplationum
notitiam euehant, licet historicè intelligantur si capiantur eo modo quo di-
cta sunt: Cuiusmodi est illud de Mose,
Exod. 4. *Infer manum tuam in sinum tuum.* Quod
autem dicitur in sinu Abrahæ positus esse Lazarus, non modo nihil officit, sed
doctrinæ nostræ suffragatur. Id enim tantumnon Scriptura dicit: Mortuus Laza-
Luc. 16. rus, & corporis vita exsolutus, in sinum
Abrahæ delatus est, id est, inter filios
Abrahæ collocatus est, quem patrem
multarum gentium posuit Deus. Scri-
Gen. 17. ptum quippe est alicubi de ipso: *Quo-
niam Patrem multarũ gentium te constitui.*

A εφάπτω Μωσέα· εἰσένεγκε τὴν χεῖρά σου εἰς τὸν κόλπον σου, ἀγαπᾷν, εἰπέ μοι, ὡς πατρὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον καλὰ κρύψαντα ἔχειν; εἶτα πῶς οὐ μέγαν ὅπου τούτοις ὀφλήσομεν γέλωτα, μᾶλλον δὲ πῶς εἰς αὐτὸν οὐκ ἀσεβήσομεν τὸν πατέρα, πάντα ἐν κόλποις εἶναι λέγοντες αὐτῷ, καὶ ὃ μόνῳ τῷ μονογενοῦς ἐξαίρετον ἀγαθὸν κοινοποιοῦντες τοῖς ἄλλοις, ἵνα πλέον ἔχοι μηδὲν τῆς κτίσεως ὁ υἱός; Οὐκοῦν ταῖς ἐκείνων ἀβελτερίαις ἐρρῶσθαι φράσαντες, ὅπου τὸ θεῖον τῆς ἀληθείας βαδιζόμενον λογισμόν, ὅταν ἐν κόλπῳ λέγηται τοῦ πατρὸς ὁ υἱός, ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ νοοῦντες αὐτόν· ἀναμαξάμενοι δὲ ἀκριβῶς τὸ τοῦ νοήματος δυνάμιν, ὅπως ἔχον, καὶ οὐχ ἑτέρως θηρεύσομεν· ὁ μονογενὴς, φησὶ, Θεὸς, ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. ὅπερ γὰρ ἔφη μονογενὴς καὶ Θεὸν, πάλιν αὖθις, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς, ἵνα νοῆται καὶ υἱὸς ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ φυσικῶς, ἀπὸ τῆς οὐσίας τὸν κόλπον εἰπών, ὡς ἐκ τοῦ δείγματος σωματικοῦ. τύποι γὰρ εἰσί πως τῶν νοητῶν τὰ ἐμφανέστερα, καὶ χρήσιμοι πολλάκις καλύπτειν τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς τὰ ἐν ἡμῖν λαμβάνεσθαι· πολλάκις ὡς ἐν εἰκόνος τάξει τὰ σωματικὰ, καὶ λεπτοτέρων ἡμῖν θεωρημάτων εἰσφέρειν τὴν κατάληψιν, εἰ καὶ ὅπου νοεῖται χρὴ καιρὸν οἰκεῖον, ὡς αὐ εἰρῆσθαι δοκῇ, ὁποῖόν ἐστι φημὶ τὸ ὅτι Μωσέως, εἰσένεγκε τὴν χεῖρά σου, εἰς τὸν κόλπον σου. ἀδικήσῃ δ' ὅλως τὸν λόγον οὐδὲν ὃ ἐν κόλπῳ τεθεῖσθαι τοῦ Ἀβραὰμ τὸν Λάζαρον εἰπεῖν, σεσωρευμένου δὲ μᾶλλον αὐτῷ, καὶ τοῖς ἡμετέροις σεσωφρονισμένοις θεωρήμασι. μόνον γὰρ οὐχὶ τοῦτο φησὶν ἡ θεία γραφή· τεθνεὼς ὁ Λάζαρος, καὶ τοῦ σώματος καταλύσας ζωὴν, εἰς κόλπον Ἀβραὰμ ἀπενέχθη, αὐτὸ τοῦ ἐν υἱοῖς Ἀβραὰμ καταλέγεσθαι· πατέρα δὲ πολλῶν ἐθνῶν τέθηκεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, ὅτε δή που γέγραπται περὶ αὐτοῦ, ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε.

B

C

D

v. 17. *Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, & non negauit: Et confessus est, Quia non sum ego Christus.*

Καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰωάννου, ὅτε ἀπέστειλαν οἱ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεῖς καὶ Λευίτας, ἵνα ἐρωτήσωσιν αὐτὸν, Σὺ τίς εἶ; καὶ ὡμολόγησε, καὶ οὐκ ἠρνήσατο· καὶ ὡμολόγησεν, ὅτι οὐκ εἰμὶ ἐγὼ ὁ Χριστός.

E

Sui sermonis memor Euangelista, fusiùs ea nobis explicat quæ summatim prius indicauit. Cum enim dixerit, *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testi-*

Μέμνηται τοῦ ἑαυτοῦ λόγου ὁ Εὐαγγελιστὴς, καὶ πλατύτερον ἡμῖν ἐξηγεῖσθαι παραδιδοὺς, καλῶς γε σφόδρα ποιῶν, ἅτε ἤδη φθάσας ὡς ἐν κεφαλαίῳ σεσωφρονισμένος καταμεμιμήσεται· εἰπὼν γὰρ, ἐγένετο ἄνθρωπος ἀπεσταλμένος παρὰ Θεοῦ, ὄνομα αὐτῷ Ἰωάννης· οὗτος ἦλθεν εἰς μαρ-

τυείαν, ἵνα μάρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός, ἀναγκαίως εἰσφέρει, καὶ τὸ περὶ αὐτοῦ ἀληθοῦς μαρτυρίας τὸ εἶδος· ὅτε γάρ, φησὶν, οἱ τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντες μετὰ νόμων καὶ θεσπισμάτων πρὸς αὐτὸν ἀπέστειλαν ἱερεῖς καὶ Λευίτας, ἀκριβῶσαι προστάξαντες, τί αὐτὸς λέγοι περὶ ἑαυτοῦ, τότε δὴ καὶ μάλα σαφῶς ὡμολόγησε, πᾶσαν ἀποθύσας αἰδῶ ἕνεκα τοῦ ἀληθεύειν· ἔφη γάρ ὅτι ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστός. ἤκουεν οὖν ἐγώ, φησὶν, ὁ τοῦ βιβλίου συγγραφεὺς διέψευσμαι λέγων περὶ αὐτοῦ· ἤκουεν οὐκοῦν φῶς, ἀλλ' ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός.

monium, vt testimonium perhiberet de lumine, necessariò subiicit quale sit eius testimonium. Cum enim, inquit, Iudæorum principes ad eum Sacerdotes & Leuitas cum mandatis miserunt, qui rogarent quidnam de seipso diceret, tunc sane palam & apertè professus est, nihil veritus propter veritatem, Dixit enim, se non esse Christum. Itaque, ne ego quidem, inquit, huius libri scriptor mentitus sum, cum dixi de illo: *Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.*

Καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν· τί οὖν; Ἠλίας εἶ; καὶ λέγει· οὐκ εἰμί. ὁ προφήτης εἶ σύ; καὶ ἀπεκρίθη· οὔ.

21. *Et interrogauerunt eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit: Non sum. Propheta es tu? Et respondit: Non.*

Ὡς δὲ ἐξηγήσῃ πάλιν εἰπὼν, ὡμολόγησεν ὅτι ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστός· δηλοῦσθαι πειρᾶται πῶς, ἢ κατὰ τίνα τρόπον ὁ τῆς ὁμολογίας γέγονε λόγος· καί μοι δοκεῖ διὰ τούτων, τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπαιδευσίαν βάλλεσθαι γυμνοῦν. φάσκοντες γὰρ εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν· καὶ ὅτι τῇ τοῦ νόμου γνώσει καταφρυαττόμενοι, αὖθίς τε, καὶ κατὰ τοὺς διὰ Μωσέως προτείνοντες ἐντολὰς, καὶ πρὸς τοὺς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπηκριβωμένους λόγους διϊσχυριζόμενοι, δι' ὧν ἐρωτῶσιν ἀπαιδεύτως, διὰ τούτων πολὺ λίαν ὄντες ἀμαθεῖς ἐξελέγχονται· ὁ μὲν γὰρ ἱεροφάντης Μωσῆς ὡς ἂν προφήτου τάξει τοῦ κυρίου δεδιδάχθαι λέγων, προεχείρισε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ὅτι προφήτην ἐκ τῶν ἀδελφῶν σου, ὡς ἐμὲ ἀναστήσει κύριος ὁ Θεός σου· αὐτοῦ ἀκούσεσθε· κατὰ πάντα ὅσα ᾐτήσω παρὰ κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐν Χωρήβ. ὁ δὲ μακάριος Ἡσαΐας, τὸν προπομπὸν ἡμῖν καὶ προάγγελον εἰσφέρων, φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, φησὶν, ἑτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ· καὶ πέμπτος ὅτι τούτοις ὁ προφήτης Ἰωὴλ περὶ τοῦ Θεσβίτου φησίν· Ἠλίας δὲ σοῦ· καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμῖν Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην, ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱὸν, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, ἵνα μὴ ἔλθω καὶ πατάξω τὴν γῆν ἀφάνισιν· τριῶν ὄντων τούτων, οἵπερ ἤξειν ἠγγέλλοντο, ἔτι Ἰωάννου, καὶ Ἠλίου, πλείους ἀφίξεσθαι προσδοκῶσιν Ἰουδαῖοι, ἵνα καὶ δικαίως ἀκούσωσι· πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς γραφάς. διερωτήσαντες γὰρ τὸν μακάριον Βαπτιστὴν, καὶ μαθόντες ὅτι οὐκ αὐτὸς εἶη ὁ Χριστὸς, ἀποκρίνονται, τί οὖν; Ἠλίας εἶ; καὶ λέγοντος οὐκ εἰμὶ, δέον αὐτοὺς περὶ τοῦ προδρόμου λοιπὸν διαπυθάνεσθαι,

Cum explicandi gratiâ Euangelista dixerit *Confessus est, quia ego non sum Christus*: rursum ostendere conatur, quo modo facta fuerit illa confessio, adeóque mihi videtur his verbis Iudæorum insciticiam palam detegere. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & Legis singularem sibi cognitionem arrogantes, vltrò citróque prolatis præceptis Mosaïcis, & cum sanctorum Prophetarum doctrina sibi cumprimis conuenire asserentes, istiusmodi stultis interrogationibus suam mirificè produnt imperitiam. Moses enim ille sacrorum Antistes, Dominum instar Prophetæ appariturum inquiens prædicebat filiis Israël: *Quia Prophetam ex fratribus tuis sicut me suscitabit Dominus Deus tuus. ipsum audietis. Secundum omnia quæ petiisti à Domino Deo tuo in Choreb.* Beatus autem Esaias, præcursorem nobis & prænuncium significans, *Vox clamantis in deserto*, inquit, *Parate vias Domini, rectas facite semitas eius.* Tertius accedit Ioël, qui de Elia Thesbite scribit in hunc modum: *Et ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, qui conuertet cor patris ad filium, & incredulos ad prudentiam iustorum, ne forte veniam, & percutiam terram.* Cum igitur tres sint qui venturi nunciabantur, Messias nimirum, Ioannes, & Elias, Iudæi sperant plures venturos, vt iure audiant, *Erratis nescientes scripturas.* Interrogato enim Ioanne Baptista, postquam acceperunt ipsum non esse Christum, subiiciunt: Quid ergo? Elias es tu? Illo negante, cum esset consentaneum percunctari de præcursore,

Deut. 18

Esa. 40.

Malach. 4.

Mat. 22.

(id enim reſtabat) imperitè ad ipſum Christum ſtatim ſe conferunt, qui vt Propheta per Legem ſignificatur. Vide enim quid dicant ſcriptorum Moſaicorum ignari: Propheta es tu? Et reſpondit, Non. Non erat enim ipſe Chriſtus, vt iam ante confirmauit.

A τοῦτο γὰρ ἔτι ὕστερον, ἀπαγγέλλοντας ἐπ' αὐτὸν αἰσπέρχοιτο τὸν Χριστόν, τὸν ὡς προφήτην δηλοῖ τοῦ νόμου καθαγγελλούμενον. ὅρα γὰρ τί φασιν οὐκ εἰδότες τὰ περὶ Μωσέως, ὁ προφήτης εἶ σύ; καὶ ἀπεκρίθη, οὔ· οὐ γὰρ ἦν αὐτὸς ὁ Χριστὸς, καθὰ καὶ φθάσας ἤδη διεχρείσατο.

v. 22. *Quid dicis de teipſo? Ego vox clamantis in deſerto.*

Τί σὺ λέγεις περὶ σεαυτοῦ· ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ.

Tanquam ignaros Scripturarum acriter eos arguit & Prophetico teſtimonio fidem facit miniſterij ac vicis ſibi demandatæ. Venio enim, inquit, nihil dicturus aliud niſi pro foribus demum eſſe eum qui expectatur, imo potius Dominum intra portas. Parati ſitis quamcunque iubet viam inſiſtere: ambulaſtis in via Moſis. Chriſti viam ſuſcipite: hanc nobis ſanctorum Prophetarum prædixit chorus.

B Ὡς οὐδὲν εἰδότας ἐλέγχει γοργῶς, καὶ προφητικῇ πεποιημένῃ μαρτυρίᾳ τὴν ἐγχειρισθεῖσαν ὑπόθεσιν, ἥτις διακονίας αὐτοῦ· ἥκω γάρ, φησιν, οὐδὲν ἕτερον ἐρῶν, ἢ ὅτι λοιπὸν θύραις ὁ προσδοκώμενος, μᾶλλον δὲ εἴσω θυρῶν ὁ δεσπότης. ἑτοιμάσατε πρὸς ἑαυτοὺς ἀνύποπτῃ βαδίζειν ὁδόν, ἐβαδίσατε τὴν διὰ Μωσέως, ἀνελάβετε τὴν διὰ Χριστοῦ· τοῦτον ἡμῖν ὁ τῶν ἁγίων προφητῶν προεκήρυξε χορός.

TESTIMONIA PROPHETARUM de via Chriſti.

ΠΑΡΑΘΕΣΙΣ ΡΗΤΩΝ ΠΕΡΙ ὁδοῦ τῆς κατὰ Χριστόν.

C

Eſa. 2. ESAIAS. *Venite aſcendamus in montem Domini, & ad domum Dei Iacob: Et annunciabit nobis viam ſuam, & ambulabimus in ea.*

ΗΣΑΙΑΣ. Δεῦτε καὶ ἀναβῶμεν εἰς ὄρος τοῦ κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ιακώβ, καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ.

Idem 35. Idem. *Erit ibi via munda, & via ſancta vocabitur: Non erit ibi leo, & mala beſtia non aſcendet in eam, ſed ambulabunt in ea diſſipati.*

Ο αὐτός. Ἔσται ἐκεῖ ὁδὸς καθαρά, καὶ ὁδὸς ἁγία κληθήσεται, καὶ οὐκ ἔσται ἐκεῖ λέων, οὐδὲ τῶν θηρίων τῶν πονηρῶν οὐδὲν μὴ ἀναβῇ ἐκεῖ, οὐδὲ διεσπαρμένοι πορεύσονται ἐν αὐτῇ.

Idem. *Principium dabo Sion, & Hieruſalem hortabor ad viam.*

D Ο αὐτός. Ἀρχὴν Σιὼν δώσω, καὶ Ιερουσαλὴμ παρακαλέσω εἰς ὁδόν.

Idem. *Et ducam cæcos in via quam non noverunt, & per ſemitas quas non norunt incedere ipſos faciam.*

Ο αὐτός. Καὶ ἄξω τυφλοὺς ἐν ὁδῷ, ἣν οὐκ ἔγνωσαν, καὶ τρίβους, ἃς οὐκ ἤδεισαν, πατῆσαι ποιήσω αὐτούς.

Hier. 6. HIEREMIAS. *State ſuper vias, & interrogate ſemitas Domini quæ à ſeculo: & videte qualis eſt via bona, & ambulate in ea, & inuenietis purificationem animabus veſtris.*

ΙΕΡΕΜΙΑΣ. Στῆτε ἐπὶ τὰς ὁδοὺς, καὶ ἐρωτήσατε τρίβους χυρίου αἰωνίους, καὶ ἴδετε ποία ἐστὶν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθὴ, καὶ βαδίζετε ἐν αὐτῇ, καὶ εὑρήσετε ἁγιασμὸν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν.

Quænam ergo ſit illa via bona, quæque ſanctificat incedentes in ea, ipſe dicat Chriſtus: *Ego ſum via.*

Ioan. 14.

E Τίς οὖν ἡ ὁδὸς ἡ ἀγαθὴ, καὶ ἁγιάζουσα τοὺς βαδίζοντας ἐν αὐτῇ, αὐτὸς λεγέτω Χριστός· ἐγώ εἰμι ἡ ὁδός.

v. 24. & 25. *Et qui miſſi fuerant, erant ex Phariſæis: Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei: Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neque Elias, neque Propheta?*

Καὶ οἱ ἀπεσταλμένοι ἦσαν ἐκ τῶν Φαρισαίων, καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν. καὶ εἶπον αὐτῷ, τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ἡ προφήτης;

Qui à Iudæis miſſi erant, Leuitæ nimirum, & quidam ex ſacerdotum ordine,

Οἱ δὲ ἐκ τῶν Ιουδαίων ἀπεσταλμένοι, Λευῖται δὲ ἦσαν, καὶ τῶν ἐκ ἱερωσυνῆς ὄντες, ἀπαγγέλλοντας

ἐρωτῶντες ἠλέγχοντο. ἕτερον γὰρ εἶ τὸν Χριστὸν, ἕτερον ἢ τὸν ἁγίου τοῦ νόμου προφήτην ὑποτοπάσαντες ἔφασκον μὴ ὃ φήσας τὸν ἄγιον βαπτιστὴν, ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, ὁ προφήτης εἶ σύ; ἀλλ' ἰδοὺ καὶ ἡ τῶν Φαρισαίων πληθὺς δοκησισοφοῦσα μᾶλλον ἢ καθ' ὄντως ἀκριβῆ τῶν θείων λογίων τὴν γνῶσιν ἔχουσα φωραται· τί γὰρ ὅλως βαπτίζεις, φησὶν, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὐδὲ Ηλίας, οὐδὲ ὁ προφήτης; φαίνονται ἢ πάλιν, οὐ μικρὰν ὠδίνοντες καὶ τὴν βαπτίσεως τὸν ἀπόνοιαν. οὐ γὰρ ἀξιοῦσι καὶ ὃ εἰκὸς, εἰ τῷ καλόγῳ τῶν προσδοκωμένων καταπτῆναι αὐτὸν, τὸ δὲ ἑαυτοῖς σεσυντριμμένῳ νοσοῦντες ἀλαζονίᾳ, οὐδὲν ἐν νομίζουσι, κἂν δι' ἑνὸς τοῦ προφήτου προσλαλῆσαι φωνῆς. ἀκούσαντες γὰρ, ὅτι ἐγώ εἰμι φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, τὸν λόγον οὐ προσδεξάμενοι, μονονουχὶ, καὶ λίαν ὕβριστικῶς λέγοντες, οὐδὲν, ὦ οὗτος, ἐν σοὶ τὸ ἀξιόπιστον; ἀλλ' οὐδὲ τὸ θαυμαστὸν, ἢ μέγα· τί καὶ ὅλως βαπτίζεις; τί δὲ προφάσει τηλικούτῳ, τὸ μηδὲν ὂν βαπτίζῃς; ἔθος δὲ τοῦτο ποιεῖν τοῖς ἀνοσίοις Φαρισαίοις, τὸ μὴ ἥδη πρόσω τι καταμικρύνειν, προτιμᾶσθαι δὲ μᾶλλον τὸν μέλλοντα· ἵνα γὰρ ἀεὶ τοῖς παρ' αὐτῶν Ιουδαίων προγματεύωνται ὑμᾶς, καὶ χρημάτων ἑαυτοῖς προξενῶσι πορισμοὺς, οὐδένα τῶν ἄλλων ὁρᾶσθαι βούλονται διαφερόντως. ὅτω γὰρ καὶ αὐτὸν ἀπέκτειναν τὸν κληρονόμον, λέγοντες, δεῦτε, ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ σχῶμεν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ.

A stultam quæstionem fecisse arguebantur. Alium enim esse Christum, alium Prophetam illum, cuius in Lege fit mentio suspicari, cum sanctus Baptista respondisset se non esse Christum, dicebant: Propheta es tu? Sed ecce turba ipsa quoque Pharisæorum vana persuasione sapientiæ inflata potius, quàm vera diuinorum oraculorum cognitione prædita esse deprehenditur. *Quid enim*, obsecro, *baptizas*, inquiunt, *si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta?* Hic rursus videntur Ioannem Baptistam non parum habere despectui. Nolunt enim, vt apparet, ipsum in eorum numero qui expectabantur collocare, sed familiari sibi fastu nihili faciunt, quamuis Prophetæ voce prænunciatus sit. Cum enim audierint, *Ego sum vox clamantis — auferto, Parate viam Domini*, oraculo reiecto, impudenter ipsum his propemodum verbis aggrediuntur: Nulla, ô quisquis es, in te est authoritas, nihil magni aut admirabilis: quid quæso baptizas? quid cum nihil ipse sis, tantam rem moliris? Impiorum Pharisæorum iste mos erat, præsentem eleuare, eum autem qui venturus erat ficto honore afficere. Vt enim apud Iudæos in honore semper essent, & diuitias ingentes sibi compararent, neminem præter se honorari patiebantur. Propterea ipsum quoque interfecerunt hæredem, dicentes: *Venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius.* Mat. 21.

Απεκρίνατο αὐτοῖς ὁ Ιωάννης, λέγων, ἐγὼ βαπτίζω ἐν ὕδατι· μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν, ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, αὐτός ἐστιν, ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, οὗ ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἵνα λύσω αὐτοῦ τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος.

v. 26. & 27. *Respondit eis Ioannes, dicens: Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est; cuius non sum dignus, vt soluam eius corrigam calceamenti.*

Ανεξικάκως ὁ μακάριος βαπτιστὴς ὑπτιαζόντων αἰσχύνεται· διαφόρως δὲ λίαν, τοῦ ὑποθέσεως ἑαυτὸν εἰσήγησιν ὑποθέσιν ἐποιήσατο τοῦ σωτηρίου κηρύγματος· διδάσκει δὲ ἤδη καὶ ἀχθέσθαι τοὺς παρὰ τῶν Φαρισαίων ἀπεσταλμένους, ὅτι ἔνδον εἴσω θυρῶν ὁ Χριστός. ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶ, παιδαγωγικὸν εἰσφέρω τὸ βάπτισμα, τοὺς ἐξ ἁμαρτίας μεμολυσμένους ἀπολούων ὕδατι πρὸς μετάνοιαν ἄγειν, καὶ οὐκ ἔστιν ὑποβεβηκότων ἀνακομίζεσθαι διδάσκων ὅτι τὰ τελεώτερα· τοῦτο γὰρ ἐμὸν ἔργον πληρῶ, ὃ κηρύττειν ἀπεστάλην.

E Beatus Baptista æquo animo fert increpantes, & valde appositè salutaris præconij occasionem sumit ex iis quæ de se narrat: docetque demum vel inuitos qui ad se missi erant Pharisæos, Christum intra portas esse. Ego enim, inquit, baptismum affero institutiuum, abluens aqua peccato inquinatos ad initium pœnitentiæ, & homines à paruis ad perfectiora docens euehi. hoc enim est reapse implere, ad quod prædicandum sum missus, *Parate*, scilicet,

ſcilicet, *viam Domini*. Qui autem maiorum & digniorum dator eſt, ac vniuerſæ bonorum perfectionis largitor, in medio ſtat veſtri, ignotus adhuc, quia carne indutus eſt: qui tanto me interuallo ſuperat, vt ne ſerui loco dignum me apud ipſum reputem. hoc enim, meâ ſententiâ, ſignificat illud, *Non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti*. In quo cum verum dicit, tum aliud facit obſeruatione dignum. Phariſæos enim ad modeſtiam reuocat, ſemetipſo ad rei exemplum propoſito.

A ἐπιμάσατε δηλονότι τὴν ὁδὸν κυρίου. ὁ δὲ τῶν μειζόνων τε καὶ ἀξιολογωτάτων δοτὴρ, καὶ ἁπάσης τελεότητος ἡ ἐπ' ἀγαθοῖς χορηγὸς, μέσος ὑμῶν ἕστηκεν, ἀγνοούμενος ἔτι διὰ τὴν ἐκ τῆς σαρκὸς περιβολήν, ὃς οὕτω μοι τοσοῦτον ἐμὲ τὸν βαπτιστὴν ὑπερτέχων, ὡς οὐδὲ δοῦλον ἐμαυτὸν ἀξιοῦν ἐκείνου τάξει μετρεῖσθαι πρὸς ἐκεῖνον. τοῦτο γὰρ οἶμαι δηλοῦν, τὸ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, ἵνα λύσω αὐτοῦ ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος. τερπνὸν δὲ λέγων ἀληθὲς, ἕτερον ὠφέλιμον ἐργάζεται· ταπεινοφροσύνην γὰρ ἀναπείθει τὸν ἀλαζόνα Φαρισαῖον, ἑαυτὸν δὲ τύπον εἰσφέρει τοῦ σχήματος.

B

v. 28. *Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans.*

Ταῦτα ἐν Βηθανίᾳ ἐγένετο πέραν τοῦ Ἰορδάνου, ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων.

Locum notat, vt accuratè diligenterque factam eſſe narrationem ſignificet. Solemus enim, cum de rebus magnis facienda nobis eſt narratio, etiam meminiſſe locorum, in quibus eas fieri contigit.

Σημεῖον ὡς ἀκριβοῦς καὶ τοῦτο ἡμῖν μνήμης ἀκριβοῦς καὶ λεπτῆς. πεφύκαμεν γάρ πως καὶ εἰθίσμεθα πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐν τοῖς περὶ τῶν ἀναγκαίων διηγήμασι μεμνῆσθαι καὶ τόπων, ἐν οἷς αὐτὰ γενέσθαι συμβέβηκεν.

FINIS LIBRI I.

C

CAPITA QVÆ IN LIB. II. CONTINENTVR.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΑ ΕΝ ΤΩι ΔΕΥΤΕΡΩι ΒΙΒΛΙΩι.

I. Quòd non per participationem, neque tanquam aſciticius ſit in Filio ſanctus Spiritus, ſed ex ſubſtantialiter & ſecundum naturam inſit: Propoſito dicto, Et teſtimonium perhibuit Ioannes dicens, Quia vidi Spiritum deſcendentem quaſi columbam de cœlo, & manſit ſuper eum.

α. Ὅτι οὐκ ἐπιβολῇ, οὐδὲ ὡς ἐπακτὸν ἐν τῷ υἱῷ τὸ ἅγιον πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' οὐσιωδῶς, καὶ κατὰ φύσιν ἐνυπάρχει αὐτῷ· προκειμένου ῥητοῦ· καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης, ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτόν.

D

II. Quod in creaturarum numero non ſit Filius, ſed ſupra omnes, vt Deus de Deo: propoſito dicto, Qui deſurſum venit, ſuper omnes eſt.

β. Ὅτι οὐκ ἐν τοῖς γηπτοῖς ἐστιν ὁ υἱὸς, ἀλλ' ἐπάνω πάντων, ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, προκειμένου ῥητοῦ· ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος ἐπάνω πάντων ἐστίν.

III. Quòd Deus & ex Deo ſecundum ſuam naturam ſit Filius: propoſito dicto: Qui accepit eius teſtimonium, ſignauit quia verax eſt.

γ. Ὅτι Θεὸς καὶ ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ υἱὸς, προκειμένου ῥητοῦ· ὁ λαμβάνων αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν, ἐσφράγισεν ὅτι ὁ Θεὸς ἀληθής ἐστιν.

E

IV. Quòd non per participationem ſint in Filio quæ Dei ac Patris ſunt propria, ſed ſubſtantialiter, & ſecundum naturam, propoſito dicto Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius.

δ. Ὅτι οὐ μεταληπτῶς ἐν υἱῷ τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἴδια, ἀλλ' οὐσιωδῶς καὶ κατὰ φύσιν, προκειμένου ῥητοῦ· ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν υἱὸν, καὶ πάντα δέδωκεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ.

ε. Ὅτι οὐκ ἐν ἡμῖν προσκυνοῦσίν ἐστιν ὁ υἱὸς, ἢ A
λόγος ὢν καὶ Θεὸς, προσκυνεῖται δὲ μᾶλλον μετὰ πατρὸς, προειπὼν ῥητῶς· ὑμεῖς προσκυνεῖτε, ὃ οὐκ οἴδατε, ἡμεῖς προσκυνοῦμεν, ὃ οἴδαμεν.

V. Quòd Filius non sit in adorantium numero quatenus Verbum est ac Deus, sed cum Patre potius adoretur, proposito dicto: Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus.

ϛ. Ὅτι οὐκ ἐλάττων, ἢ κατ' ἐνέργειαν τινὰ ὅτι τίσιν ὁ υἱὸς τοῦ πατρός, ἀλλ' ἰσοδυνάμεως τε, καὶ ὅμοιος, ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ φύσιν· προειπὼν ῥητῶς· οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν, ἐὰν μὴ τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ.

VI. Quòd non minor aut potentia vel actu in quibusdam rebus sit Patre Filius, sed aequalis potestatis, eique similis, ut ex ipso secundum naturam, proposito dicto: Non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit.

ζ. Ὅτι τῶν προσρεπῶν ἀξιωμάτων, ἤτοι πλεονεκτημάτων, οὐδὲν ὡς ἐκ μετοχῆς, ἢ ἐπακτὸν ἐστὶ τῷ υἱῷ, προειπὼν ῥητῶς· οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ. B

VII. Quòd nulla dignitas aut excellentia diuina, velut ex participatione vel adscititia sit in Filio, proposito dicto: Neque enim Pater iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit Filio.

η. Ὅτι Θεὸς ὢν ἐκ Θεοῦ τῇ φύσιν ὑπάρχων ὁ υἱὸς, καὶ εἰκὼν τοῦ γνησίου σώματος ἀκριβὴς, ἴσην ἔχει τὴν πρὸς αὐτὸν ἡμῶν καὶ δόξαν, προειπὼν ῥητῶς· οὐ δύναμαι ἐγὼ ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιεῖν οὐδέν· καθὼς ἀκούω, κρίνω.

VIII. Quòd Deus & ex Deo secundum suam naturam quum sit Filius, & perfectissima genitoris imago, aequalem cum ipso honorem habet & gloriam, proposito dicto: Non possum ego à meipso facere quicquam, sicut audio, iudico.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙ-ΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ,

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ ARCHIEPISCOPI,

IN IOANNIS EVANGELIVM.

LIBER SECVNDVS.

Altera die vidit Ioannes IESVM *venientem ad se.*

Τῇ ἐπαύριον βλέπει τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτόν.

A

BREVI admodum tempore Propheta simul & Apostolus euadit Ioannes Baptista. Quem enim venturum prædicabat, hunc iam monstrat præsentem. Propterea Prophetæ quoque mensuram excessit, vt ipse alicubi Saluator ait cum Iudæis de eo differens: *Quid existis in desertum videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plus quàm Prophetam.* Illi enim Christum aliquando venturum prophetabant: hic autem cum venturũ clamaret etiam adesse monstrauit. *Altera* enim *die*, inquit, *vidit* IESVM *venientem ad se.*

Matt. 11.

ΕΝ ὀλίγῳ χρόνῳ τῷ χαρῷ, προφήτης ὁμοῦ καὶ ἀπόστολος ὁ Βαπτιστὴς ἀναδείκνυται. οὐ γὰρ ὡς ἤξοντα προεκήρυττε, τοῦτον ἤδη πάροντα δείκνυσι. διὰ τοῦτο, καὶ ὁ προφητῶν μεῖζον, ὡς αὐτός που φησὶν ὁ Σωτὴρ πρὸς Ἰουδαίους διαλεγόμενος περὶ αὐτοῦ· τί ἐξήλθετε εἰς τὴν ἔρημον ἰδεῖν; προφήτην; ναὶ λέγω ὑμῖν, καὶ περισσότερον προφήτου· οἱ μὲν γὰρ ὅτι τῷ χρόνῳ ἀναδεχθήσεται Χριστὸς προεφήτευον, ὁ δὲ ὡς ἤξοντα βοῶν, καὶ παρόντα δείκνυε. τῇ γὰρ ἐπαύριον, φησὶ, βλέπει τὸν Ἰησοῦν ἐρχόμενον πρὸς αὐτόν.

B

v. 92. *Et ait: Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.*

Καὶ λέγει· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου.

Non iam, inquit, *Parate*, conuenienter amplius dici potest, cum cernatur demum & in oculis sit ille propter quem fit præparatio. aliud loquendi genus rerum natura postulat. Exponendum est

Οὐκέτι δὲ ἑτοιμάσατε χρεὼν ἔχει τὸ παρεπόμενον, λοιπὸν ὁρωμένου καὶ ὄντος ἐν ὀφθαλμοῖς οὗ δι' ὃν ἡ ἑτοιμασία γίνεται. ἑτέρων ἐδεῖτο λόγων ἡ τοῦ πράγματος φύσις. ἐχρῆν ἐξηγεῖσθαι τίς ὁ πα-

ρων, καὶ ὅτι πάσιν ἔρχεται τὴν κάθοδον ὁ παρὰς ἡμᾶς ἐξ οὐρανῶν ἀφιγμένος. ἴδε τοίνυν, φησὶν, ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ὃν ὁ προφήτης ἡμῖν Ησαΐας κατεσήμηνε λέγων, ὡς πρόβατον ὅτι σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὗ καὶ πάλαι, φησὶν, ὁ δι' Μωσέως μυστάγωγος νόμος· ἀλλὰ τότε μὲν ἔσωζε μερικῶς, οὐκ εἰς ἀπώλειαν ἐκτείνων τὸν ἔλεον· τύπος γὰρ ἦν, καὶ σκιά· νυνὶ δὲ ὁ πάλαι δι' αἰνιγμῶν ζωγραφούμενος ὁ ἀληθινὸς ἀμνὸς, ὁ ἄμωμον ἱερεῖον ὑπὲρ πάντων ἄγεται πρὸς σφαγὴν, ἵνα τὸν κόσμον τὴν ἁμαρτίαν ἐξάρῃ, ἵνα τὸν τοῦ οἴκου κύριον ὁλοτρόπως λύσῃ ἀναιρέσῃ, ἵνα καταργήσῃ τὸν θάνατον ὑπὲρ πάντων ἀποθανών, ἵνα λύσῃ τὴν ἐφ' ἡμῖν κατάραν, ἵνα παύσηται λοιπὸν ὃ γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελθοῦσα, ἵνα γένωμαι δεύτερος Ἀδὰμ, οὐκ ἀπὸ γῆς, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἀρχὴ γένωμαι τῆς αἰωνίου τοῦ ἀνθρώπου φύσεως ἀγαθοῦ, λύσις ἐπεισακτὸν φθορᾶς, πρόξενος αἰωνίου ζωῆς, ἀναμορφώσεως εἰς Θεὸν ὑποθήσεως, θεοσεβείας καὶ δικαιοσύνης ἀρχὴ, ὁδὸς εἰς βασιλείαν οὐρανῶν· εἷς γὰρ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν ἀμνὸς, ὅλον ἀναπλάττων τὸν ὅτι γῆς ἄνθρωπον τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, εἷς ὑπὲρ πάντων, ἵνα πάντες ὑποτάξῃ Θεῷ, εἷς ὑπὲρ πάντων, ἵνα πάντες κερδάνῃ· ἵνα λοιπὸν οἱ πάντες μηκέτι ἑαυτοῖς ζῶσιν, ἀλλὰ τῷ ὑπὲρ αὐτῶν ἀποθανόντι, καὶ ἐγερθέντι. ὅπερ γὰρ ἦμεν ἐν πολλαῖς ἁμαρτίαις, διὰ τε τοῦτο χρεωστούμενοι θανάτῳ καὶ φθορᾷ, δέδωκεν αὐτὸν λυτρωθῆναι ὑπὲρ ἡμῶν ὁ τοῦ ὁ πατὴρ ἕνα ὑπὲρ πάντων, ἐπεὶ καὶ πάντα ἐν αὐτῷ, καὶ πάντων κρείττων ἐστίν· εἷς ἀπέθανεν ὑπὲρ πάντων, ἵνα οἱ πάντες ζήσωμεν ἐν αὐτῷ· καταπιὼν γὰρ ὁ θάνατος τὸν ὑπὲρ πάντων ἀμνὸν, πάντας ἐξήμεσεν ἐν αὐτῷ τε, καὶ σὺν αὐτῷ. εἰ γὰρ πάντες ἤμεν ἐν τῷ δι' ἡμᾶς καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀποθανόντι, καὶ ἐγερθέντι Χριστῷ· καταργουμένης ἡ τῆς ἁμαρτίας, πῶς ἐνεδέχετο μὴ καὶ πάντως καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς δι' αὐτὴν καταργηθῆναι θάνατον; ἀποθανόντος τὴν ῥίζης, πῶς ἂν ἔτι λοιπὸν ὁ ἐξ αὐτῆς ἐσώζητο βλαστός; διὰ ποίαν αἰτίαν ἐμελλομεν ἀποθνήσκειν ἔτι τὴν ἁμαρτίας αἰσθανομένης; οὐκοῦν ἑορτάζοντες λέγωμεν ὅτι τῇ σφαγῇ τοῦ ἀμνοῦ τοῦ Θεοῦ· ποῦ σου θάνατε τὸ νῖκος; ποῦ σου ᾅδη τὸ κέντρον; πᾶσα γὰρ ἀνομία, καθάπερ ἔφη που ψάλλων ὁ μελῳδὸς, ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῆς, οὐκέτι κατηγορεῖν τῶν ἐξ ἀσθενείας ἡμαρτηκότων ἰσχύσα. Θεὸς γὰρ ὁ δικαιῶν, Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κα-

A quis sit ille qui iam adest, & quas ob res ad nos descenderit, qui de cælis venit. *Ecce* igitur, inquit, *Agnus Dei*, quem Prophetæ Esaias nobis præsignificauit, dicens: *Sicut ouis ad victimam* *Esa 53.* *ductus est, & sicut agnus coram tondente se obmutuit.* Quem olim, inquit, Mosis Lex præfigurauit: Sed eo quidem tempore seruabat ex parte, non in omnes misericordiam suam diffundens: Typus enim erat & umbra: nunc autem

B ille Agnus, qui olim ænigmaticè præfigurabatur, immaculata illa hostia pro omnibus ad occisionem ducitur, vt mundi peccatum amoueat, vt orbis exterminatorem euertat, vt mortem pro omnibus obeundo mortem aboleat, vt soluat hominum maledictionem, vt cesset tandem illud, *Terra es,* *1.Cor.15.* *& in terram reuerteris*, vt sit ille secundus Adam, non è terra, sed è cælo, omnisque boni principium naturæ humanæ existat, solutio inuecti interitus, æternæ

C vitæ conciliator, causa reformationis ad Deum, pietatis & iustitiæ principium, via denique ad regnum cælorum. Vnus enim mortuus est agnus pro omnibus, omnem hominum gregem seruans Deo ac Patri: vnus pro omnibus, vt omnes *1. Cor. 5.* Deo subiiciat: vnus pro omnibus, vt omnes lucrifaciat: vt omnes denique non iam sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Nam cum in multis peccatis essemus, atque idcirco morti & corruptioni obnoxij, de-

D dit Filium suum Pater redemptionem pro nobis, vnum pro omnibus, quoniam omnia sunt in ipso, & omnibus melior est. Vnus pro omnibus mortuus est, vt omnes viuamus in ipso. Cum enim occisum pro omnibus Agnum mors absorpserit, simul etiam in ipso & cum ipso cunctos euomuit. Omnes enim eramus in Christo qui propter nos & pro nobis mortuus est, atque resurrexit: abolito verò peccato, quî fieri poterat vt mors etiam, quæ ex ip-

E so est, propter ipsum non abolita sit? mortua radice quomodo germen seruabitur? mortuo peccato, quæ moriendi nobis causa erit? Quare de occisione Agni Dei solenni exultatione dicamus: Vbi est mors victoria tua? vbi stimulus tuus, Inferne? *Omnis enim* *1. Cor. 13.* *iniquitas*, vt alicubi Psalmista cecinit, *oppilabit os suum*, nec poterit amplius *Psal. 106* accusare præ infirmitate peccantes. *Deus enim est qui iustificat: Christus nos* *Rom. 8.* *redemit de maledicto Legis, factus pro* *Gal. 3.*

nobis maledictum vt maledictionem peccati nos fugiamus.

A πάσης τῆς νόμου ἡμολίας ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, ἵνα ἡμεῖς τὴν ἐξ ἀνομίας δεσμὸν διαφύγωμεν.

v. 30. *Hic est de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat.*

Οὗτός ἐστι περὶ οὗ εἶπον· ὀπίσω μου ἔρχεται ἀνὴρ, ὃς ἔμπροσθέν μου γέγονεν, ὅτι πρῶτός μου ἦν.

Auditores ad memoriam reuocat eorum quæ prius dicta sunt, & palmam gloriæ Christo cedit, non studio aut affectu vllo, sed veritate potius & necessitate id faciens. Subiicitur enim, vel ipso nolente, opus factori, domino seruus, largitori munus. Quonam verò modo posterior esset Ioanne Christus, & ante factus sit quoniam prior erat, vt ipse profitetur, abunde supra diximus.

Εἰς ὑπόμνησιν ἄγει τῶν ἐξ αὐτοῦ λόγων τοὺς ἀκροωμένους, ἐκ τὸ μεῖζον ἐν δόξῃ τῷ Χριστῷ, οὐκ ἀγάπης, ἀληθείας δὲ μᾶλλον ἢ ἐξ ἀνάγκης ἔργον ἀποπληρῶν· ὑποκείσεται γὰρ, κἂν μὴ βούληται, τῷ ποιητῇ τὸ ποίημα, τῷ δεσπότῃ τὸ δοῦλον, τῷ χορηγῷ τὸ χορηγούμενον. πῶς δὲ ἦν ἔμπροσθεν ὀπίσω μοῦ ὁ Ἰωάννης Χριστός, ἔμπροσθεν δὲ γέγονεν, ὅτι πρῶτος ἦν, ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖ, διὰ τῶν προλαβόντων ἐρμηνευτῶν εἰρήκαμεν.

v. 31. *Et ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans.*

Κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτὸν, ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τῷ Ἰσραὴλ, διὰ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ βαπτίζων ἐν ὕδατι.

Qui sancta Virgine Dominum adhuc in vtero gestante exiluit in vtero C suæ matris, ille ante partum Propheta, ille in vtero matris discipulus, Nesciebam ipsum, inquit de Saluatore. Quod cum ait vera loquitur. Deus quippe vnus omnia ex se nouit, à nullo edoctus, creatura verò ab alio erudita In sanctis enim inhabitans Spiritus quod in illa deest adimplet, & quod suum est naturæ humanæ largitur, rerum nempe futurarum & occultorum mysteriorum notitiam. Cum ergo se nescire Dominum ait beatus Baptista, D non mentitur, si humanitatis & creaturæ conditio spectetur: sed vni Deo cuncta nosse tribuit, qui per sanctum spiritum ad comprehensionem rerum occultarum hominem illuminat, & vtiliter valde profitetur ex seipso Christum nescire, eam ob rem tamen propriè venisse, vt Israëli notum ipsum faciat: ne ad perhibendum illud testimonium sua sponte incurrisse videatur, neque cupiditatis suæ seruus putetur, sed diuini consilij potiùs executor, voluntatisque supernæ minister *Agnum* E ei reuelantis, *qui tollit peccatum mundi.* Vt ergo Iudæi alacrius Christo Saluatori crederent, & præclarissimam de eo existimationem haberent, ait ipsum se agnoscere quem non nouerat, vt intelligant demum à Deo reuelatum, & pristino animi stupore excusso, eius ser-

Ὁ ἐν τῇ χιλίᾳ τῆς ἰδίας ἀναστρεπτήσας μητρὸς, ἔτι τῆς ἁγίας παρθένου κυοφορούσης τὸν κύριον, ὁ πρὸ τοῦ ὠδῖνος προφήτης, ὁ ἐν ἐμβρύῳ μαθητὴς, οὐκ ἤδειν αὐτὸν φησὶν ὃ φύσει· ἀληθεύων γὰρ λέγων, ὁ γὰρ ψεύδεται· πάντα μὲν γὰρ οἶδεν ἐξ αὐτοῦ ὁ ἀδιδάκτως Θεὸς, διδακτῶς δὲ ἡ κτίσις· ἐνοικοῦν δὲ τοῖς ἁγίοις τὸ πνεῦμα, τὸ ἐνδεὲς ἀναπληροῖ, καὶ τὸ ἴδιον ἀγαθὸν τῇ ἀνθρωπότητι φύσει χορηγεῖται, τὸ εἰδέναι φημὶ τὰ ἐσόμενα, καὶ τῶν κεκρυμμένων μυστηρίων τὴν γνῶσιν. οὐκοῦν μὴ εἰδέναι λέγων τὸν κύριον ὁ μακάριος Βαπτιστὴς; διαψεύσεται μὲν ἀνθρωπίνως, κατὰ γε τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ἴδιον, καὶ τὸ πρέπον τῇ κτίσει μέτρον· ἀναθήσει δὲ μόνῳ τὸ πάντα εἰδέναι τῷ Θεῷ, τῷ διὰ πνεύματος ἁγίου πάντα τὰ τῶν κεκρυμμένων καταλήψει φωταγωγοῦντι τὸν ἄνθρωπον, χρησίμως δὲ λίαν οὐκ εἰδέναι μὲν φησιν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν Χριστὸν, ἐλληλυθέναι γε μὴν διὰ τοῦτο κυρίως, ἵνα φανερὸν αὐτὸν καταστήσῃ τῷ Ἰσραὴλ, ἵνα μὴ αὐθομολογεῖσθαι τὴν μαρτυρίαν φαίνηται δραμών, μηδὲ ἰδίων θελημάτων ὑποπρέπτης νοηθῇ τοῦ πάθους, ἀλλὰ θείας μὲν οἰκονομίας ἐργάτης, βουλῆς δὲ τοῦ ἄνωθεν ὑποπτυχὴς, ἀποκαλυπτήσης αὐτῷ τὸν ἀμνὸν τοῦ αἴροντος τὰς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου· ἵνα λοιπὸν διαπεπίστευθῇ ὅθεν τοῦ πιστεύειν τοῦ εἰς Χριστὸν βαδίζοιεν Ἰουδαῖοι, καὶ ἀξιολογωτέρων ἔχωσι περὶ αὐτοῦ τὸ διάληψιν, ἐγνωκέναι φησὶν αὐτὸν οὐκ εἰδὼς, ἵνα λοιπὸν ἐπιγνῶσι τὸν ἀπο-

καλύψαντα Θεὸν, καὶ τὸν ἄνωθεν ἀπαρχήσαντες κεῖμαι, πρὸς δέξωνται λοιπὸν τοῦ λόγου αὐτοῦ,

καὶ τ' οἰκέτιν ὁρῶντες ὄντα τοσοῦτον, ἀναλόγως ἂν ἕν κεφαλαίωτος ἀξίωμα. Τὸ γὰρ ἐλευθέραν λέγειν, ἵνα φανερὸν αὐτὸν τοῖς Ἰσραὴλ καταστήσῃ, πῶς ἂν πάντως τινὶ οἰκέτῃ παρέπουσαν θεραπείαν σημαίνῃ;

A monem admittant, & tantum famulum cernentes, proportione quadam Domini dignitatem æstiment. Quod enim ait venisse vt manifestum eum faciat Israëli, nunquid officium serui denotat?

ΚΕΦΑΛ. α.

Cap. I.

Οτι ἂν κατὰ μετοχὴν, οὐδὲ ὡς ἐπακτὸν ἐν τῷ υἱῷ τὸ ἅγιον πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' ἀσιωδῶς, καὶ κατὰ φύσιν ἐνυπάρχει αὐτῷ.

Quòd non per participationem, neque vt ascititius est in Filio sanctus Spiritus, sed ei substantialiter & secundum naturam ineset.

B

Καὶ ἐμαρτύρησεν Ἰωάννης λέγων, ὅτι τεθέαμαι τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, ὡσεὶ περιστερὰν, ἐξ οὐρανοῦ, καὶ ἔμεινεν ἐπ' αὐτὸν, κἀγὼ οὐκ ἤδειν αὐτὸν, ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν, ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον, καὶ μένον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ.

v. 32. *Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: Quia vidi Spiritum descendentem, quasi columbam de cælo, & mansit super eum: Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aquâ, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto.*

ΟΥΚ εἰδέναι φήσας αὐτὸν ἐν τοῖς ἀνωτέρω, χρησίμως ἐπεξεργάζεται, καὶ τὸ θεῖον ἐπιγυμνοῖ μυστήριον, ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέντοι σώματος δηκνύων πατέρα Θεὸν, καὶ τίς ὁ τῆς δείξεως γέγονε τρόπος, ἀναφανδὸν ἐξηγούμενος. ὠφελεῖ γὰρ πάντων τὴν ἀκροωμένων τὸν νοῦν, καὶ δι' ὧν ἐκ Θεοῦ πεπαιδεῦσθαί φησι τὸ περὶ Χριστοῦ μυστήριον, ταῖς ἀνωφελέσι φήφοις πολεμοῦντας ἀποφαίνεσθαι τοὺς ἀντεχομένους αὐτοῦ, καὶ ῥᾳθυμοτέρως τῇ μεγάλῃ τοῦ πατρὸς αἱρέσει προσιόντας γνώμῃ. τοῦτο δὲ ἐῶν ἀναπείθοντος βίαιος μὲν εἰκαίας αὐτὸν ἀποβάλλειν βουλῆς, πρόσδεξασθαι δὲ τὴν εὐδοκίαν πατρὸς ὅτι σωτηρία τῶν πάντων ἐπιδημήσαντα. μάρτυρα τοιγαροῦν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεῦμα θεάσοιτο καταβαῖνον ἐπ' αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ, περιστερᾶς ἐν σχήματι, καὶ ὅτι μεμένηκεν ἐπ' αὐτῷ. εἶτα πρὸς τούτῳ, καὶ αὐτήκοος γεγενῆσθαί φησι παρὰ τοῦ πεμψάντος αὐτὸν ἐπὶ τὸ βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ὡς ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἐν ἁγίῳ βαπτίζων πνεύματι, ὥσπερ αὖ ὅτι φοιτῆσαν ἐναπομείνῃ τὸ πνεῦμα. ἀξιοπιστότατος τοίνυν ὁ μάρτυς, ἐναργὲς τὸ σημεῖον, ἐπάνω πάντων ὁ δείξας πατήρ. καὶ τοῦτα μὲν τῇδε. ἀναστρέψει δ' ἴσως ὁ φιλεγκλήμων αἱρετικὸς, καὶ πλατὺ γελάσας ἐρεῖ. τί πάλιν λέγεις, ὦ ἄνθρωπε, καὶ πρὸς τίνα φατε, ἢ ποῖον ἐξευφανεῖτε λόγον καταστοφιζόμενοι τὸ γεγραμμένον; ἰδοὺ τὸ πνεῦμα καταβαίνειν φησὶν ὅτι τὸν υἱόν· ἰδοὺ καταχρίεται τοῦτο τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὅπερ οὐκ ἔχει, λαμβάνει δηλαδὴ, συνεπιμάρτυρος αὐτῷ μαρτυροῦντος καὶ λέγοντος, ὡς πρὸς αὐτόν· Διὰ τοῦτο

C Quoniam superiùs dixerat, se eum non nosse, nunc id exactius exponit, mysteriúmque diuinum aperit, ostendens cùm sibi à Patre Deo reuelatum, tum quis reuelationis modus fuerit aperte explicans: adeóque auditorum animis omni ratione prodest: & per quæ Christi mysterium se didicisse ait, per ea diuinæ sententiæ ostendit aduersarios refragari, & magnæ Patris resistere voluntati. Quod cùm facit, scitè eos inducit vt vanitate reiecta cum suscipiant, qui D Patris beneplacito in hunc mundum aduenit ad omnium salutem. Testatur itaque se Spiritum spectasse descendentem super eum de cælo, in columbæ specie, & super eum mansisse. Ad hæc, ait se auribus suis accepisse ab eo à quo missus est ad baptizandum in aqua, illum baptizaturum in sancto Spiritu, in quem descendisset, & in quo maneret Spiritus. Locupletissimus ergo testis, supernaturale signum, illius auctor ac demonstrator Pater, E omnium supremus. Atque hæc quidem ita se habent. Sed insultabit forsan iterum vitilitigator hæreticus, & in cachinnum effusus dicet: Quid porro nobis responsuri estis, ô boni, aut quibus argutiis quod scriptum est redarguetis? Ecce Spiritum ait in Filium descendere: Ecce vngitur à Deo ac Patre Filius, & quod non habet nimirum accipit, Psalmista nobis suffragante, & his ipsum verbis cõpellante: *Propterea Psal. 44.*

vnxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis pra participibus tuis. Quomodo igitur consubstantialis erit perfecto Patri Filius, qui quòd perfectus non sit, ideò vngitur? Istiusmodi hominibus qui veneranda Ecclesiæ dogmata conuellunt, & Scripturarum rectum sensum peruertunt, dicendum reor: *Euigilate qui ebrij estis ex vino vestro*, vt illustri veritatis pulchritudine perspecta, nobiscum inclamare Filio possitis: *Verè Filius Dei es tu.* Si enim credis ipsum Deum secundum naturam esse, quomodo quæso perfectione carebit? Sequitur enim idipsum etiam vos impiè de Patre asserere. Vnde enim ipse quæso perfectionem necessariò, vt dicitis, habiturus est? aut quomodo non ad illam diminutionem Filij, sententiâ vestrâ imperfectam delapsurus est, si diuina essentia imperfectionem in Filio semel susceperit, vt stultè & imperitè contenditis? Non enim certè magnam illam & immortalem naturam in diuersas rationes secabimus, vt in hoc, verbi gratiâ, sit imperfecta, in illo perfecta: cum humanitatis definitio vna sit de omnibus, & eadem in omnibus nobis, nec homo aliquid minus aut maius sit altero homine, quà homo est: nec Angelus, opinor, ab altero Angelo differat, ratione Angelicæ substantiæ, omnibus, ex eo quod eiusdem sunt speciei, in vnam naturam colligaries. Quomodo ergo diuina & omnium suprema illa natura, minor in se esse videbitur quam creatura, eique continget quod ne in ipsam quidem creaturam cadere possit? aut quomodo quæso erit simplex & incomposita, si in ea videamus esse perfectionem & imperfectionem? Ex vtroq; enim componetur, siquidem perfecto imperfectum simile non est. Si enim simile sit, nihilque sit inter ea discriminis, quodcunque perfectum est, passim quoque erit imperfectum; & siquid vicissim imperfectum, illud quoque perfectum erit, nec Filio quicquam detrahemus, licet eum perfectione carere putemus: sed neque Pater Filium superabit quamuis ei perfectio adscribatur, & soluta rursus nobis est quæstio: Sin autem imperfectum à perfecto multis rationibus distinguitur, vtrumque verò diuina quoque natura eodem modo suscipit, composita igitur erit, & non simplex. Sed forsan dicet quispiam, contraria in vno subiecto simul non posse existere, vt in

Iul.1.

Mat.14.

A ἔχρισέ σε ὁ Θεός, ὁ Θεός σου, ἔλεον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. πῶς οὖν εἰπὲ λοιπὸν ἐν ὁμοουσιότητι τέλειός ἐστι, ὁ μὴ ὢν ὅμοιος υἱός, καὶ ἀφ' οὗτο χριόμενος; πῶς δὲ τοῦτο φαίημι δεῖν ὑποληπτέον τοῖς τὰ σημεῖα τῆς ἐκκλησίας αἱρεσιάρχοις δόγματα, καὶ τὴν τῶν γεγραμμένων ὀρθότητα διαστρέφουσιν· ἐκνήψατε οἱ μεθύοντες, ἐξ οἴνου αὐτῶν, ἵνα δυνηθῆτε τὸ λαμπρὸν τῆς ἀληθείας κάλλος θεάσασθαι καὶ, σὺν ἡμῖν βοᾶν πρὸς τὸν υἱόν, ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ. εἰ γὰρ ὅλως πιστεύεις Θεὸν εἶναι κατὰ φύσιν αὐτὸν, πῶς οὐκ ἂν ἔχοι τὸ τέλειον; ὥρα γὰρ ὑμᾶς καὶ εἰς αὐτὸν ἤδη δυσσεβεῖν τὸν πατέρα· πόθεν γὰρ αὐτὸς, ὡς φῂς, ἐξ ἀνάγκης ἕξει τὸ τελειότατον; πῶς δ' οὐχὶ πρὸς τὸ τῶν γλυπτῶν ὕφεσιν, τὸ ὡς καὶ ὑμᾶς ἀτελῆ κατοιοῦσθαι, πᾶσα δυσσεβὴς μῆνις ἀπαξ ἐν ὑμῖν τὸ θείας οὐσίας τὸ δυνατὸν μὴ ἔχειν τὸ τέλειον, κατά γε τὸν πρὸ ὑμῶν ἀναθὴν καὶ ἀπαίδευτον λόγον; ὃ γὰρ δήπου τὸ μεγάλιον ἐκείνῳ, καὶ ἀκήρατον φύσιν εἰς διαφορὰς καταμερισθῆναι λόγοις, ὡς εἰ μὴ ἐν τῷ δεῖν τυχὸν ἀτελῆ, τελείαν δὲ αὖ πάλιν ἐν ἐκείνῳ· ἐπεὶ καὶ ὁ τῆς αὐθεντότητος ὅρος εἷς καὶ πάντων ἐστὶ καὶ ἴσος ἐν πᾶσιν ἡμῖν· ἔλαττον δέ τις ἄν θεὸς, καθὸ πέφυκεν ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐδὲ πλέον ἑτέρου καταληφθήσεται, διὰ γήν οἶμαι θεοῦ κατ' οὐδὲν ἕτερος ἄγγελος, κατά γε τὸ εἶναι τῇδ' ὅπερ εἰσὶν ἄγγελοι, δηλαδὴ διὰ τὸ πρὸς ἀλλήλους ὁμοφυῆ, εἰς μίαν ἅπαντες συναδεσμούμενοι φύσιν. πῶς οὖν ἐν τῶν ἡ θεία καὶ ἀπλοῦν ἀποφαίνουσα φύσις ἐν ἐλάττοσι τὸ γλυκὺ, ἐν τοῖς καθ' ἑαυτὴν ἀγαθοῖς ὀφθήσεται, ὑπολυμή τι πάθος, ὃ παθεῖν οὐκ οἶδεν ἡ κτίσις; πῶς γὰρ ἕλως ἔσται καὶ ἁπλοῦν καὶ ἀσυνθέτος, εἴπερ ὅτι ἐν αὐτῇ φανήσεται τὸ τέλειον καὶ τὸ ἀτελές; συγχεῖσεται γὰρ δι' ἀμφοῖν, εἴπερ μὴ ὅμοιον τῷ τελείῳ τὸ ἀτελές. εἰ μὲν γὰρ ὅμοιόν ἐστι, καὶ τὸ διάφορον οὐδὲν ἐν αὐτοῖς, πῶς ὅπερ ἂν εἴη τέλειον, ἀδιαφόρως ἔσται καὶ ἀτελές· καὶ εἴ τι πάλιν ἀτελές, τοῦτο καὶ τέλειον, καὶ οὐδὲν ἐν ἡμῖν τὸ κατηγόρημα, κἂν ταῖς ἡμετέραις διανοίαις τὸ τέλειον ἔχων ᾖ φαίνηται· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ὁ πατὴρ ὑπερβλήσεται τὸν υἱὸν ὅτι τελειότητι μὴ τυγχάνομεν, καὶ λέλυται πάλιν ἡμῖν τὸ ζητούμενον· εἰ δὲ πολὺς ἀποτειχίζει λόγος τὸ τελείῳ τὸ ἀτελές, δείκνυται καὶ ἡ θεία φύσις καθ' ἑαυτὸν ἀμφότερα, σύνθετος ἄρα, καὶ οὐκ ἁπλοῦν· ἀλλ' ἐρεῖ τις τυχὸν, ὡς ἀσυμφυῆ τὰ ἐναντία ἐστὶ καὶ ἀσυνύπαρκτα καθ' ἑαυτὸν ἐν ἑνὶ τῷ ὑποκειμένῳ τὰ ἐναντία,

ὡς ἐν σώματι τυχὸν ὁμοῦ χρῶμα λευκὸν καὶ μέλαν. καλῶς γε, ὦ φίλος, καὶ μάλα χαρίτων ἧς ἡμετέροις ἀπηχοῦσι λόγοις. εἰ γὰρ μία τίς ἐστιν ἡ θεία φύσις, καὶ παρ' αὐτὴν οὐκ ἔστερα, πῶς ἂν εἴποι μοι τὸν ἐναντίων γένοιτο δεκτική; πῶς δὲ καθ' ἓν τί ὂν συνοικείωται τὰ ἀλλήλοις ἀνόμοια συμβήσεται; Θεοῦ γὰρ ὄντος κατὰ φύσιν τοῦ πατρὸς, Θεὸς ἐστὶ κατὰ φύσιν καὶ ὁ υἱός: οὐδὲν ἄρα δίχα διΐστησι, καπάγε ὃ ἐστὶ τέλειος, ὡς πρὸς τὸν πατέρα, τῆς θείας αὐτοῦ καὶ τελειοπάτης οὐσίας ἐκπεφυκώς· ἢ γὰρ οὐκ ἀνάγκη τέλειον εἶναι πάντως τὸν ἐκ τελείου γεννήτορος, εἴπερ ἐστὶν αὐτοῦ καὶ ἀπαράλλακτος εἰκών, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, κατὰ γέγραπται; ἀλλ' οἶμαι πᾶς τις ἡμῖν συνερεῖ, καὶ συνομήσεται, ἢ λεγέτω πάλιν εἰς μέσον ἐλθών, κατὰ ποῖον τρόπον τοῦ τελείου πατρὸς ἀπαράλλακτος ἔσται χαρακτὴρ ὁ υἱὸς, οὐκ ἔχων ἐν ἰδίᾳ φύσει ὃ ἐστὶ τέλειος, καὶ πλήρωμα δυσωπεῖ. ὅπερ δὲ ἐστὶ χαρακτὴρ καὶ εἰκών, τέλειος ἄρα καὶ αὐτὸς ὡς ἐκεῖνος, ὅπερ καὶ ἔστιν εἰκών. ἀλλ' εἶδε, φησὶν, Ἰωάννης ἐξ ἀνέσεως τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὅπερ τὸν υἱὸν, καὶ ἐπαυτὸν ἔχειν τὸν ἁγιασμὸν, δείκνυσθαι γὰρ ὡς οὐκ ἔχων δηλαδὴ ὥρα δὴ οὖν αἰσθανόμενοι πεῖραν μὴ λέγειν αὐτὸν, ὀλίγῃ μόλις ὑστερούμενον, ἐν ἴσῃ τῇ πάντων ἀξίᾳ τοῖς ἄλλοις τελειούμενόν τε, καὶ ἁγιαζόμενον, καὶ ὁπόσητινος ἔχοντα τὴν τῶν ἀγαθῶν χορηγίαν· εἶτα πῶς ἂν διαφύσοιτο λέγων ὁ Εὐαγγελιστὴς, ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν; πῶς γὰρ ἔσται πλήρης ἐν ἰδίᾳ φύσει λαμβάνων αὐτὸς παρ' ἑτέρου; ἢ πῶς ἂν ὅλως νοοῖτο πατὴρ ὁ Θεὸς, εἴπερ ἐστὶ πεῖρα καὶ οὐχὶ μᾶλλον υἱὸς ὁ μονογενής; ψευδώνυμος γὰρ αὖ ὅπως ἔχει, καὶ αὐτὸς ἔσται πατὴρ, ἀληθῶς δὲ οὐδαμῶς ὁ υἱὸς, νοῦν ἔχων ἐφ' ἑαυτῷ τὸ ἀξίωμα, καὶ μέχρι γυμνοῦ ῥήματος τὴν προσηγορίαν. οἰχήσεται δὴ οὖν εἰς οὐδὲν τὸ σύμπαν ἡμῖν, ὅτε τῷ πατρὶς κατ' οὐσίαν ὄντος πατρὸς, ὅτε μὴ τοῦ υἱοῦ τοῦτο κατὰ φύσιν ὑπάρχοντος, ὅπερ ἐστὶ λέγεσθαι εἰ δὴ ἀληθῶς πατήρ ἐστιν ὁ Θεὸς, ἔχει δὲ πάντως, ὃ καὶ ἔστι πατὴρ, υἱὸν δηλονότι τὸν ἐξ αὐτοῦ· εἶτα πῶς οὐ κατὰ φύσιν ἁγιότητος ἀληθοῦς ἔρημον τὸ ἐξ αὐτοῦς ἀποτέξεται, καὶ γυμνὸν ἡμῖν τῆς αὐτῇ προσόντων ἰδιωμάτων τὸ οἰκεῖον ἀποδύσει κεφαλαῖον; εἰ γὰρ ἔχει τὸν ἁγιασμὸν ἐπακτὸν, ὡς ἐκεῖνοι ληρωῦντες φασι, ἀναίσχυντον δὴ πᾶσα συνομολογεῖν καὶ οὐχ ἑκόντας αὐδεῖ, ὡς ἰῶ μοὶ ἅγιος οὐκ ἀεί· γέγονε δὲ ὕστερον, ὅτε καὶ τὸ πνεῦμα καταβέβηκεν ἐπ' αὐτὸν, ὡς ὁ Ἰωάννης φησί· πῶς οὖν ἅγιος ἰῶ καὶ πρὸ τοῦ βαπτίσεως

A corpore, exempli causa, albus color ac niger simul esse nequeunt. Bene habet, amice; nostris dictis egregiè tu quoque suffragaris. Nam si vna est natura diuina, nec præter eam altera: quomodo quæso admittet contraria? quomodo in vnum subiectum quæ inter se dissimilia sunt conuenient? At cum Pater Deus sit secundum naturam, Deus quoque secundum naturam est Filius: Nihil ergo differet ille à Patre, ratione perfectionis, qui ex eius diuina & perfectissima sub-
B stantia processit. Nunquid enim, quæso, necesse est eum esse perfectum, qui ex perfecto est Patre, siquidem eius est cum per omnia similis imago, tum substantiæ character, vt scriptum est? Sed nemo non assentietur nobis, opinor, & suffragabitur: Alioqui prodeat rursus in medium, & dicat quomodo perfecti Patris futurus sit æqualis in omnibus character Filius, si natura sua perfectus esse nequit, vt stultè quidam sentiunt. Cum autem sit character & imago, perfectus
C igitur quoque erit non secus ac ille cuius est imago. Sed Ioannes vidit, inquit, Spiritum descendentem de cælo super Filium, & ab alio sanctificationem habet: eam quippe suscipit, vt qui non habeat, scilicet. Sequitur ergo ipsum apertè dicendum esse creaturam, qui parua excellentiâ vix sit ornatus, & perinde atque res cæteræ perficiatur & sanctificetur, & sua bona aliunde suscipiat. At qui non mentietur Euangelista dicens, *Quia de plenitudine eius nos omnes accepimus?* Quo- *Ioan. 1.*
D modo enim ille plenus erit in sua natura, qui ab alio accepit? aut quomodo quæso Pater censebitur esse Deus, si vnigenitus creatura est, non autem Filius? Ipse enim Pater falsò quoque nuncupabitur, & veritas neutiquam erit Filius, spuriam habēs in seipso dignitatem, & vocabulo tenus appellationem. In nihilum ergo planè corruet, cum neq; Pater verè sit Pater, neq; Filius secundum naturā sit id quod esse dicitur. Sin autem
E Pater verè est Deus, vtiq; habet id cuius est Pater, Filium videlicet, qui ex ipso processit. At quomodo per naturā sancta deitas Filium sanctitatis expertē gignet, & fructum edet suis proprietatibus destitutum? Nam si aliunde sanctificationem habet, vt illi nugātur, necesse est vel inuitos ipsos fateri, non semper fuisse sanctū, sed tū demū extitisse, cū Spiritus, vt scribit Ioannes, descēdit super eum: quomodo igitur sanctus erat etiā ante Incarnationem.

tionem Filius? Sic enim ipsum celebrabant Seraphim hymno illo trisagio quo vox illa sanctus ter à primo ad tertium ordinatum repetitur. Si ergo sanctus erat, etiam ante Incarnationem, immò verò cum Patre semper existebat, quomodo sanctificante indigebat, idque nouissimis temporibus, quando nimirum factus est homo? Miror autem quo pacto illud eos fugiat quum alioqui scisscitatores sint atque curiosi: Necessariò nimirum statuendum esse, Filium aliquando posse quoque sanctitatem abiicere, si non est ei substantialis, sed perinde ac nobis aut alicui alteri creaturæ rationali accidit. Quod autem sanctificatione excidit, nonne etiam peccati vinculis est obnoxium, & in vitium labitur, non iam retinens in seipso id quo vitium superabat? Igitur ne immutabilem quidem Filium comperiemus, & Psalmista quoque mentitur cum in Spiritu ad ipsum clamat,

Psal. 101. *Tu autem idem ipse es.* Præterea, illud quoque obseruandum est, quod eodem pertinet: Nimirum, id quod participat aliud proculdubio quiddam esse naturâ ab eo quod participatur. Nam si verum istud non est, nec alterum ab altero vllo modo differt, suiipsius particeps erit quodcunque est alicuius particeps. quod vel cogitare est absurdissimum. Quomodo enim aliquis sui particeps esse censebitur? Quòd si naturali diuersitate inuicem illa necessariò discrepant, videant qui vnigenito Spiritum esse contendunt per participationem, quantam in impietatem nescij præcipitent. Nam si particeps Spiritûs est Filius, sanctus autem naturâ est Spiritus, non erit sanctus ipse per naturam, sed alterius coniunctione vix tandem illud consequutus est, ad meliorem statum quàm initio per gratiam reformatus. Sed videat rursus Dei hostis quantam in absurditatem illa desinant. Primùm enim alterationem quandam & mutationem, sicuti iam antea dixi, comperiemus esse in Filio: Si mutatus autem sit, vt vos vultis, & profecerit in melius, Patre nescio quomodo minor est, sed & maior demum fiet, quo pacto verò, dicemus, ex Scripturæ diuinæ auctoritate. Diuus Paulus de ipso alicubi

Philip. 2. infit: *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo* IESV: *qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, &*

A ὁ υἱός; ὅτως γὰρ αὐτὸν ἐδοξολόγουν τὰ Σεραφὶμ ὅτι τὸ τρίτον ἐφεξῆς ἀριθμὸν ἀπὸ τοῦ πρώτου, ὃ ἅγιος τοιχηδὸν ἀναφέρονται. Οὐκοῦν εἰ καὶ ἅγιος ἦν, καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, μᾶλλον δὲ ὢν ἀρχῆν ἀεὶ μετὰ τοῦ πατρὸς, πῶς ἐδεῖτο τοῦ ἁγιάζοντος, καὶ τοῦτο ἐν ὑστέροις καιροῖς, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος; θαυμάζω δὲ ὅπως ἀλύει κἀκεῖνο λανθάνει, καίτοι λίαν ὄντας φιλοζητητικούς· ἢ γὰρ οὐκ ἀνάγκη νοῆσαι, διὰ ἁμαρτίαν ποτὲ τὸν υἱὸν καὶ ἀποπίπτουσαν τὸν ἁγιασμὸν, εἰ καὶ οὐκ ἔστιν ὑποδεὴς ἐν αὐτῷ, σωτέον ἢ ὡσαύτως ἡμῖν, καὶ ἑτέρῳ τινὶ τῶν λογικῶν κτισμάτων; ὃ δὴ ἀλλότριον οὐκ πεισόν, ἀγχὶ δὴ πάντως ἔσαι καὶ ὑπὸ τὰς τῆς ἁμαρτίας δεσμὰς, καὶ ὀκλάσει πρὸς ὃ χείρονα, οὐκέτι δύναμιν ἔχον πρὸς τὸ φαυλότητος ἔξω γενέσθαι ποιοῦν; ὑποῖον οὖν ἀναλλοίωτον ἡμῖν ὁ υἱὸς ἀνευρεθήσεται, ἀψευσόμεθα δὲ καὶ ὁ μακάριος ἐν πνεύματι, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ φησὶν, ὡς πρὸς αὐτὸν. πρὸς δὲ γε τοῖς εἰρημένοις περιεργάζεσθαι καὶ τοῦτο, συγχωρῆσαι τὴν περαίαν εἰσφέρειν τῷ μετέχοντι τὸ μετεχόμενον ἕτερόν τι καὶ τὴν φύσιν ὑπάρχειν, ἀπαράδοτον ἀναγκαίως λόγος. εἰ γὰρ μὴ τοῦτό ἐστιν ἀληθὲς, ἀλλοίως ἢ κατ' οὐδένα τρόπον ἕξει πρὸς τοῦτο, καὶ ἔστι σαυτὸν, ἑαυτῷ μέτοχον ἔσαι τὸ ἑνὸς μετέχοι, ὅπερ ἐστὶ καὶ μόνον ἀνοῆσαι ἀπίθανον. πῶς γὰρ αὖτις ἑαυτῷ νοοῖτο μετεχόμενος; εἰ δὲ κεῖται πάντως ἐν ἑτερότητι φυσικῇ τῇ πρὸς ἄλληλα τὰ εἰρημένα, καὶ διαστήμασι λόγος ἀναγκαίος αὐτὰ, ὁραίτωσαν οἱ ἐκ μετοχῆς τὸ πνεῦμα διδόντες τῷ μονογενεῖ, πρὸς ὅσον καταλιθαίνοντες ἀσεβείαν οὐκ ἀναθανοῦμαι. εἰ γὰρ μέτοχός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος, ἅγιον ἢ τῇ φύσει τὸ πνεῦμά ἐστιν, οὐκ ἔσαι κατὰ φύσιν ἅγιος αὐτὸς, ἐδείχθη δὲ τοῦτο μόλις τῇ πρὸς ἕτερον συμπλοκῇ, πρὸς τὸ ἄμεινον, ἢ οὐ οἷς ἦν ἐξ ἀρχῆς κατὰ χάριν μεταποιούμενος· ἀλλ' ὁραίτω πάλιν ὁ λογομάχος, εἰς ὅσον αὐτῷ δυνατὸν ἐξαναστρέφῃ τὰ προβλήματα. πρῶτον μὲν γὰρ ἀλλοίωσις ἦν, καθάπερ ἤδη προεφθέγξαμεθα, καὶ τροπὴ, τρεπτὸν ἢ υἱὸν ὑπάρχειν, ἀλλοιωτὸν ἢ κατὰ ὑμᾶς, καὶ προκόψας ὅτι τὸ ἄμεινον, οὐχ ὅπως ἐλάττων ὄντι τῷ πατρὶ, ἀλλ' ἤδη που καὶ ἐν μείζοσι μεγέθεσι δεχθήσεται, καὶ ὅπως ἐρῶμεν, ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς. ὁ θεσπέσιος Παῦλος περὶ αὐτοῦ που φησὶ. τοῦτο φρονείτω ἕκαστος ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ

σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἐταπείνωσεν ἑαυτόν· ὅτε πάντως τοῦ μὲν τὸ εἶναι θεοπρεπῶς ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τῇ πατρικῇ, τοῦ δὲ τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως χρόνου τὸ πνεῦμα λαβὼν ἐξ ὕψους ἠγλάθη κατ' ἐκείνους, κρεῖττόν τε ἅμα καὶ μείζων ἑαυτοῦ δηλονότι καὶ τοῦ πατρὸς ἀναπέφανται τὴν αἰτίαν, ὑπερφαίρῃ δηλονότι λοιπὸν καὶ τὸ τῆς ὑμνήσεως μέτρον. καὶ εἰ τὸ πνεῦμα λαβὼν εἰς τὸ ὑπερκείμενον τοῦ πατρὸς ἀναβέβηκεν ἀξίωμα, χρὴ τόλμα δέ, τὸ πνεῦμα καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα, τὸν κατ' αὐτὸν τὸν ἡμῖν λόγον ἐρωτᾶν. πῶς οὖν ἄρα καὶ πῶς ἐπὶ τοσοῦτον ἐπιδώσομεν τὴν ἀσέβειαν; χαλεπὸν μὲν γὰρ ὄντως καὶ τὸ λόγῳ τῶν τοιούτων ἱέναι λόγων. ἔστι γοῦν ἄλλως ἔτερος πῶς ἂν τὴν ἐκείνων δυσφορίας ἀποκρούσασθαι βλάβην. δεῖ δὴ πάλιν ἐρέσθαι αὐτούς· εἰ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, τότε ἁγιάζεται τὸ πνεῦμα λαβών· πρὸ δὲ τῆς ἐνανθρωπήσεως ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τοῦ πατρὸς, οὔπω κατ' ἐκείνους ἡγιασμένος, ὥρα λέγειν ἀποτολμήσομεν, ἄγιον οὐκ εἶναι τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, εἴπερ ὅλως ὁ σύμμορφός τε καὶ ἴσος αὐτῷ καὶ πρώτως λόγος, ἅγιος οὐκ ἐν ἀρχῇ, ἐν ὑστέροις δὲ μᾶλλον τοῦτο γέγονε χαρισθείς. καὶ πάλιν· εἰ αὐτὸς ὅστις κυρίως ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος τὸ πνεῦμα λαμβάνων, καὶ ἁγιαζόμενος ἐν ἰδίᾳ φύσει, λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ δι' ἐναντίας, πότερον ποτε μείζων ἑαυτοῦ γέγονεν ἢ ἐλάττων, ἢ καὶ ἔμεινεν ἐν ταυτότητι τοῦτο παθών. εἰ μὲν γὰρ οὐδὲν ἐκ τοῦ πνεύματος ἔσχε τὸ πλέον, μηδέ γ' ὅτου καθάπαξ ἦν ὁ αὐτὸς, μὴ σκανδαλίζου μανθάνων, ὅτι καταβέβηκεν ἐπ' αὐτόν. εἰ δὲ ἠδικήθη λαβὼν, καὶ γέγονεν ἐν ἐλάττωσι, πάθητον ἡμῖν εἰσπίσῃς τὸν λόγον, καὶ καταγορήσῃς τοῦ ὑπάρξαντος πατρός, ἀδικουμένου μᾶλλον, ἢ ἁγιάζοντος. εἰ δὲ ἀμείνων ἐδείχθη τὸ πνεῦμα λαβὼν, ὡς γ' ἂν καὶ ἐν μορφῇ, καὶ ἰσοτιμίᾳ τοῦ πατρὸς, καὶ παρὰ αὐτὸν βελτιωθείσης καθ' ὑμᾶς, οὐκ εἰς ἀκρότητα δόξης ἀναβέβηκεν ὁ πατὴρ, ἀλλ' ἐν ἐκείνοις ἔσται τοῖς μέτροις, ἐν οἷς καθ' ὡς αὐτὸς σύμμορφός τε καὶ ἴσος ὑπάρχων ὁ πρὸς τὸ μεῖζον ἀναπτήσας ἡμᾶς. δύσκριτον οὖν, οἶμαι, λέγειν ὅτι τοῖς ἀπαιδεύτοις αἱρετικοῖς, ἰδοὺ λαὸς μωρὸς, καὶ ἀκάρδιος, ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, καὶ οὐ βλέπουσιν· ἀπετύφλωσε γὰρ ὄντως ὁ Θεὸς τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι τὸν φωτισμὸν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ· οἷς δὴ καὶ μᾶλλον ἐπαλγεῖν δεῖν, οὐ χαλεπαίνειν ἄξιον. οὐ γὰρ ἴσασιν, ἃ ἀναγινώσκουσιν· οὐδὲ δὲ ἀληθὴς ὁ λόγος, οὐ τοῦδεν ἡμῖν ἔσται κεκαλυμμένος, εἰ καὶ ὅτι

Sufficiet ad credendum, inquit, vel spectasse, &, si cum eo sermonem duntaxat conferis, magis consenties, ac mecum indubitatè fateberis ipsũ esse reuera qui expectatur. Porrò credendũ est, diuinam quãdam & ineffabilẽ gratiã in Saluatoris sermone ac verbis fuisse qua delinirentur

etiam auditorum animi. Sic enim scriptum est, quia *omnes mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.* Vt enim eius oratio efficax erat ad agendum, sic etiam ad persuadendum erat idonea.

Luc. 4.

A ἤλπιζουσα· ὅταν γὰρ μέγα θαυμάσαι, ὅτι πάντες ἐθαύμαζον διὰ τοῖς λόγοις τῆ χάριτος τοῖς ἐκπορευομένοις ἀπὸ τῦ στόματος αὐτῦ· ὡς γὰρ ἐνεργὴς ὁ λόγος εἰς δύναμιν, ὅτω καὶ εἰς τὸ πείθειν ἱκανός.

v. 47. *Vidit* IESVS *Nathanaël venientem ad se, & dicit de eo: Ecce verè Israelita, in quo dolus non est.*

Εἶδεν ὁ Ἰησοῦς τὸν Ναθαναὴλ ἐρχόμενον πρὸς αὐτὸν, καὶ λέγει περὶ αὐτῦ· ἴδε ἀληθὴς Ἰσραηλίτης, ἐν ᾧ δόλος οὐκ ἔστιν.

Cum nondum signis & miraculis se Christus manifestasset, alio modo persuadere nitebatur suos discipulos, & quotquot ex eis erant acutiores, se nimirum esse Filium secundum naturam, ac Deum, & pro omnium salute in humana forma venisse. Quænam igitur est illa ratio quæ ad fidem adducit? Cognitio Deo conueniens. Omnia enim nosse vni Deo conuenit. Excipit ergo Nathanaëlem, non assentatiunculis eum sibi concilians, sed expositis iis quorum conscius erat, hominum corda quà Deus est se notitiæ confirmans.

Οὔπω τὴν ἀφ' σημείων ἐπιτελέσας ἐπίδειξιν, B ἑτέρῳ τρόπῳ Χριστὸς τοὺς τε οἰκείους ἀναπείθειν ἐπειρᾶτο μαθητὰς, καὶ τοὺς ὅσοι τῶν ἄλλων περιοπτότεροι, ὡς εἴη καὶ αὐτὸς ὁ κατὰ φύσιν υἱὸς καὶ Θεὸς, ἥκοι δὲ τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα σωτηρίας ἐν ἀνθρωπίνῃ μορφῇ. τίς οὖν ὁ τρόπος ὁ πρὸς πίστιν ἐπαγωγός; ἡ θεοπρεπὴς δηλονότι γνῶσις. ὃ γὰρ εἰδέναι τὰ πάντα, μόνῳ πρέπει Θεῷ· ἀποδέχεται τοιγαροῦν τὸν Ναθαναὴλ, ἀ κολακείαις ἀρπάζων εἰς δόξαν, ἀλλ' ἐξ ὧν αὐτὸς συνῄδει πιστούμενος, ὅτι γινώσκει καρδίας, C ὡς Θεός.

v. 48. *Dicit ei Nathanaël: Vnde me nosti?*

Λέγει αὐτῷ Ναθαναὴλ· πόθεν με γινώσκεις;

Nathanaël mirari incipit, & ad firmitatem fidei iam vocatur. sed etiamnum percunctatur vndenam ipsum Christus nosset. Accuratæ enim ferè sunt studiosæ ac Dei amantes animæ. Forsan autem suspicatur se Philippi operâ Domino innotuisse.

Ἄρχεται θαυμάζειν ὁ Ναθαναὴλ, καὶ καλεῖται πρὸς πίστιν ἤδη βεβαίαν· ἔτι δὲ μανθάνειν ἀξιοῖ, πόθεν αὐτὸν ἔγνωκε τῶν κατ' αὐτὸν τὴν γνῶσιν· ἀκριβεῖς γὰρ λίαν αἱ φιλομαθεῖς, καὶ φιλόθεοι ψυχαὶ, ὑπονοεῖ δὲ ἴσως παρὰ Φιλίππου τὰ κατ' αὐτὸν δεδιδάχθαι τῷ κυρίῳ.

Respondit IESVS, *& dixit ei: Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficu, vidi te.*

D Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· πρὸ τῦ σε Φίλιππον φωνῆσαι ὄντα ὑπὸ τὴν συκῆν εἶδόν σε.

Soluit eius suspicionem Seruator, dum ait se eum sub ficu vidisse tametsi corpore aberat, priusquam ad se venisset aut loquutus esset Philippus. Et valde vtiliter cùm ficus, tum locus ipse designantur, quibus certiorem fidem facit se eum conspicatum esse. Cum enim id planè nosset, etiam consectarium facile E admisit.

Ἔλυσεν αὐτῷ τὴν ὑποψίαν ὁ σωτὴρ, καὶ πρὸ τῆς τῦ Φιλίππου συντεύξεώς τε καὶ ὁμιλίας ἐωρακέναι λέγων αὐτὸν ὑπὸ συκῆν, καίτοι μὴ παρὼν τῷ σώματι. χρησίμως τε σφόδρα καὶ ἡ συκῆ, καὶ ὁ τόπος ὀνομάζεται, τὴν τῦ πεπιστῶσθαι πίστιν αὐτὸν ἐγγυώμενα· ὁ γὰρ ἀκριβῶς ἤδη μαθητὴν, καὶ ὃ σοφὸν αὐτῷ ἑπόμενος αἰεὶ προεδέξατο.

v. 49. *Respondit ei Nathanël, & ait: Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israël.*

Ἀπεκρίθη Ναθαναὴλ, καὶ λέγει αὐτῷ· ῥαββὶ, σὺ εἶ ὁ υἱὸς τῦ Θεοῦ, σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῦ Ἰσραὴλ.

Nouerat probè Deum scrutatorem esse cordium, nec vlli alteri mentem hominis patere, illud, opinor, Psalmi- *Psal. 7.* stæ animo reuoluens, *Scrutans corda & renes Deus.* Quòd enim alij nulli quàm naturæ diuinæ istud insit,

Οἶδε μόνον ὄντα καρδιῶν ἐρευνητὴν τὸν Θεόν, οὐδενὶ δὲ ἑτέρῳ τῶν ἀνθρώπου δίδωσιν ἐξεπίστασθαι νοῦν, ὃ ἐν ψαλμοῖς εὑρὼν καὶ ὃ εἰκὸς ἐνθυμούμενος, ἐτάζων καρδίας, καὶ νεφροὺς ὁ Θεός. ὡς γὰρ οὐδενὶ τῶν ὄντων πρέπον μόνῃ τῇ θείᾳ φύσει,

καὶ τοῦτο ἐξαίρετον ὁ μυσταγωγὸς ἀναπέφηνεν. Ὁπόταν οὖν ἀφθόγγοις ἔτι ψυχαγωγοῖς τοῖς ὑποπτεύουσιν αὐτῷ τρεφομένοις καὶ τὸν νοῦν ἐπείσας ἔγνω διδασκάλου τὸ κύριον, διδάσκαλον μὲν ἀΐδιος ἀποκαλεῖ, προθύμως ἤδη τῷ ὑπ' αὐτοῦ μαθητεύεσθαι εἰσαίνων, Θεοῦ δὲ υἱὸν ὁμολογεῖ, καὶ βασιλέα τοῦ Ισραὴλ, ὥσπερ αὖ συνεπιχορηγοῦντα τὸ θεότητος ἴδιον, τὸν εἰς πάντως καὶ κατὰ φύσιν Θεὸν ἀπαθῶς γεγεννηκότος. A tanquam ei proprium ac peculiare Psaltes attribuit. Cum itaque animaduertisset ea Domino patere quæ tacitus apud se versabat, magistrum eum illicò nominat, eiusque disciplinæ alacri mente se tradit, Filiumque Dei & Regem Israël esse fatetur, eum vtique secundum naturam esse quoque Deum confirmans, in quo Deitatis proprietates inexistunt.

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ὅτι εἶπόν σοι, ὅτι εἶδόν σε ὑποκάτω τῆς συκῆς, πιστεύεις· μείζω τούτων ὄψῃ. B v. 50. *Respondit* IESVS, *& dixit ei: Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maiora his videbis.*

Ἀσφαλέστερος ἔσῃ τοῖς πίστιν, φησίν, ὅταν ἴδῃς τὰ τούτων μείζονα· ὁ γὰρ ἐνὶ σημείῳ πεπιστευκώς, πῶς οὐκ ἔσται πάντως δηλαδὴ πολλῷ σε ἀμείνοσιν, ὅταν δὴ μᾶλλον τὰ φαίνοιντο τῆδε ἤδη τεθαυμασμένων ἀξιολογώτερα; Firmior eris ad fidem, inquit, cum his maiora videris. Qui enim vni signo credidit, quomodo non erit longè firmior, cum potiora miracula apparuerint.

Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὄψεσθε τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγότα, καὶ τοὺς ἀγγέλους τοῦ Θεοῦ ἀναβαίνοντας, καὶ καταβαίνοντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. C v. 51. *Amen, amen dico vobis, videbitis cælum apertum, & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.*

Κοινὸς ἤδη πρὸς πάντας ὁ λόγος ὑπισχνούμενος τῷ Ναθαναὴλ τὴν πίστιν. ἀγγέλους δὲ ὀφθήσεσθαι λέγων ἄνω τε καὶ κάτω πρέποντας ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τοῦτ' ἔστιν, ὑπηρετοῦντας, καὶ ἀφωρισμένους τοῖς αὐτοῦ διδασκάλοις, εἰς τὴν τῶν μελλόντων πιστεύειν σωτηρίαν, τότε δὴ μάλιστα Θεοῦ κατὰ φύσιν ὑπαρχὼν υἱὸς ἀναδεικνύσθαι φησίν. οἱ γὰρ ἀνθρώπινοι οἱ λογικοὶ δυνάμεις, Θεῷ δὲ πάντως δουλεύουσιν. Οὐκ ἀναιρεῖ δὲ ὁ λόγος τὸ ὑπ' ἀγγέλοις ὑποτεταγμένον· οὐδὲ γὰρ ἂν οὕτω λόγως τοῦτο καλοῖτο δουλεία· ἀκηκόαμεν δὲ δηλονότι τῶν ἀγγέλων εὐαγγελιζομένων, ὅτι ὥσπερ ἄγγελοι προσῆλθον τῷ Σωτῆρι Χριστῷ, καὶ διηκόνουν αὐτῷ. D Iam ad omnes orationem conuertit, qua Nathanaëlis fidem confirmat. Cum autem Angelos visum iri ait, ascendentes ac descendentes super filium hominis, hoc est ministrantes, & mandatis eius, ad salutem eorum qui credituri sunt, obsequentes, tunc maximè se naturâ Dei filium esse demonstratum iri significat. Non enim sibi mutuò spiritales illæ Virtutes, sed Deo certè seruiunt. Quod cum dicimus earum subiectionem non tollimus: nec enim seruitutem quisquam rectè sanè dixerit: De Christo verò sancti Euangelistæ scribunt, Angelos ad Seruatorem Christum accessisse, & ei ministrasse. *Mat 4.*

Καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ γάμος ἐγένετο ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἦν ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ ἐκεῖ. ἐκλήθη δὲ καὶ ὁ Ἰησοῦς καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ εἰς τὸν γάμον, καὶ ὑστερήσαντος οἴνου, λέγει ἡ μήτηρ τοῦ Ἰησοῦ πρὸς αὐτὸν, οἶνον οὐκ ἔχουσι· καὶ λέγει αὐτῇ ὁ Ἰησοῦς. E Cap. 2. v. 1. *Et die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater* IESV *ibi. Vocatus est autem &* IESVS *& discipuli eius ad nuptias: Et deficiente vino, dicit mater* IESV *ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei* IESVS.

Εὐκαίρως ἔρχεται λοιπὸν ὅτι τοῖς σημείοις ἐφέλκεται, εἰ καὶ ἀβουλήτως ἐδόκει καλεῖσθαι πρὸς αὐτόν· πανηγύρεως γὰρ τελουμένης, δῆλον ἦν ὅπου πάντως ὅτι σπουδαίως, πάρεστι μὲν τοῦ Σωτῆρος ἡ μήτηρ, κεκλημένος δὲ καὶ αὐτὸς Opportunè ad patrãda miracula Christus aggreditur, licet fortuitò ad ea vocatus videatur. Nam cum nuptiæ celebrarentur, castè nimirum & honestè, adest quidem mater Seruatoris, sed & ipse vnà

vnà cum discipulis suis inuitatus venit, non tam epulaturus quàm vt miraculum faceret, ac præterea generationis humanæ principium sanctificaret, quod ad carnem nimirum attinet. Conueniebat enim vt qui naturam ipsam hominis renouaturus ac totam in meliorem statum reuocaturus erat, non solùm iis qui iam in ortum vocati erant benedictionem impertiretur, sed & iis quoque qui postea nasciturí essent gratiam præstrueret, & eorum ortum sanctum efficeret. Porrò tertiam tibi hanc habeto rationem. Dictum est alicubi ad mulierem à Deo: *Gen. 3.* *In dolore paries filios.* Quomodo igitur hanc à nobis execrationem depelli oportebat, aut quanam alia ratione condemnatas nuptias vitare licebat? Istud etiam soluit Seruator, hominum amantissimus. Præsentia sua nuptias cohonestauit, ipse gaudiũ & lætitia quum sit vniuersorum, vt veterem partus tristitiam depelleret. *2. Cor. 5.* *Siquis enim in Christo, nona creatura est.* Et, *vetera transierunt*, vt Paulus inquit, *& facta sunt noua.* Venit itaque vnà cum suis discipulis ad nuptias. Decebat quippe, vt miracula patranti adessent qui rerum mirabilium studio tenebantur, id quod patrandum erat quasi quendam cibum fidei suæ collecturi. Cæterum vino conuiuas deficiente, mater eum rogat vt solita sua bonitate & benignitate vti velit, dicens: *Vinum non habent.* Nam quasi in eius potestate sit cuncta facere quæ velit, ad miraculum eum hortatur.

A τοῖς οἰκείοις συναφιγέται μαθηταῖς θαυματουργήσων μᾶλλον, ἢ ἵνα ἐστιασόμενος, ἔτι τε πρὸς τούτῳ καὶ αὐτὴν ἁγιάσων τὴν ἀνθρώπου γενέσεως τὴν ἀρχήν· ὅσον ἐπ' ἤκειν εἰς τὴν σάρκα φαμέν. ἔδει γὰρ αὐτοῦ τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀνακεφαλαιούμενον, καὶ ὅλην ἀνασκευάζοντα πρὸς τὸ ἄμεινον, μὴ μόνον τοῖς ἤδη πρὸς τὸ ὑπάρξαι κεκλημένοις διαπέμπειν τὴν εὐλογίαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅσον οὐδέπω τεχθησομένοις προδιατρέπειν τὴν χάριν, καὶ ἁγίαν αὐτὴν καθαρῆσαι τὴν εἰς τὸ εἶναι πάροδον. καὶ τρίτην ὅτι τούτῳ δίκην τὴν ἀποκοπὴν. εἴρηται πρὸς τὴν γυναῖκα παρὰ Θεοῦ· ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα· πῶς οὖν ἔδει καὶ ταύτην ἡμᾶς ἀποκρούσασθαι τὴν ἀρὰν, ἢ πῶς ἂν ἑτέρως διαφυγεῖν καταδικασμένον τὸν γάμον; ἔλυσε καὶ τοῦτο φιλάνθρωπος ὢν ὁ Σωτήρ. τιμήσας τῇ παρουσίᾳ τὸν γάμον, ἵνα πάντων ἡδυμία καὶ χαρὰ, ἵνα τὴν τεκνογονίας τὴν ἀρχαίαν ἐξέλασῃ κατήφειαν· εἴ τις γὰρ ἐν Χριστῷ, καινὴ κτίσις, καὶ, τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν, ὡς ὁ Παῦλός φησι, γέγονε δὲ καινά. ἔρχεται συνεορτάσων ὁμοῦ τοῖς οἰκείοις μαθηταῖς εἰς τὸν γάμον· ἔδει γὰρ παρεῖναι τὸν θαυματουργὸν τοῖς τὴν περὶ δόξαν φιλοθεάμοσιν, θεοφιλῆ ἵνα ὥσπερ τῇ ἐν αὐτοῖς πίστει συλλέξοντας τὸ τελούμενον. ὅπερ γὰρ οἶνος ὑστερήσαντος τοῖς ἐστιωμένοις, ὅτε τὴν σωτήριον φιλανθρωπίαν ἀγαθὸν ὄντα τὴν κύριον ἡ μήτηρ παρακαλέσασα λέγουσα, οἶνον οὐκ ἔχουσιν· ὡς γὰρ ἐπ' ἐξουσίας αὐτῷ πάντα ὅσα ἂν βούλοιτο ποιεῖν, εἰς τὸ θαῦμα προτρέπει.

Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea.

D Τί ἐμοὶ καὶ σοί, γύναι; οὔπω ἥκει μου ὥρα.

Hunc sermonem præclarè quoque Seruator effinxit. Nec enim ad patranda miracula currere aut vltrò inferre se non oportuit, sed rogatum eò venire, & vtilitati magis quàm spectatorum oculis hanc impertiri gratiam. Gratiora verò sunt quæ optantur, si non citò petentibus ea tradantur, sed aliquantula morâ in pulcherrimam spem offerantur. Præterea, maximum esse illum honorem qui parentibus debetur Christus, ostendit, dum reuerentiâ matris id faciendum suscipit, quod facere nolebat.

Λέγει τὸν κύριον αὐτῷ τὸν ἀνθρώπινον τὸν ἐκ τῆς παρθένου γεγενημένον, ὅτι ἐμοὶ καὶ σοὶ γύναι; τί ἐμοὶ καὶ σοὶ τὸ θαυματουργεῖν, ἢ τὸ ἐπιδείκνυσθαι τὴν θεότητα; οὔπω ἥκει μου ὥρα. ἐπὶ τοῦτο γὰρ ἐλήλυθα, ἵνα ἐν καιρῷ τὸ θαῦμα ποιήσω, ἵνα ἐν καιρῷ τὴν ἐμὴν ἐπιδείξωμαι θεότητα. ἐν καιρῷ γὰρ ἐπιδείκνυται τὸ θαῦμα, ὅταν ἐν καιρῷ τὸ θαῦμα γένηται. ἐν καιρῷ γὰρ ἐπιδείκνυται τὸ θαῦμα, ὅταν ἐν καιρῷ τὸ θαῦμα γένηται. ἐν καιρῷ γὰρ ἐπιδείκνυται τὸ θαῦμα, ὅταν ἐν καιρῷ τὸ θαῦμα γένηται.

v. 5. &c. *Dixit mater eius ministris: Quodcunque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iu-*

Λέγει δὲ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις, ὅ, τι ἐὰν λέγῃ ὑμῖν, ποιήσατε. ἦσαν δὲ ἐκεῖ ὑδρίαι λίθιναι ἓξ κείμεναι κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ιου-

δαίων χωρούσας ἀνὰ μετρητὰς δύο, ἢ τρεῖς. A
Πολλὴν ἔχουσα τὴν ῥοπὴν εἰς τὸ ἡμέτερον θαῦμα, νενίκηκεν ἡ γυνὴ πείθουσα δηλ. τὸν πρέπον ὡς υἱὸν τὸν κύριον. Ἄρχεται γὰρ τοῦ θαύματος αὐτὴ τοῖς διακόνοις ἤδη τὸ ἡμέτερον προστεταγμένων ταῖς τῆς πανηγύρεως διακονίαις ὑπηρετεῖσθαι.

dæorum, capientes singulas metretas binas vel ternas.

Magnam habens authoritatem ad miraculum eliciendum mulier Dominum filium suum, vt par erat, persuasit. Hæc autem rem aggreditur, dum nuptiarum ministros præsto esse iubet, eaq; ministrare quæ Dominus mox imperaturus esset.

Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· γεμίσατε τὰς ὑδρίας ὕδατος. καὶ ἐγέμισαν αὐτὰς ἕως ἄνω. καὶ λέγει αὐτοῖς, ἀντλήσατε νῦν, καὶ φέρετε τῷ ἀρχιτρικλίνῳ, καὶ ἤνεγκαν. ὡς δὲ ἐγεύσατο ὁ ἀρχιτρίκλινος τὸ ὕδωρ οἶνον γεγενημένον, καὶ οὐκ ἤδει πόθεν ἐστίν· οἱ δὲ διάκονοι ἤδεισαν οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ· φωνεῖ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρίκλινος, καὶ λέγει αὐτῷ· πᾶς ἄνθρωπος πρῶτον τὸν καλὸν οἶνον τίθησι, καὶ ὅταν μεθυσθῶσι, τότε τὸν ἐλάσσω· σὺ τετήρηκας τὸν καλὸν οἶνον ἕως ἄρτι. B

v. 7. &c. *Dicit eis* IESVS: *Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis* IESVS: *Haurite nunc, & ferte Architriclino: & tulerunt. Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset; ministri autem sciebant qui hauserant aquam: vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei: Omnis homo primùm bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est: tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc.*

Πληροῦσι μὲν οἱ διακονοῦντες τὸ προσταχθέν, ἀφάτῳ δὲ δυνάμει τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μεταστοιχειοῦσθαι. τί γὰρ αὐτῷ γένοιτο χαλεπὸν τῷ πάντα ἰσχύοντι; ὁ δὲ τὰ μὴ ὄντα καλεῖν εἰς ἡμᾶς, πῶς οὐ καὶ μᾶλλον τὰ ἤδη πεποιημένα μεταῤῥυθμίζων ἐφ' ὅπερ ἂν βούλοιτο; ἀποθαυμάζουσι δὲ τὴν χρῆσιν ὡς ἐξαίρετον· ἃ γὰρ ἄλλα ἦν ἕτερος ὁρᾶσθαι τὰ διὰ Χριστοῦ. Αἰτιᾶται δὲ τὸν νυμφίον ὁ ἀρχιτρίκλινος, ὡς ἐν ὑστέρῳ τοῦ δείπνου καιρῷ δαπανῶντα τὸ ἄμεινον, οὐκ ἀκόμψως ὡς γε μοι φαίνεται κατά γε τὸν τῆς ἰσοτιμίας λόγον. C D

Iussa quidem ministri faciunt: ineffabili verò virtute aqua in vinum transmutatur. Quid enim omnipotenti difficile? qui res è nihilo ad esse vocat, quomodo iam factas in quodcunque voluerit difficile erit ei transformare? Rem verò mirantur vt eximiam; non enim alia esse poterant quæ per Christum agebantur. Porrò Architriclinus sponsum increpat, non illepidè vt arbitror, si rei gestæ ratio spectetur, quòd sub finem cœnæ melius vinum profunderet.

Ταύτην ἐποίησε τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων ὁ Ἰησοῦς ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐφανέρωσε τὴν δόξαν αὐτοῦ· καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· μετὰ τοῦτο κατέβη εἰς Καπερναοὺμ αὐτὸς, καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ, καὶ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ· καὶ ἐκεῖ ἔμειναν οὐ πολλὰς ἡμέρας. καὶ ἐγγὺς ἦν τὸ Πάσχα τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβη εἰς Ἱεροσόλυμα ὁ Ἰησοῦς.

v. 11. &c. *Hoc fecit initium signorum* IESVS *in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Post hæc descendit in Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit* IESVS *Hierosolymam.*

Πολλὰ καὶ ἄλλα τοιαῦτα ἐτελέσθη τὰ κάλλιστα δι' ἑνὸς καὶ πρώτου σημείου. γάμος μὲν γὰρ ὁ ἅγιος ἡγιάζετο, ἀρὰ δὲ ἡ κατὰ γυναικῶν ἐκποδὼν· οὐ γὰρ οἱ λύπαις ἐν τέξονται τέκνα, καὶ αὐτὸν ἅμα τὸν ἡμέτερον τῆς γενέσεως τὸν ἀρχηγὸν εὐλογηκότος Χριστοῦ· ἡλιακῆς δὲ δίκην αὐγῆς ἔλαμψε δόξα, καὶ ὃ μεῖζον ὅτι τούτοις βεβαιοῦται πρὸς πίστιν ἀπὸ τῶν θαυμάζειν οἱ μαθηταὶ· ὁ μὲν οὖν τῆς ἰσοτιμίας λόγος ἐν τούτοις ἑστάτω· οἶμαι δὲ δεῖν, καὶ ἑτέραν τοῖς εἰρημένοις ὀπτικὴν ἡλιο- E

Multa eaque præclara vno & primo signo simul agebantur. Nuptiæ quippe honorabiles sanctificatæ sunt, & execratio in mulieres repulsa. non enim in doloribus vltra parient liberos, cum ipsum quoq; nostræ generationis initium Christus benedixerit. Gloria verò Saluatoris nostri radij solaris instar emicuit, & harum rerum admiratione discipulorum fides magis confirmatur. Sed historicæ quidem expositionis satis sit hactenus; Alia nobis est iucunda contemplandi ra-

tio, & quid his ſubinnuatur, indicandum. Deſcendit igitur de cælis Dei Verbum, ſicut ipſe ait alicubi, vt naturam hominis ſibi ſociatam ſpiritalibus ſapientiæ ſeminibus quaſi ſponſus prægnantem fieri perſuaderet. Et ſponſæ quidem vocabulo deſignatur humanitas, ſponſus verò dicitur Saluator, diuina Scriptura ex rerum noſtrarum ſimilitudine, ad intelligentiam nobis altiorem dictum illud euehente. Nuptiæ tertia die celebrantur, hoc eſt extremis huius ſeculi temporibus. Ternarius enim numerus, initium nobis, medium, & finem inducit. ſic enim quodlibet tempus dimetimur. Huic Propheticum illud quadrare videbitur: *Percutiet, & curabit nos poſt duos dies in tertia die: & reſurgemus, & viuemus in conſpectu eius, & ſitemus. Perſequemur vt cognoſcamus Dominum. Quaſi mane paratum inuenietur eius.* Percuſſit enim nos propter præuaricationem illam in Adam, dicens: *Terra es, & in terram reuerteris.* Sed corruptione & morte percuſſos rurſus curauit ipſe tertia die, id eſt non primis, neque mediis, ſed in vltimis temporibus, quando propter nos homo factus, naturam ſanam reddidit, eam totam excitans è mortuis in ſeipſo. ideoque vocatur primitiæ quoque dormientium. Igitur cum tertiam diem dicit, qua peragebantur nuptiæ, vltimum tempus ſignificat. Præterea locum deſignat. In Cana enim Galilææ oppido, inquit. Hic rurſus animaduertat ſtudioſus, non Hieroſolymis nuptiarum celebritatem, ſed extra Iudæam, vt in regione Gentium conuiuium peragi. *Galilea enim Gentium*, eſt, vt ait Propheta. Illud ſanè perſpicuum eſt, Iudæorum Synagogam ſponſum illum cæleſtem repuliſſe, ſed ab Eccleſia Gentium lubenti animo ſuſceptum. Non venit autem Saluator ad nuptias non concupitus: multis enim ſanctorum vocibus eſt inuocatus. Cæterùm vinum, inquit, defecit conuiuas. Nihil enim Lex perfecit: non ſufficiebat ad perfectam lætitiam ſcriptum Moſaïcum: ſed neque ipſa inſitæ naturaliſque ſobrietatis ratio ſaluti afferendæ par erat. Quare de nobis verè quoque dici poteſt, vinum non habent: ſed munificentiſſimus Deus noſter non deſpicit bonorum penuria laborantem naturam. Vinum nobis priori multo præſtantius obtulit. *Litera enim occidit, Spiritus autem viuificat.* Præ-

Oſee 6.

Gen. 3.

Mat. 4.

2. Cor. 3.

A εἶναι, καὶ πῇ ὃ ἐντεῦθεν ὑποδηλούμενον εἰπεῖν. καταβέβηκε τοίνυν ἐξ ὑψηλοῦ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ὡς αὐτός που φησὶν, ἵνα τὴν αὐθεκτοῦ φύσιν νυμφίου δίκην οἰκειωσάμενος χοροφορῇ αἰσθητὰ καὶ θεῖα σπέρματα. καὶ νύμφη μὲν εἰκότως ἡ ἀνθρωπότης ἂν ἐκ τούτου καλῆται, νυμφίος δὲ ὁ σωτὴρ, ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς εἰς νέκυσιν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν ἀναπτύσσοντος τὸν λόγον τῆς θείας γραφῆς· συγκεχρότηται δὲ ὁ γάμος ἐν ἡμέρᾳ τρίτῃ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν ἐσχάτοις τοῦ παρόντος αἰῶνος χρόνοις· B ὁ γὰρ τρίτος ἡμῖν ἀριθμὸς ἐκ μέσου εἰσφέρει, καὶ μεσότητα, καὶ τέλος· οὕτω γὰρ ὁ σύμπας ἐκμετρεῖται χρόνος. τούτῳ φαίη τις προσοικεῖν, ὃ δι' ἑνὸς που τῶν ἁγίων προφητῶν εἰρημένον· παταξει, καὶ ἰάσεται ἡμᾶς μετὰ δύο ἡμέρας· ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ· καὶ ἀναστησόμεθα, καὶ ζησόμεθα ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ γνωσόμεθα· διώξομεν δὲ γνῶναι τὸν κύριον· ὡς ὄρθρον ἕτοιμον εὑρήσομεν αὐτόν. ἔπληξε μὲν γὰρ διὰ τὸν Ἀδὰμ πάντας, εἰπὼν, γῆ εἶ, C καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· ὃ δὲ φθορᾷ καὶ θανάτῳ πεπληγὼς πάλιν ἐμέτωσεν αὐτὸς καὶ τὴν τρίτην ἡμέραν, τοῦτ' ἔστιν, οὐκ ἐν πρώτοις, οὐδὲ ἐν μέσοις, ἀλλ' ἐν ἐσχάτοις καιροῖς, ὅτε δι' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος ὑγιᾶ τὴν φύσιν ἀπέδειξεν, ὅλην ἐν νεκρῶν ἀναστήσας ἐν ἑαυτῷ. διὸ καὶ τοῦτο καλεῖται καὶ ἀπαρχὴ τῶν κεκοιμημένων. οὕτω δὲ καὶ τὴν τρίτην ἡμέραν εἰπεῖν, καὶ διὰ τοῦτο ὁ γάμος ἐτελεῖτο, τὸ τελευταῖον σημαίνει καιρόν. καταμανθάνῃ δὲ καὶ τὸν τόπον· ἐν Κανᾷ γὰρ τῆς Γαλιλαίας φησίν. D ἐπιτηρείτω δὲ πάλιν ὁ φιλομαθής· ἐν γὰρ τοῖς Ἱεροσολύμοις οὐ πανήγυρις, ἔξω δὲ Ἰουδαίας ὁ δεῖπνον, ὡς ἐν τῇ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελεῖται χώρᾳ. Γαλιλαία γὰρ τῶν ἐθνῶν, ὡς ὁ προφήτης φησίν. δῆλον δὲ ὅπου πάντως ἐστὶν, ὡς οὐ μὲν τὸν Ἰουδαίων συναγωγὴ τὸν ἐξ ἀρχαίων ἀπόσαρκον νυμφίον, προσεδέξατο δὲ, καὶ λίαν ἀσμένως, οὐ δὲ ἐθνῶν ἐκκλησία. ἔρχεται δὲ εἰς τοὺς γάμους οὐκ αὐθομολογῶς ὁ σωτήρ· πολλαῖς γὰρ ἁγίων ἐκαλέσατο φωναῖς. ἀλλ' οἶνος ὑπολείπει τοῖς ἑστιωμέ- E νοις· οὐδὲν γὰρ ἐτελείωσεν ὁ νόμος, οὐκ ἐξήρκει πρὸς τὸ εὐφρανθῆναι τελείως τὸ χράμμα τὸ Μωσαϊκόν· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸ τὸ τῆς ἐμφύτου κτήσεως μέτρον, εἰς τὸ δυνατὸν σῴζειν ἡμᾶς ἐξετείνετο. οὕτω δὲ ἀληθὲς ἂν εἴη καὶ ἐφ' ἡμῶν, ὅ, οἶνον οὐκ ἔχουσιν, εἰπεῖν· ὁ γὰρ πλουσιόδωρος ἡμῶν Θεὸς, καὶ προεργῷ τῇ τῶν ἀγαθῶν οἰκείᾳ τελουμένῳ τὴν φύσιν. οἶνον ἡμῖν ἀπέδειξε τοῦ προτέρου βελτίονα· τὸ μὲν γὰρ χράμμα ἀπέκτεινε, τὸ δὲ πνεῦμα ζωο-

πιῆ· καὶ ὁ μὲν νόμος οὐκ ἔχει τὸ τέλειον ἐν ἀγαθοῖς· τὰ δὲ θεῖα τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας παιδεύματα, πληρεστάτην εἰσφέρει τὴν εὐλογίαν. θαυμάζει τοίνυν τὸν οἶνον ὁ ἀρχιτρίκλινος· ἔικασε γὰρ, οἶμαι, τοὺς εἰς τὴν θείαν ἀρχιερωσύνην καταταττομένους, καὶ πεπιστευμένους τὴν οἰκονομίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, τῷ κατὰ νόμον αὐτὴν καταπλήττεσθαι λόγῳ. προσέτω δὲ αὐτῷ κελεύει διδάσκων Χριστὸς, ὅτι χρὴ τὴν τοῦ Παύλου φωνὴν; τὸν γεωργοῦντα * γεωργεῖν δεῖ, πρῶτον τῶν καρπῶν με- B ταλαμβάνειν, καὶ νοείτω πάλιν ὁ ἀκροατὴς, ὃ λέγω.

* vulg. γεωργὸν

Καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς πωλοῦντας βόας, καὶ πρόβατα, καὶ περιστερὰς, καὶ τοὺς κερματιστὰς καθημένους.

v. 14. *Et inuenit in templo vendentes boues, & oues, & columbas, & nummularios sedentes.*

Εξελέγχονται πάλιν, καὶ ἀφ' τούτων Ιουδαῖοι τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς ὑπὸ Θεοῦ νόμων, καὶ γραμμὴν μὲν Μωσαϊκὴν σπουδὴν ποιούμενοι λόγου, εἰς μόνον δὲ βλέποντες τὸ φιλοκερδίας. προκαταίρεσθαι γὰρ ἔτι ποικίλους ὄψεις τῶν νόμου κελεύοντος τοὺς οἴκαδε ἐμβαίνειν εἰς τὸ θεῖον αἰθούσης ναὸν, ἀργυραμοιβοὺς, ἤτοι κερματιστὰς, καὶ ἑτέρους ἐπὶ τούτοις, οἷς πλεονεξία ὁ ὁπόσιτος δόμα, καὶ τόκος, καὶ πλεονασμὸς, ἢ ὁπόσα ἐπιθυμίας· ὅλος γὰρ ἐν τούτοις ὁ τῶν ἐμπόρων σκοπὸς σπουδάζεσθαι· τὴν ἁγίαν καταμολύνοντας οὐκ ἀπεῖργον αὐλὴν, ἀνίπποις ἢ ὡσαύτως εἰς αἰ τὴν εἰσόδους ποσὶ, καὶ αὐτοὶ δὴ πάντως ἐπὶ πᾶσιν οἱ δεσκωλύειν ἰσχύοντες· ἵνα δὴ φαίνηται λέγων ἀληθῆ περὶ αὐτῶν ὁ Θεὸς, ὅτι ποιμένες πολλοὶ διέφθειραν τὸν ἀμπελῶνά μου, ἐμόλυναν τὴν κληρονομίαν μου, ἔδωκαν μερίδα ἐπιθυμητήν μου εἰς ἔρημον ἄβατον, ἐλήφθη εἰς ἀφανισμὸν ἀπωλείας· διεφθάρη γὰρ ὄντως ὁ διαστοχὼς ἀμπελῶν, σέβας μὲν αὐτὸ ὃ περὶ τὸ θεῖον πατεῖν διδασκόμενος, ταῖς ἢ τῶν προεστηκότων αἰσχροκερδίαις εἰς πᾶσαν ἀπαιδευσίαν ἐκπεσούμενος.

Rursus arguuntur etiam hinc Iudæi leges sibi datas contemnere, & scripta Mosaïca nihili facere, sed quæstui tantummodo studere. Cum enim Lex præciperet ingressuros Dei templum prius variis modis lustrari, argentarios siue nummularios & id genus alios homines, qui lucro, fœnori, & coaceruandæ pecuniæ toti student, (is enim mercatoribus scopus vnus est propositus) sanctum atrium inquinantes non arcebant, sed illotis quodammodo pedibus introire ipsi vtique iubebant, quibus erat vetandi potestas, vt de iis verè dictum à Deo videatur, *Pastores multi disperderunt vineam meam, polluerunt partem meam, dederunt portionem meam desiderabilem in desertum inuium, posita est in dissipationem perditionis.* Corrupta enim est certe vinca Domini, quæ diuinum cultum conculcare didicit, ac turpi quæstu præpositorum in quamuis ignorantiæ vastitatem incurrit. Hier. 12.

Καὶ ποιήσας ὡς φραγέλλιον ἐκ σχοινίων πάντας ἐξέβαλεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ, τά τε πρόβατα, καὶ τοὺς βόας, καὶ τῶν κολλυβιστῶν ἐξέχεε τὸ κέρμα, καὶ τὰς τραπέζας ἀνέστρεψε. καὶ τοῖς τὰς περιστερὰς πωλοῦσιν εἶπεν. E

v. 15. &c. *Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & nummulariorum effudit es, & mensas subuertit. Et his qui columbas vendebant, dixit:*

Ἀγανακτεῖ μὲν εἰκότως ὅτι τοῖς τῶν Ιουδαίων ἀπονοίαις ὁ σωτὴρ· ἢ γὰρ οἶκον ἐμπορίου τὸ θεῖον ἐχρῆν ἀποτελεῖσθαι ναὸν, ἀλλ' οἶκον ἀλλ' εὐχῆς. ὅτου γὰρ ἕνεκα ἐστὶ δείκνυσι· οὐκ ἐν ψιλοῖς ὃ κίνημα λόγοις, ἀλλὰ πληγαῖς, καὶ μάστιγι τῶν ἱερῶν

Meritò quidē Saluator ob Iudæorum væsaniā indignatur. Nō enim oportebat Dei tēplum domū negotiationis fieri, sed orationis. sic enim scriptū est. Non nudis autem verbis dūtaxat animi sui cōmotionē prodit, sed verberibus & flagro sacris Mat. 21.

aditibus exturbat, seruitutem in eos iure pro pœna statuens, vtpote qui libertatis assertorem Filium per fidem suscipere recusaturi essent. Vide porrò tanquam in imagine descriptum illud Pauli dictum; *Siquis templum Dei violauerit, disperdet eum Deus.*

1. Cor. 3.

A ἐξωθεῖ τοὺς ἐναντίους, δουλοπρεπῆ δικαίως αὐτοῖς ὑπονοήσας τὴν ζημίαν· ἡ γὰρ ἔμφυτον οὐκ ἐδέξαντο τὴν ἐλευθερωτικὴν διὰ πίστεως υἱόν. ὅσα δέ μοι καλῶς ὡς ἐν εἰκόνι τοῦτο γεγραμμένα καταχρησόμενον ὃ διὰ τοῦ Παύλου λελεγμένον· εἴ τις οὖν τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ φθείρῃ, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός.

Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.

Αἴρετε τοῦτα ἐντεῦθεν, μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, οἶκον ἐμπορίας.

Mandat quidem vt Dominus, ad officium autem manuducit, vt magister, & præter quam quod castigat, delicta aperit, & eorum pudore eum qui punitur, angi non sinit. Obseruandum autem, rursus Patrem suum vocare vnicè ac peculiariter Deum, putà quòd ipse etiam solus secundum naturam sit ex ipso, ac verè genitus. Nam si rationem istam non habet, sed Verbum ita nobiscum est filius, vt vnus ex nobis, adoptione nimirum, & sola Patris voluntate, quam ob rem quæso communem illam & omnibus propositam gloriam solus sibi arrogat cum ait, Nolite facere domum Patris mei, non autem potius domũ Patris nostri? hoc enim dicere magis forsan consentaneum erat, si se vnum ex iis qui naturâ non sunt filij Dei seipsũ esse sciebat. Cum autẽ Verbum seipsum non inter filios per gratiam adscriptum, sed ex substantia Dei ac Patris esse cognoscat, extra numerũ aliorum se collocat, deum suum Patrem nuncupans. Decet enim eos qui in filiorum numerum vocati sunt, & ascititia dignitate præditi, ita Deum compellare precando: *Pater noster, qui es in cælis:* Vnus autem ac solus ex vno existens vnigenitus, suum Patrem deum meritò nuncupauerit. Quòd si res propositas acutius scrutari, & superioribus hæc etiam accommodare velimus, alio modo consideranda est illa lectio.

Matt. 6.

B Ἐπαπειλῇ μὲν ὡς διδάσκαλος, χειραγωγεῖ δὲ ὡς πατήρ, ὡς διδάσκαλος, παιδαγωγοῦσί τε τῇ ἐλέγξει τὰ πλημμελῆ ἐξηγησιν, αἰδοῖ τῇ περὶ αὐτὰ καλυπτόμενον οὐκ ἐᾷν τὸν ἐπιλυμαίνεσθαι. σημειωτέον δὲ ὅτι πάλιν οἰκεῖον πατέρα ἀποκαλεῖ μοναδικῶς τὸν Θεόν, ὡς αὐτὸς δὴ ὢν μόνος ὁ κατὰ φύσιν ἐξ αὐτοῦ, καὶ γεγεννημένος ἀληθῶς. εἰ γὰρ μὴ τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, ἔστι δ' ὅτων μεθ' ἡμῶν ὁ λόγος υἱός, ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, κατὰ θέσιν ἀκλινοῦσι, καὶ κατὰ μόνον τὸ ἐκ θελήσεως τοῦ πατρός, ὅ-

C του δὴ χάριν τὸ κοινὸν ἅπασι προκείμενον κεχάρισται, μόνος εἰς ἑαυτὸν ἁρπάζει λέγων, μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου, καὶ οὐχὶ μᾶλλον, τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς ἡμῶν; τοῦτο γὰρ ἴσως ἀκολουθότερον εἰπεῖν, εἴπερ ἕνα τῶν ὄντων κατὰ φύσιν ἑαυτὸν ἐξῃτήσατο. ὅπερ δὲ οὐκ ἐν τοῖς κατὰ χάριν ἡμῖν καὶ ἑαυτὸν ἐξῃτήσατο. ὅπερ δὲ οὐκ ἐν τοῖς κατὰ χάριν ἡμῖν, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας ἔστι τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἑαυτὸν ὁ λόγος ἔστι γινώσκει, ἔξω τῶν ἀλλων πάντων, ἰδίῳ πατέρα καλῶν τὸν Θεόν. ἁρμόσει μὲν γὰρ τοῖς εἰς υἱότητα κεκλημένοις, καὶ ἐπακτὸν

D ἔχουσι τὸ ἀξίωμα προσευχομένοις δυάδοαν. πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· εἷς δὲ καὶ μόνος ἐξ ἑνὸς κατὰ φύσιν ὁ μονογενὴς, ἰδίῳ εἰκότως ἀποκαλέσει πατέρα τὸν Θεόν. εἰ δὲ δεῖ τοῖς προκειμένοις προσοδάλλοντας, λογικώτερον ἐφαρμόσαι τοῖς αἰωτέρω καὶ ἄϋλα, θεωρητέον ἑτέρως τὸ ἀνάγνωσμα.

Et inuenit in templo vendentes boues, & oues, &c.

Καὶ εὗρεν ἐν τῷ ἱερῷ τοὺς πωλοῦντας τὰ πρόβατα καὶ τοὺς βόας, καὶ τὰ ἑξῆς.

E

Vide ergo rursus totam dispensationis nostræ formam duabus rebus contexi. Nam cum Cananæis Galilææ incolis epulatur Christus atque diuersatur, & mensæ consortes facit eos à quibus inuitatus erat & cohonestatus, miraculis prodest, & quod ad honestum gaudium ipsis deerat, explet, & omne bonorum genus affatim largitur, hoc veluti typo edocens, se Galilææ inco-

Θέα δὴ πάλιν ὅλον τὸ καθ' ἡμᾶς οἰκονομίας τὸ σχῆμα διὰ δύο πραγμάτων ἐξυφαινόμενον. Κανανάοις μὲν γὰρ τοῖς κατὰ τὴν Γαλιλαίαν, φημὶ, καὶ συνεστιᾶται, καὶ συναναλίσκεται Χριστὸς, καὶ ὁμοτραπέζοις ἐποίησατο τοὺς κεκληκότας αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο τιμήσαντας· καὶ διὰ σημείων ὠφελᾷ, καὶ ὃ λεῖπον αὐτοῖς εἰς εὐφροσύνην ἀναπληροῖ· καὶ τὴν μὲν ἀγαθῶν ὑπεδεξαμένους, ὡς διὰ τύπου διδάσκων, ὅτι καὶ προσδέξεται τοὺς τῆς Γαλιλαίας οἰ-

κήτορας, τῦτ' ἔστι, τὰ ἔθνη, κεκλημένους ὡς τοὺς αὐτὰ δηλ. τ ἐν αὐτοῖς πίστεως, καὶ εἰς τ ὑμέναιον εἰσάξη παρθ., εἰς τὴν τ πρωτοτόκων ἐκκλησίαν δηλαδὴ, καὶ συνανακλιθῆναι τοῖς ἁγίοις αὐτά· συνανέκειντο γὰρ τοῖς ἐστιωμένοις οἱ ἅγιοι μαθηταί· καὶ τ θείας καὶ πνευματικῆς συμμεθέξοισιν ἑορτῆς, καθά καὶ αὐτός που φησὶν, ὅτι πολλοὶ ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν ἥξουσι, καὶ ἀνακλιθήσονται μετ' Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, οὐδενὸς αὐτοῖς εἰς χαρμονὴν ἐλλείποντος. βλάσφημον γὰρ αἰώνιος ἐπ' κεφαλῆς αὐτῶν τοὺς δ' ἀπειθοῦντας Ἰουδαίους τόπων μὲν τῶν ἁγίων ἐκβαλῶ, ἔξω δὲ θήσω τ ἱερᾶς τ ἁγίων περιβολῆς· ἀλλὰ καὶ προσάγοντας τὰ εἰς θυσίαν ὑ προσδέξεται· κολάσω δὲ μᾶλλον, & μάστιγι τὸν θήσω, σφαγὴς τ οἰκείων πλημμελημάτων κατεσφιγμένους. ἄκουε γὰρ λέγοντος· Φέρετε ταῦτα ἐστεῦλον, ἵνα πάλιν ἐκφανῆναι ποῆς, ἃ δι' & πάλαι διὰ φωνῆς τ προφήτου φησὶν Ἡσαΐας· ὁλοκαύτωμα τ κριῶν, καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων ὐ βούλομαι, φησὶ, δὲ ἔρχεσθε ὀφθῆναί μοι. τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τ αὐλήν μου, ὐ προσθήσεσθε. ἐὰν φέρητε σεμίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοί ἐστι· τὰς νουμηνίας ὑμῶν, & τὰ σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι. νηστείαν, καὶ ἀργίαν, καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν, μισῶ ἡ ψυχή μου. ἐγένησθέ μοι εἰς πλησμονήν· οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν, ὅταν ἄρησε ἀπὸ τύπου σημαίνῃ ὃ ἐν φοινίκῳ αὐτοῖς ὑπεινοήσας Φερεκλῆς. κολάσεως γὰρ σημεῖον αἱ μάστιγες.

Ἐμνήσθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι γεγραμμένον ἐστὶν· ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου σου κατέφαγέ με· ἀπεκρίθησαν οὖν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἶπον αὐτῷ.

Ἐφαρμόζονται τὴν βεβαίαν ὃ ἐγνωσμένον τέλος οἱ μαθηταὶ, & ταῖς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεσι τὰ γεγραμμένα συμβάλλοντες πολλῷ ἤδη δεδυνώμενοι τοῦ ὑπὲρ ὃ μεῖζον ὑπέδυσαν.

Τί σημεῖον δεικνύεις ἡμῖν, ὅτι ταῦτα ποιεῖς; ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτοῖς.

Καταπλήττεται τ ἐξουσίας ὃ ξένον τὴν τῶν Ἰουδαίων πληθὺς, δυσφορούσι δὲ λίαν οἱ τῷ ναῷ προσεδρεύοντες, κερδῶν ὀκ ὀλιγομήνων ἀποστερούμενοι. καὶ διελέγχειν μὲν οὐκ ἔχουσιν, ὡς ὐκ ἄρισα λέγῃ, μὴ δεῖν ἐμπορείας οἶκον τὸν θεῖον ἀναδείκνυσθαι ναὸν ὑπειπόντων· ὑσφρήσεις δ' πάλιν

A las etiam ſuſcepturum, hoc eſt Gentes, per earum fidem ad ipſas veluti vocatum, & in cæleſtem thalamum introducturum, in primogenitorum Eccleſiam nimirum, eaſque cum ſanctis collocaturum, (cum conuiuis enim accubuerunt ſancti diſcipuli) & diuinæ ac ſpiritalis celebritatis futuras participes, quemadmodum etiam ipſe ait alicubi: *Quia multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Iſaac, & Iacob*, nullius expertes gaudij: *Latitia enim ſempiterna ſuper caput eorum.* Incredulos autem Iudæos de ſanctis locis exturbabit, & extra ſacra ſanctorum mœnia ſtatuet: quin & ſacrificia offerentes non ſuſcipiet, ſed eos potius puniet, flagriſque ſubiiciet, catenis ſuorum criminum conſtrictos. Audi enim dicentem: Auferte iſta hinc: vt illa rurſus intelligas quæ per Eſaiæ vocem olim loquutus eſt. *Holocauſta arietum, & adipem agnorum & ſanguinem taurorum, & hircorum nolo, neque veniatis vt appareatis mihi. Quis enim quæſiuit hæc de manibus veſtris? Calcare atrium meum non apponetis. Si afferatis ſimilam, vanum incenſum, abominatio mihi eſt. Neomenias veſtras, & ſabbata, & diem magnum non fero; ieiunium, & otium, & ſolennitates veſtras odit anima mea. facti mihi eſtis in ſatietatem: nequaquam vltra dimittam peccata veſtra.* Quod flagello è funibus facto præclarè ſignificat. flagra enim ſigna ſunt punitionis.

Matt. 8.

Eſa. 1.

v. 17. &c. *Recordati ſunt verò diſcipuli eius, quia ſcriptum eſt: zelus domus tuæ comedit me. Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei.*

Perfectam cognitionem paulatim adipiſcuntur diſcipuli, & cum rerum exitu ſcripturas conferentes, magnum iam in melius profectum præ ſe ferunt.

Quod ſignum oſtendis nobis quia hæc facis? Reſpondit IESVS, *& dixit eis:*

Miratur inauditam illam poteſtatem multitudo Iudæorũ, & ægrè admodum ferunt qui ad templũ ſedebant, non pauco ſe quæſtu orbatos. Neq; verò arguere poſſunt eum tanquã non rectè loquatur, cum tẽplum Dei negotiationis domum non eſſe faciendum ſtatuit: ſed mercato-

rum fugæ moram ſtruunt, prætexentes, non eſſe illico parendum ei, neque temerè pro filio Dei recipiendum, qui nullo adhuc ſigno ſit probatus.

A τῆ τῶν ἐμπόρων φυγῆ παρεμπατέυονται, ὃ μὴ χρεὼν παρχείρως ὑπακείειν αὐτῷ παρφασιζόμενοι, μήτε μὴν ἀπειθέστατα εἰς ὑὸν παραδέξασθαι τῦ Θεῦ τὸν ὑπ' οὐδενὸς σημείυ μάρτυρούμενον.

v.19. *Reſpondit* IESVS, *& dixit eis: Soluite templum hoc: & in tribus diebus ſuſcitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi.*

Λύσατε τὸν ναὸν τῦτον, κὲ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι.

Bono conſilio bona petentibus promptè largitur Deus: qui verò tentandi gratia adeunt, iis non ſolùm quæ petunt largiri abnuit, verumetiam illos malignitatis arguit. Sic Phariſæos ſignum petentes aliis in locis acrius re-
Matt 12. prehendit, dicens: *Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ſic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.* Quod ergo illis dicebat, iſtud etiam his, paucis immutatis ait. tentando enim petunt, vt illi. Signum autem datum vtique non fuiſſet eo modo affectis, niſi ita fieri planè oportuiſſet propter noſtram ſalutem. Sciendum verò hinc illos, eius accuſandi cauſam arripere, cum ſub Pontio Pilato falsò proferunt quod non
Mat 26. audierunt: *Ipſe enim dixit*, inquiunt, *Poſſum deſtruere templum Dei:* Quocirca de iis dicebat Chriſtus in Pro-
Pſal. 34. phetis: *Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabant interrogabant me.* Item: *In-*
Pſal. 26. *ſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.* Non hortatur autem illos ad patrandam cædem, cum ait, *Soluite templum hoc*, ſed quoniam id eos certò facturos ſciebat, rem futuram figuratè indicat.

Τοῖς μὲν ἀγαθῆς παρεμπέσεως αἰτῦσι τὰ ἀγαθὰ B κὲ λίαν ἑτοίμως ὁρέγει Θεός· τοῖς δὲ παρσιῦσι πειρασικῶς, ὐχ ὅπως ἀρνῆται μόνον τ' ἐφ' οἷς δι' αὐτῶν φιλοτιμίαν, ἀλλὰ κὲ ὧν ἕ πονηρείας ἔγκλημα ἀπελέγχει· ὅτων αἰτουῦντας σημεῖον τοὺς Φαρισαίους ὁ ἑτέρωις τ' διαγνῶσιν τόποις ἤλεγξεν εἰπὼν ὁ Σωτὴρ, γενεὰ πονηρὰ κὲ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ, κὲ σημεῖον ὐ δοθήσεται αὐτῇ, εἰ μὴ τὸ σημεῖον Ἰωνᾶ ὐ παρφήτου· ὡς γὰρ ἦν Ἰωνᾶς ἐν τῇ κοιλίᾳ τ κήτους τρεῖς ἡμέρας, κὲ τρεῖς νύκτας, ὅτως ἔσται κὲ ὁ υἱὸς τ ἀνθρώπου ἐν τῇ καρδίᾳ τ γῆς τρεῖς ἡμέρας, κὲ τρεῖς νύκτας. C ὅπερ οὖν ἐκείνοις ἔφη, τῦτο κὲ τούτοις μετ' ὀλίγης ἐξαλλαγῆς· αἰτῦσι γὰρ, ὡς ἐκεῖνοι, πειράζοντες. ὄχ ἁπλῶς δὲ ἅπασι τοῖς ὅτως ἔχουσι γνώμης ἐδόθη τῦτο δίδυμον τὸ σημεῖον, εἰ μὴ πάντως ἔδει ἀληθῆ τ' ἀποβῆναι ἡμῶν σωτηρίαν. ἰστέον δὲ ὅτι τοιῦτον αὐτῷ τ κατηγορείας τὸν παρφασιν ἐποιήσαντο, λέγοντες ὅτι ποντίυ Πιλάτου διεψευσμένως, ὅπερ ὐκ ἠκούσαμεν· αὐτὸς γὰρ ἔφη, φησὶ, δυνάμαι καθαλῦσαι τ ναὸν τῦ Θεῦ. διὸ D δὴ κὲ ἐπ' αὐτοῖς ὁ παρφήτας ἔφασκεν ὁ Χριστός· ἀναστάντες μάρτυρες ἄδικοι, ἃ ὐκ ἐγίνωσκον ἐπηρώτων με. κὲ πάλιν, ὅτι ἐπανέστησάν μοι μάρτυρες ἄδικοι, κὲ ἐψεύσαντο ἑαυτοῖς ἀδικίαν. ὁ παρτρέπει δὲ αὐτοὺς εἰς μαιφονίας, λύσατε τὸν ναὸν τῦτον εἰπών· ἀλλ' ἐπεὶπερ ἤδη θράσους ἀνυπερβλήτως, αὐτὸ δ συμβήσεσθαι μᾶλλον ἠδικῶς ἐπαγνίττεται.

Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?

Τεσσαράκοντα κὲ ἓξ ἔτεσιν ᾠκοδομήθη ὁ ναὸς οὗτος, κὲ σὺ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερεῖς αὐτόν; E

Myſterij altitudinem non intelligentes, ſignum irrident, & inſcitiæ ſuæ morbum tanquam iuſtam ei non parendi cauſam arripiunt, reique difficultatem apud ſe perpendentes, friuolam iſtam pollicitationem exiſtimant, & quæ præſtari nequeat; adeóque verè de iis dici
Pſal. 68. poſſe videtur quod ſcriptum eſt: *Obſcurentur oculi eorum ne videant: & dor-*

Διαγνῶσι δ σημεῖον, ὐ σιωέντες τ μυστηρίυ δ βάθος, ἁρπάζουσι δὲ τ ἑαυτῶν ἀμαθίας τὸν νόσον εἰς ὄλογον ἀφορμὴν τ μὴ ὑπακυσαι αὐτῷ, κὲ τὸν ἀπὸ τ παρχήματος συνοοῦντες δυσχέρειαν, ὡς εἰκῆ λόγον, μᾶλλον ἢ παρὰ τὸν ἐφικτὸν ὑποτιθέμενον παρσεσθήκασιν, ἵνα φαίνηται δ γεγραμμένον ἐπ' αὐτοῖς ἀληθὲς· σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ὃ μὴ βλέπειν, κὲ

τὸν ναὸν αὐτῷ συγκαμψον ἀεὶ πάντως, ἵνα A *sum eorum semper incurua:* vt deorsum
ἐπὶ γῆν κατω κεκυφότες ἀεὶ, καὶ εἰς μόνα τὰ quodammodo curuati, & in solas res
ὑπὸ γῆς καταβλέποντες τοῦ ὑψηλοῦ τῆς terrenas proni, sublimia Christianæ pie-
εἰς Χριστὸν θεοσεβείας δογμάτων μηδεμίαν δύνασθαι tatis dogmata intueri nullatenus pos-
ἰσχύειν ἰδεῖν, καὶ βασκαίνοντος αὐτοῖς ὑπὲρ τούτοις καὶ φι- sint: non inuidente Deo hominum
λανθρώπου Θεοῦ, ἰσοστάθμως ἂν μᾶλλον κολά- amanti, sed iusto supplicio intoleranda
ζοντος δίκην τοὺς ἀφόρητα πλημμελήσαντας. ὅρα eorum crimina puniente. Cerne enim
γὰρ ὅπως ἀνόητοι ὑβρίζουσι τὴν ἑαυτῶν ἀφιλόψυχοι quo pacto suam ipsi animam violant
ψυχήν. ὁ μὲν γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς atque contemnunt. Dominus enim no-
ἔλεγεν οἰκεῖα πατέρα τὸν Θεὸν, μὴ ποιεῖτε λέγων ster Iesvs Christus suum vocabat
τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου. εἶτα δέον αὐ- Patrem Deum, dicens: *Nolite facere*
τοῖς ἤδη καὶ Θεὸν, ὡς ἂν Θεοῦ παῖδας πεφηνό- *domum Patris mei domum negotiationis.*
τα νοῆσαι, ἀληθῆ ἕνα γυμνὸν καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς B At cum deceat ipsos eum filium ac
ἑκάστην ἕνα πιστεύσαι. διόπερ τοῦτο, καὶ τὸν ὅτι Deum, vtpote qui ex Deo Patre effulsit, intelligere, nudum tamen hominem, & è nobis vnum quempiam esse credunt. Proindeque spatium quod ædificando templo insumptum est, obiiciunt, dicentes: Quadraginta & sex annis ædificatum ést templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Sed ô vos omnimoda væsania ebrij, iure quispiam opinor dixerit; si vobis mens sapit, si templum illud vestrum Dei domum esse creditis, quomodo non oportuit eum esse Deum secundum naturam intelligere, qui impunè dicere ausus est, Nolite facere domum Patris mei domum negotiationis? At quo pacto quæso longis temporum spatiis ad vnius domus structuram opus illi fuerit? aut quomodo vlla in re imbecillior fuerit, qui septem duntaxat numero diebus vniuersum hoc ineffabili virtute fabricatus est, & qui quod tantummodo vult potest? hæc enim æstimare debebat populus sacrarum literarum peritus.

τῆς παρ' ἑπτὰ μόνας ἡμέρας ἐπὶ τὸ ἀριθμὸν τόδε τὸ σύμπαν ἀ- C
φάτῳ δυνάμει δημιουργήσαντος, καὶ ὃν μόνῳ
τῷ θελεῖν ἔχων τὸ δύνασθαι; ταῦτα γὰρ ἔδει λογίζε-
σθαι τὸν ἱερῶν γραμμάτων ἐπιστήμονα λαόν.

Ἐκεῖνος δὲ ἔλεγε περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ· D
ὅτε οὖν ἠγέρθη ἐκ τῶν νεκρῶν ἐμνήσθησαν οἱ
μαθηταὶ αὐτοῦ, ὅτι τοῦτο ἔλεγε· καὶ ἐπίστευσαν
τῇ γραφῇ, καὶ τῷ λόγῳ ᾧ εἶπεν ὁ Ἰησοῦς.

v. 21. &c. *Ille autem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat: Et crediderunt scripturæ, & sermoni quem dixit* Iesvs.

Εὐπρόσδεκτος τῷ σοφῷ τῆς σοφίας ὁ λόγος· Sapienti gratus est sermo sapientiæ:
εὐζωΐᾳ δὲ τῇ μαθήσει λιγαίοις τοῖς συνετοῖς & disciplinarum cognitio intelligenti-
ἐμπετίτρεφεν, καὶ ὥσπερ ἐν κηρῷ μὴ λίαν ἀπο- bus celeriùs insidet, & quemadmodum
σκληκότι, καλῶς ἐγγράφεται τῆς σημάτων ὁ in cera non nimis dura figura signaculo-
τύπος, ὕπως ἐν πυφερωτέραις καρδίαις αἰ- E rum rectè imprimitur, sic in teneris ho-
θέρων ὁ θεῖος ἑτοίμως ἐμπήγνυται λόγος· διόπερ minum cordibus sermo diuinus facile in-
τοῦτο, καὶ πονηρὸς ὁ σκληροκάρδιος ὀνομάζεται. figitur: ideoque improbus duri cordis
Σοφοῦλαι τοίνυν ἀγαθοὶ τὴν ἔξιν ὄντες οἱ μα- nominatur. Eruditiuntur itaque disci-
θηταὶ, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς θείας γραφῆς ἀναμασσῶνται puli facili cum ingenio, & Scripturæ
λόγους εἰς ἀκριβεστέραν ἑαυτοὺς ἐκτρέφοντες diuinæ sermones ruminant, seipsos ad
γνῶσιν, καὶ πεπηγότως ἐντεῦθεν ὅτι ὃ πιστεύ- exquisitiorem cognitionem nutrientes,
ἐρχόμενοι. ὅπου καὶ ναὸς ἀποκαλεῖται τὸ σῶμα & hinc firmo pede ad credendum
Χριστοῦ, πῶς οὐκ ἂν εἴη κατὰ φύσιν Θεὸς ὁ ἐνοικῶν vnige-

vnigenitum Verbum quod inhabitat in eo, siquidem in templo habitare nequaquam is dicitur qui non sit Deus? Alioqui prodeat aliquis in medium, & dicat cuiusnam sancti corpus templum fuerit appellatum: Nemo vt opinor id ostenderit. Dico itaque, neque id falsum esse comperiemus, si diuinam scripturam accuratè scrutari velimus, nulli sancto id honoris esse tributum. Et sane tametsi beatus Baptista ad apicem virtutis omnis peruenerit, nec vlli pietate secundus Herodis furore capite truncatus fuerit, nihil tamen de ipso tale fertur. Contrà verò de eius exuuiis Euangelista vocabulum durius excogitauit, singulari, vt mihi videtur, consilio, vt vni Christo dignitas seruaretur. Sic autem scribit: *Et mittens*, *Matt.6.* Herodes ille crudelis nimirum, inquit, *decollauit Ioannem in carcere, & accedentes discipuli eius tulerunt* cadauer *eius*. Quod si Ioannis corpus cadauer appellatur, templum de quonam dicetur? quippe alia ratio est cur Dei templa nuncupari fuerimus, propter inhabitantem Spiritum sanctum in nobis. Nam & templa Dei dicimur, non nostri. Atenim obiiciet forsan aliquis; Quomodo igitur quæso suum quoque corpus ipse Saluator cadauer nominat? *Matt.24.* Alicubi enim ait: *Vbicunque fuerit cadauer, ibi congregabuntur aquilæ.* Ad illud respondemus, Christum de suo corpore hæc non dixisse, sed in modum parabolæ sanctos ad se tunc temporis venturos significare, cum denuo nobis apparebit cum sanctis Angelis in gloria Patris sui. Quemadmodum enim, inquit, carniuorarum auium greges stridentibus alis in cadauera deuolant, sic etiam vos ad me conuolabitis. Quod sanè Paulus quoque nobis declarat his *1.Cor.15.* verbis: *Canet enim tuba, & mortui re-* *1.Thess.* *surgent incorrupti.* Et alibi: *Et in nubi-* *4.* *bus rapiemur obuiam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus.* Nihil ergo rationi veritatis officit, quod ex similitudine ad rem exprimendam traductum est.

A αὐτῷ μονογμὴς λόγος, εἴπερ ἂν οὐ δέχεται κατοικεῖν ἐν ναῷ λέγεσθαι τὸ ἂν ὄντα Θεόν; ἢ λεγέτω προελθών τις εἰς μέσον, τίνος ποτὲ τῶν ἁγίων ναὸς ἀπεκλήθη τὸ σῶμα· ἀλλ' οὐκ ἂν εἴμαι τις ὑπιδεῖξαι τὸ εἰρημένον· φημὶ δὴ λοιπὸν, ὁ δὴ καὶ κατ' ἀρχὴν ὑρήσομεν ἀληθὲς, ἀκριβῶς τὰς θείας ἐρευνῶντες γραφὰς, ὡς οὐδενὶ τῶν ἁγίων ἐν τοιαύτῃ προσῆκεν τιμή. καὶ γοῦν ὁ μακάριος Βαπτιστὴς καίτοι πάσης μὲν ἀρετῆς εἰς ἀκρότητα βεβηκὼς, μηδενὶ δ' ἧττον εὐσεβείας ἐπιδεδειγμένος ἐλθὼν

B τὸ μεῖζον, ἀλλὰ τὴν Ἡρῴδου μανίας τὴν κεφαλὴν ἀπετέμετο, ἀλλ' οὐδὲν ἐπ' αὐτῷ φέρεται τοιοῦτον. οὐκ ἂν τὴν τῶν ἀνθρώπων, καὶ παχυτέραν ὅτι τὴν λαμπρὰν τῆς λέξιν ἐπενόησεν * ὁ Βαπτιστὴς, οἰκονομικῶς, ὡς γε μοι φαίνεται καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἵνα μόνῳ σώζηται τῷ Χριστῷ τὸ ἀξίωμα· γράφει δὲ ὕτως· καὶ πέμψας, φησὶν, ὁ μιαιφόνος, Ἡρῴδης δηλαδὴ, τὸν Ἰωάννην ἀπεκεφάλισεν ἐν τῇ φυλακῇ· καὶ προσελθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἦραν τὸ σῶμα αὐτοῦ· εἰ δὲ σῶμα καλεῖται τὸ

C Ἰωάννου σῶμα, τὸ τίνος ἔσται ναός; καὶ ἕτερον ὄντος λοιπὸν, τοῦ ναοῦ ἡμᾶς εἰρῆσθαι Θεοῦ, ἀλλὰ τὸ ἐνοικοῦν ἐν ἡμῖν ἅγιον πνεῦμα· Θεοῦ γὰρ πάλιν, καὶ οὐχ ἑαυτῶν χρηματίζομεν ναοί. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις· πῶς οὖν εἶπέ μοι ἐκ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ τὸ ἴδιον σῶμα, σῶμα καλεῖ; ὅπου γὰρ, φησὶν, ἐὰν ᾖ τὸ πτῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί. πρὸς δὴ καὶ τοῦτο φαμὲν, ὡς οὐ περὶ τοῦ ἰδίου σώματος ἔφη

D τοῦτο Χριστὸς, ἀλλ' ὡς εἰπεῖν παραβολῆς καὶ σχήματι τινὶ εἰσομιλῶν τοῖς ἁγίων ἐπ' αὐτὸν συνδρομὴν κατ' ἐκεῖνο σημαίνει καιρὸν, ὅταν αὖθις ἡμῖν ἐξ ὑψηλοῦ ἐπιφαίνηται μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ· ὅπερ γὰρ εἶπον, φησὶν, αἱ τῶν κρεοφάγων ὀρνέων ἀγέλαι ὅτι τὰ πτώματα τοῦ σώματος ὀξέως καταφέρονται ῥοίζῳ, ὕτω καὶ ὑμεῖς ἐπ' ἐμὲ συναχθήσεσθε· ὁ δὴ καὶ Παῦλος ἡμῖν ἀπεγύμνα, λέγων· σαλπίσει γὰρ, καὶ οἱ νεκροὶ ἐγερθήσονται ἄφθαρτοι· καὶ μεῖς καὶ ἕτεροι,

E καὶ ἐν νεφέλαις ἁρπαγησόμεθα εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα· καὶ ὕτως πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα· ἀδικήσαι γοῦν ἐκ αἰρῶ τὸν ἐξ ὁμοιώσεως εἰς εἰκόνα ληφθέντα τῆς ἀληθείας τοῦ δημιουργοῦ.

v. 23. *Cum autem esset Hierosolymis in Pascha, in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat.*

Ὡς δὲ ἦν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐν τῷ Πάσχα, ἐν τῇ ἑορτῇ, πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ, θεωροῦντες αὐτοῦ τὰ σημεῖα, ἃ ἐποίει.

Non cessat Christus saluare & iuuare. Sapientes enim verbis inducit, alios di-

Οὐ καταλήγει ὠφελῶν καὶ σῴζων ὁ Χριστός. τοὺς μὲν γὰρ σοφοὺς ἐπάγεται λόγοις, τοὺς δὲ καὶ

δυνάμει καλλωπίζων θεοπρεπῆ, ἐγκολπίζ-
ται τοὺς πίστιν, ἐξ ὧν ἐνεργοῦντα πεθαύμα-
κε καλῶν ἀναπεπεισμένους, ὅτι ἀληθῶς ἐστὶν ἀρ-
χὴ Θεὸς ὁ τῶν ὄντως ἀξιαγάστων δημιουργός.

A uina quoque virtute percellens, ad fidem pertrahit, adigitque vt ex eius operibus, quorum ipsi spectatores fuerant, Deum esse reuera credant eum, qui res tam admirabiles faciat.

Αὐτὸς δὲ ὁ Ἰησοῦς οὐκ ἐπίστευεν ἑαυτὸν αὐτοῖς.

v. 24. *Ipse autem* IESVS *non credebat semetipsum eis.*

Οὐκ ἀσφαλὴς ἡ γνῶσις ἡ τῶν ἀρτι πεπιστευκό-
των, ἀλλ' οὐδὲ ἱδρυμένος ὁ νοῦς ἐπὶ νεαροῖς τοῖς θαύ-
μασι· καὶ οἱ ἔξωθεν ἁπλῶς ἐπὶ τ τῆς κατη-
χήσεως ἔχοντες λόγον, πῶς ἂν εἶεν ἤδη πεπηγό-
τες εἰς ἀγάθωσιν; ὅπου δὲ ἐναργῶς τοῖς νεήλυσιν
ἑαυτὸν ἐπιστρέπει Ἰησοῦς, χρῆμά τι μέγα, καὶ
ἀξιερασθέντον ἐπιδείκνυσι τ εἰς Θεὸν γνησιότητα,
καὶ οὐχ ἑτοίμως παρεικάζει τοῖς ἐθέλουσιν ἐλθεῖν,
ἀλλ' ἐφέσει τῇ εἰς ἀγαθὸν, καὶ μελέτῃ, καὶ χρόνῳ
κατορθουμένῳ. μανθανέτωσαν οὖν ἀφ' ἑαυτῶν οἱ
τῶν σωτηρίων μυστηρίων ἐγκαίμιοι, μὴ παρέμβειν
τ ἱερῶν καθαρσίων εἴπω πρόωρα τ ἀνθρώ-
πων, μηδὲ νεοφύτους τοῖς θείοις ἐπιτρέπειν παρ-
σίνας τραπέζας ἀφρόβαπτίζοντας ἀνάς, καὶ
οὐκ ἐν καιρῷ τ ἀπόντων διακρίνειν πιστευομέ-
νους Χριστόν. ἵνα γὰρ τύπος ἡμῖν καὶ οὗτος ἡμῖν
ᾖ, καὶ διδαχὴ πάντι μᾶλλον ὅστις ὁ μυσταγωγεῖν παρεπω-
δίσειεν, δείκνυσι νῦν τοὺς πιστεύοντας, ὅπως ἂν αὐ-
τοῖς ἀποθαρσήσας ὁρᾶσθαι, ἀφ' ἑαυτοῦ μὴ πιστεύῃ ἑ-
αυτὸν· ὡς δῆλον εἶναι πιστεῦσαι, ὅτι χρὴ τοὺς νεή-
λυδας ἐν μικρῷ οὐ κατηχήσει πείθεσθαι χρόνον
ὅπως γὰρ μᾶλλις γένοιντο εὐπίστ.

Certa non est eorum cognitio qui nuper crediderunt, sed neque mens satis firmata est recentibus miraculis. Quibus enim tener adhuc est sermo catecheseos, quomodo stabiles in pietate iam fuerint? Nondum igitur se nouiciis credit Christus, ostendens magnum quiddam & expetendum esse, sincerum in Deum amorem, nec repente cuiuis obuium, sed studio & exercitatione virtutis ac tempore perfici. Discant itaque hinc quibus credita sunt Dei mysteria, intra sacra vela hominem præmaturè non admittere, neque neophytos eos sacris mensis adhibere qui intempestiuè baptizantur, & quibus Christi omnium Domini fides præmaturè creditur. Vt enim figura hic etiam nobis esset, doceretque quinam potissimum sit initiandus, credentes quidem suscipit, sed nondum eis confidere videtur, eò quod seipsum non credat: Vt hinc pateat, nouitiis in fide non exiguo tempore inter Cathecumenos esse versandum: quoniam vel sic vix fideles euasuri sunt.

Διὰ δὲ αὐτὸν γινώσκειν πάντας, καὶ ὅτι οὐ χρείαν εἶ-
χεν, ἵνα τις μαρτυρήσῃ περὶ τ ἀνθρώπου· αὐ-
τὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

Eò quod ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine: Ipse enim sciebat quid esset in homine.

Θεοπρεπὴς δὲ τοῦτο μὲν τ ἄλλων ἐν Χριστῷ τὸ
ἀξίωμα, ἐξ οὐδενὶ τῶν γενητῶν ἐνυπάρχον. μόνῳ
γὰρ αὐτῷ τῷ κατ' ἀλήθειαν ὄντι Θεῷ προσάπτει
λέγων ὁ ψαλμῳδὸς, ὁ πλάσας καθ' μόνας τὰς
καρδίας αὐτῶν, ὁ συνιεὶς εἰς πάντα τὰ ἔργα αὐ-
τῶν· εἰ δὲ μόνα συνιέντος τὰ ἐν ἡμῖν τῷ Θεῷ συ-
νίησιν ὁ Χριστός· πῶς οὐκ ἔσαι κατὰ Φύσιν Θεὸς ὁ
τ κρυπτῶν γνώστης, ἐ γινώσκων βαθέα, καὶ ἀπό-
κρυφα, καθὰ γέγραπται; τίς γὰρ εἴδεν ἀνθρώ-
πων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀν-
θρώπου τὸ ἐν αὐτῷ; εἰδότος δὲ οὐδενὸς, μόνος οὐκ
ἀγνοήσει Θεὸς, ἐπεὶ μηδὲ ἐν τοῖς πᾶσι καταρι-
θμεῖται ποτε, καθ' ὧν εἰκότως φέρεται τὸ οὐδείς,
ἰσ. πάντων ὡς δὲ ἔξω πάντων, καὶ πάντα ὑπὸ πόδας * εἴρη-
ται. μαρτυρήσει δὲ καὶ ὁ Παῦλος λέγων, ζῶν γὰρ ὁ
λόγος τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ

Hæc quoque dignitas, vti & cæteræ quæ sunt in Christo, Deo competit, nec in vlla re creata reperitur. Soli enim Deo vero ipsam tribuit Psalmista, dicens: *Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.* Quòd si Deo solo quæ in nobis sunt intelligente, ea Christus intelligit: quomodo non erit secundum naturam Deus, qui abdita nouit, & alta cognoscit, & arcana, sicut scriptum est? *Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est?* Cum autem nullus sciat, solus non ignorabit Deus: neque enim in vniuersorum numero collocatur de quibus meritò dicatur, *nullus*, sed extra omnia est, & omnia sub pedibus eius. Idipsum quoque Paulus testabitur dicens, *Viuus est enim sermo Dei & efficax, & pene-*

Psal. 32.

1. Cor. 2.

Heb. 4.

trabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Audit enim omnia, vt qui plantauit aurem, & considerat, vt qui finxit oculum. Vnde in Iob introducitur dicens: *Quis est iste qui celat me consilium: continens autem verba in corde, & me putat celare?* Vt igitur Deum secundum naturam esse agnoscamus Filium, necessario ait Euangelista, *quia ei opus non erat vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim scitebat quid esset in homine.*

Psal. 93. Iob. 42.

A παῶν μάχαιραν δίστομον, ⸗ διικνούμενος ἄχρι μερισμοῦ ψυχῆς, ⸗ πνεύματος, ἁρμῶν τε ⸗ μυελῶν, ⸗ κριτικὸς ἐνθυμήσεων ⸗ ἐννοιῶν καρδίας, ⸗ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς ἐνώπιον αὐτοῦ· πάντα δὲ γυμνὰ, ⸗ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. ὡς γὰρ φυτεύσας τὸ οὖς, πάντα ἐπακροᾶται, ⸗ ὡς πλάσας τὸν ὀφθαλμὸν, κατανοῶ. ⸗ δὴ εἰσφέρει λέγων ἐν Ἰώβ· τίς ἐστὶν ὁ κρύπτων με βουλὴν, συνέχων δὲ ῥήματα ἐν καρδίᾳ, ἐμὲ δὲ οἴεται κρύπτειν; ἵνα τοίνυν Θεὸν ὄντα ⸗ φύσιν ὁπτικῶς γινώσκωμεν τὸν υἱὸν, αἰτιολογίας φησὶν ὁ Εὐαγγελιστὴς, ὅτι χρείαν οὐκ εἶχεν, ἵνα τις μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ ἀνθρώπου· αὐτὸς γὰρ ἐγίνωσκε τί ἦν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ.

Cap. 3. v. 1. *Erat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad* IESVM *nocte, & dixit ei.*

B Ἦν δὲ ἄνθρωπος ἐκ τῶν Φαρισαίων, Νικόδημος ὄνομα αὐτῷ, ἄρχων τῶν Ἰουδαίων. οὗτος ἦλθε πρὸς αὐτὸν νυκτὸς, ⸗ εἶπεν αὐτῷ.

Promptus est ad fidem Nicodemus, sed pudore non bono victus, & gloriæ humanæ studio liberè loqui non audet, sed ancipiti sententia distrahitur, ac in proposito claudicat, & vtroque, vt scriptum est, poplite laborat, partim conscientiæ stimulis ad credendum ob miraculorum magnitudinem adactus, partim ægrè ferens principatu illo quem in sua gente habebat (erat enim Iudæorum princeps,) excidere. Existimans autem posse dignitatem illam apud suos seruare, & Christo clam adhærere, venit ad IESVM, noctis tenebris consilium celans, & ancipitem animum clandestino illo aduentu prodens.

C Ἐποιμότερος μὲν ὁ Νικόδημος πρὸς τὸ πιστεύειν ὑπάρχει, αἰδοῖ δὲ οὐκ ἀγαθῇ νικώμενος, δόξης τε ἅμα ⸗ ἐν ἀνθρώποις ὑπερόρων προσκτᾶται ⸗ παῤῥησίαν, μερίζεται δὲ ⸗ γνώμην ἐπ' ἄμφω, ⸗ χωλεύει τὴν προαίρεσιν, ὅτε διαταῖς δὲ ταῖς ἰγνύαις, ὡς γέγραπται, ἀνθηκῇ, τοῖς μὲν ἀπὸ τῶν σημείων ἐλέγχοις εἰς τὸ χρεῶν πιστεύειν συνωθούμενος δι' ⸗ τὸ θαυμαστὸν ὑπερβολὴν, τῆς δὲ τῶν ἐθνῶν ἡγεμονίας ὑπὸ φορητὸν ἡγούμενος ⸗ ζημίαν· ἰσῶν γὰρ ἄρχων τῶν Ἰουδαίων. οἰκήσεις δὲ δυνάσθαι, ⸗ ⸗ παῤ' ἐκείνοις αἰσθέσθαι δόξαν καὶ

D λεληθότως εἰ) πιστὸς, ἔρχεται πρὸς ⸗ Ἰησοῦν, συνεργάτην τῷ σκέμματι ⸗ ἀπὸ τῆς νυκτὸς ποιησάμενος σκότον, ⸗ τῷ κεκρυμμένως ἐλθεῖν ὅτι διπλῇ τῇ γνώμῃ κατηγορούμενος.

Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, ni fuerit Deus cum eo. Respondit IESVS, *& dixit ei.*

Ραββὶ, οἴδαμεν ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐλήλυθας διδάσκαλος. οὐδεὶς γὰρ ταῦτα τὰ σημεῖα δύναται ποιεῖν, ἃ σὺ ποιεῖς, ἐὰν μὴ ᾖ ὁ Θεὸς μετ' αὐτοῦ. ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, ⸗ εἶπεν αὐτῷ.

His verbis perfectam se pietatem obtinere posse putat, sibiq; satis fore existimat ad salutem, si ea tantū miretur quæ admiratione digna sunt. Cæterum nihil aliud præter hæc quærit. Dum autem ipsum magistrum ait à Deo venisse, & cum ipso Deum operari, nondum nouit eum esse Deum secundum naturam, neque rationem videlicet Incarnationis intelligit, sed eum adhuc tanquam merum hominem adit, & tenuiter admodum de illo sentit.

E Ἐν τούτοις ᾠήθη τοῖς λόγοις ὁλόκληρον ἔχειν δύναθαι ⸗ διάθεσιν, ⸗ ἀρκέσειν αὐτῷ πρὸς σωτηρίαν ⸗ παραμυθίαν θαυμάσαι μόνον τὰ οἷς θαυμάζεται παρέπει· ἕτερον δὲ οὐδὲν ὅτι τούτοις ζητεῖ. διδάσκαλον μὲν ἀπὸ Θεοῦ, ⸗ παῤ' αὐτῷ συνεργοῦντα ὀνομάζων αὐτὸν, ὅπως μὲν φύσιν οἶδεν ὄντα Θεὸν, οὐδὲ συνίησι δηλονότι τῆς μυστικὸς οἰκονομίας ⸗ λόγον, ἔτι δὲ ὡς ἀνθρώπῳ προσέρχεται γυμνῷ, ⸗ μικρὰν ἐπ' αὐτῷ τὴν διάληψιν ἔχει.

Αμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, οὐ δύναται ἰδεῖν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Νικόδημος.

A

v.3. *Amen, Amen dico tibi, niſi quis renatus fuerit deſuper, non poteſt videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus.*

Οὐκ ἐφ' οἷς οἴῃ, φησὶν, ὦ Νικόδημε ὁ πιστεύων ἐστίν. οὐκ ἀρκεῖ σοι λόγος εἰς δικαιοσύνην, οὐδὲ ἐν ψιλοῖς καταρθώσεσι ῥήμασι τὴν σωτηρίαν. οὐ γὰρ πᾶς ὁ λέγων μοι κύριε, κύριε εἰσελεύσεται εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. θέλημα δὲ τοῦ πατρὸς, μέτοχον μὲν τὸν ἅγιον πνεύματος ἀναδεῖξαι τὸν ἄνθρωπον, εἰς δὲ ἀσυνήθη καὶ ξένην ἀναγεννήσαντα ζωὴν, καὶ οὐρανῶ χρηματίσαι πολίτην τὸν ἀπὸ τῆς γῆς. ἄνωθεν δὲ λέγων τὸν ἐξ πνεύματος αἰωρήσιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὑπάρχον τὸ πνεῦμα δηλοῖ σαφῶς, ὡσαύτως ἀμφοῖν, καὶ αὐτὸς ποθὲν ἑαυτοῦ που φησὶν· ἐγὼ ἐκ τῶν ἄνω εἰμὶ· καὶ ὁ σωτὴρ ἡμῶν ποθὲν αὐτοῦ που φησὶν διαγγέλλων· ὁ ἄνωθεν ἐρχόμενος, ἐπάνω πάντων ἐστὶ, ποθὲν δ' ἐκ οἰκείας χειρὸς πλατύτερον ἐροῦμεν.

B

C

Non quibus rebus exiſtimas, inquit, ô Nicodeme, fides comparatur. Non ſufficit tibi ſermo ad iuſtitiam, neque nudis verbis pietatem conſequeris. *Non enim, quicunque mihi dicit Domine, Domine intrabit in regnum cælorum, ſed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt.* Voluntas autem Patris eſt, vt homo ſancti Spiritus efficiatur particeps, & qui de terra eſt, regeneratus ad inſolitam & nouam vitam cæli quoque ciuis nuncupetur. Dum autem regenerationem illam quæ fit per Spiritum deſuper eſſe ait, clarè demonſtrat Spiritum ex ſubſtantia Dei ac Patris eſſe, ſicut ipſe nimirum de ſeipſo quoque dicit alicubi: *Ego de ſupernis ſum.* Et ſapientiſſimus Euangeliſta de eodem: *Qui deſurſum venit, ſuper omnes eſt.* Qua de re fuſius ſuo tempore dicimus.

Matt.7.

Ioan.8.

Πῶς δύναται ἄνθρωπος γεννηθῆναι γέρων ὤν; μὴ δύναται εἰς τὴν κοιλίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ δεύτερον εἰσελθεῖν, καὶ γεννηθῆναι; ἀπεκρίθη Ἰησοῦς.

v.4. *Quomodo poteſt homo naſci, cum ſit ſenex? nunquid poteſt in ventrem matris ſuæ iteratò introire, & renaſci? Reſpondit* IESVS.

Ἐλέγχεται δι' οὗτον ψυχικὸς ὢν ἔτι ὁ Νικόδημος, διό τε τοῦτο δεχόμενος οὐδαμῶς τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ· μωρίαν γὰρ εἶναι νομίζει, ὃ σκαιὸν ὄντως καὶ ἀνεφάνδην μυσήριον. γέννησιν δὲ ἀκούων τὴν ἄνωθεν ἐκ πνευματικὴν, σωματικὴν ἔτι γαστέρα φαντάζεται παλινδρομοῦσαν εἰς ὠδῖνα τὴν ἤδη γεγεννημένων, καὶ τὸν τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως οὐκ ἀναβαίνων νόμον, χαμαίζε τὰ βέλτιστα· ἀπεξίτηκεν δὲ τῆς οἰκείας εὐνοίας ὁ τὸ μαθημάτων ὕψος ἀνὴρ, κάτω πίπτει, καὶ φέρεται· ὅταν γὰρ ἔβαλον τὰ τοῖς ἀποκεκλικόσι τὸ λίθων ἀντιτυπώτερα πρὸς σφοδρότερα βολαῖς, ὀπίσω πάλιν ἐξάλλεται· ἄτων οἶμαι καὶ νοῦς ἀμαθὴς γαστέρος ἢ καθ' ἑαυτὸν προσδαλὼν θεωρήμασιν, ἀπωθεῖται ὑπονοστεῖ, καὶ μείζους ἀεὶ τοῖς αὐτῷ προτείνουσιν ἐμφιλοχωρῶν, τὸ ἀμείνω καὶ ὑψηλότερον ἀπωθεῖται σιωπῶσιν· ὁ δὲ πεπονθὼς ὁ τῶν Ἰουδαίων ἡγεμὼν τῷ πνευματικῷ ἐναβδίζεται γέννησιν.

D

E

Hinc arguitur adhuc animalis eſſe Nicodemus, proindeque ea neutiquam ſuſcipere quæ ſunt Spiritus Dei. Stultitiam enim eſſe putat illud adeò auguſtum ac illuſtre myſterium. Et cum generationem ſupernam ac ſpiritalem audit, corporeum ventrem imaginatur, res iam genitas itèrum parientem, & Legem naturæ noſtræ non excedens, res diuinas ei admetitur, cumque doctrinæ ſublimitatem inuenerit à qua ſe extricare nequeat, deorſum fertur ac ruit. Quemadmodum enim quæ vehementiori iactu lapidibus allidantur, repercuſſa reſiliunt: ſic etiam indocta mens, opinor, ſi res offendat quarum vim ſuſtinere nequeat, illico refugit, & ſua mediocritate contenta præſtantiorem & altiorem intelligentiam reiicit. Quod cum illi Iudæorum principi contigerit, ſpiritalem generationem non capit.

Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος, καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Οὐ σιωπήσας τὸν ἄνθρωπον, καθ' ὃν ἔδη ἔφην

v.5. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, nō poteſt introire in regnū Dei.*

Cum non intelligeret Nicodemus

quid sibi velit istud, natus esse desuper, apertius illud mysterium exponit. Dominus enim noster IESVS Christus regenerationem, quæ per Spiritum fit, desuper esse aiebat, ostendens Spiritum supremæ omnium substantiæ illum esse, per quem diuinæ consortes efficimur naturæ, dum percipimus eum qui substantialiter ex ipsa procedit, & per ipsum atque in ipso ad exemplarem pulchritudinem reformamur, & sic ad vitæ nouitatem renascimur, & in filiorum Dei adoptionem refingimur. Nicodemus autẽ, cum non eo in sensu vocem illã *desuper* acciperet, natiuitatem, cuiusmodi est corporum, denuo futuram significari suspicatus est, proindeque rem impossibilem animo voluens, stultitiam suam & insciti am prodidit. Necessariò itaque Saluator, cum eo vt imbecilli adhuc mente prædito mollius agit, & orationis tegmine sublato, apertè demum ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Cum enim homo sit compositum quid, non simplex naturâ, ex duobus attemperatus, corpore nimirum sensibili, & anima intelligente, gemino quoque opus erit ei ad regenerationem remedio vtrique quodammodo affini & amico. Spiritu namque sanctificatur hominis spiritus: aquâ verò sanctificatâ, corpus. Quemadmodum enim infusa lebetibus aqua, si admoueatur igni vehementi, vim eius concipit: ita Spiritus efficacitate sensibilis aqua ad diuinam quandam & ineffabilem vim transformatur, omnesque demum in quibus fuerit sanctificat.

A τί δὴ βέλοιτο σημαίνειν ὁ ἄνωθεν γεννηθῆναι δεῖν, σαφεστέρᾳ ἐκπαιδεύσῃ μαθήμασι, μυστικωτέρων ἐπ' αὐτῷ τοῦ βαπτίσματος τὰ μυστήρια τῇ γραφῇ. ὁ μὲν γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἐκ πνεύματος ἀναγέννησιν ἄνωθεν ἀπεκάλει, τὸ ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας ὂν πνεῦμα δηλῶν, δι' οὗ τῆς θείας φύσεως μετέχομεν, ὡς ὃ ἐξ αὐτῆς οὐσιωδῶς τοιοῦτον καρπούμενοι, καὶ δι' αὐτό, καὶ ἐν αὐτῷ τοῖς ὃ ἀρχέτυπον ἀναμορφούμενοι κάλλος, ὅτου τε εἰς καινότητα ζωῆς ἀναπλαττόμενοι, καὶ εἰς τὴν θείαν υἱοθεσίαν ἀναπλαττόμενοι. ὃ δὲ ἄνωθεν ὁ Νικόδημος οὐχ ὅπως ἐκλαβών, τὴν εἰσαῦθις ἐσομένην ἀναγέννησιν, ὡς ὅτι σωμάτων, σημαίνεσθαι· διὸ τοῦτο καὶ τοῖς εἰς ἀδύνατον ἀποκλείουσι τοιαῦτα λογισμοῖς, ἄνοιός τε ὁμοῦ κατεφωράθη, καὶ δυσμαθής. διὰ τοῦτο τοιγαροῦν ὁ σωτὴρ, ὡς ἀσθενεστέρῳ τὴν ἔξιν προφερώτερον ἔτι προσφέρεται, καὶ ὃ δοκοῦν ἐπισκήπτει τοῦ λόγου κάλυμμα περιελών, αὐταρκέστερον ἤδη φυσιν ἐάν μήτις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος, καὶ πνεύματος ὑδρίαν εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. ὅπερ γὰρ σωματόν ἐστι, καὶ οὐκ ἁπλοῦν τὴν φύσιν ὁ ἄνθρωπος, ἐκ δύο κεκερασμένον, αἰσθητοῦ δηλονότι σώματος, καὶ ψυχῆς νοερᾶς, διπλῆς αὐτῷ πρὸς ἀναγέννησιν ἐδεήσατο θεραπείας, συγγενῶς πως ἐχούσης πρὸς ἀμφω τὼ δεδηλωμένω. πνεύματι μὲν γὰρ ἀγιάζεται τὸ αἰσθητὸν ὕδωρ, ὕδατι δ' αὖ πάλιν ἡγιασμένῳ, τὸ σῶμα. ὥσπερ γὰρ τύπον τὸ ἐν τοῖς λέβησιν ἐκχεόμενον ὕδωρ ταῖς τοῦ πυρὸς ὁμιλῆσθαι ἀκμαῖς τὴν ἐξ αὐτοῦ δύναμιν ἀναμάττεται, οὕτω διὰ τοῦ πνεύματος ἐνεργείας τὸ αἰσθητὸν ὕδωρ πρὸς θείαν τινὰ καὶ ἄῤῥητον δύασι χεῖται δύναμιν, ἀγιάζεταί τε λοιπὸν τοῖς ἐν οἷς δὴ γένοιτο. *al. μεθέχειν

B

C

D

v. 6. Quod natum est ex carne, caro est; & quod natum est ex Spiritu, spiritus est.

Τὸ γεγεννημένον ἐκ τῆς σαρκὸς, σάρξ ἐστι, καὶ τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ πνεύματος, πνεῦμά ἐστιν.

Alia rursus ratione ad sublimiorem intellectum ascendendum esse persuadet, & dum spiritalem generationem audit, non esse continuo de re propria corporum accipiẽdum. Vt enim necesse est, inquit, omnino carnẽ esse quod ex carne gignitur, ita etiam spiritus ea quę nascuntur ex spiritu. Quibus autem diuersa est essentiæ ratio, hęc vtiq; generationis modum habent non eundẽ. Sciendũ est verò nos genimen spiritus dicere hominis spi-

E Ετέρῳ πάλιν αὐτὸν ἀναπείθει λογισμῷ πρὸς ὑψηλοτέραν ἀναβαίνειν σκέψιν, καὶ πνευματικὴν ἀκούοντα γέννησιν, μὴ τὰ σωμάτων ἴδιόν λαμβάνειν εἰς νοῦν. ὥσπερ γὰρ ἀναγκαῖόν ἐστι, φησὶν, πάντως τὰ σαρκὸς σαρκὸς γεννήματα, ὅτου δηλονότι καὶ πνεύματα τὰ ἐκ πνεύματος. οἷς δὲ ὁ τῆς πῶς ἔχει λόγος ἐξηλλαγμένος, τοιαύτης ἔσται πάντως καὶ ὁ τῆς γενέσεως τρόπος οὐχ ὁ αὐτός. ἰστέον δὲ ὅτι γέννημα τοῦ πνεύματος τὸ τοῦ ἀνθρώπου πνεῦμα

Φαλμῷ, ὐχ ὡς ἐξ αὐτοῦ τῇ φύσει· ἀμήχανον γάρ· ἀλλ' ὡς ἐν τοσούτῳ μὲν καὶ ἀρχαιοτέρᾳ λόγῳ τῇ δὲ αὐτοῦ κεκλῆσθαι δι μὴ ὄντες φησιν, ἐν δὲ δευτέρᾳ, ἢ οἰκονομικῶς τῇ τε δι' αὐτῶν τοῖς Θεὸν μεταμόρφωσιν, ἣν οἰκείοις ἡμῖν χαρακτῆρας ἐνθλίβοντος, καὶ εἰς τὴν ἰδίαν ὥσπερ ποιότητα τῷ διανοίαν μεταπλάττοντος. ὕτω γὰρ οἶμαι νοήσεις ὀρθῶς, ἣν ὃ διὰ τοῦ Παύλου τοῖς τινας εἰρημένον· τέκνια οὓς πάλιν ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν. καὶ πάλιν· ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ διὰ τοῦ εὐαγγελίου ἐγὼ ὑμᾶς ἐγέννησα.

A ritum, non quasi ex ipso sit secundũ naturam, (id enim fieri prorsus nequit) sed primà quidẽ & antiquissima ratione, quòd per ipsum nimirum id quod non erat vocatum sit in ortum, altera verò, nimirum ex dispensatione, quòd ad Deum reformemur per ipsum, dum animæ characteres suos imprimit, & in propriam, vt ita dicam, qualitatem mentem trãsformat. Sic enim rectè, opinor, intelliges etiã illud quod per Paulum ad aliquos dictum B est. *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Item: *In Christo enim* IESV *per Evangelium ego vos genui.*

Gal. 4. 1. Cor. 4.

Μὴ θαυμάσῃς, ὅτι εἶπόν σοι, δεῖ ὑμᾶς γεννηθῆναι ἄνωθεν. Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει, πνεῖ, καὶ τὴν φωνὴν αὐτοῦ ἀκούεις, ἀλλ' οὐκ οἶδας πόθεν ἔρχεται, καὶ ποῦ ὑπάγει· οὕτως ἐστὶ πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ πνεύματος.

v. 7. &c. *Non mireris quia dixi tibi oportet vos nasci desuper. Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quò vadat: sic est omnis qui nascitur ex Spiritu.*

Ἀρετὴ διδασκάλου, τὸ ποικίλοις δυνάσθαι μεταβάλλειν τρόποις τὴν ἀκροωμένων τὸν νοῦν, καὶ ἀφ' πολλῶν ἱκανὰ θεωρημάτων, ἃ ἐφ' οἷς αὖ φαίνηται δυσχερῆ ὁ λόγος ἀποδείξαι ὀφείλοντα· δείκνυσι γοῦν ἐκ τοῦδε ἡμῖν τὸ μυστήριον τὸν τύπον, καὶ φησὶ· Τὸ πνεῦμα τοῦτο τὸ εἰς κόσμον τε, καὶ ἀναίσιον ἐκπνοὴ μὲν ὅλῳ οἰκουμένῃ, καὶ ὅποιον δὴ βούλεται διαφοράν, κτύπῳ μόνῳ παρὸν σημαίνεται, καὶ διαλανθάνει μὲν τὴν ἀπόντων ὀφθαλμὸν, αἴσθησις δὲ τοῖς σώμασι λεπτοτάταις τοσοῦτον ἐπιτρέπει, ἀϊδηοίν ἵνα τὸ εὐθὺς αὐτῷ φυσικῆς ἐνεργείας ἐπίσῃ· ὕτω μοι νοῇς, φησὶ, καὶ τὴν διὰ πνεύματος ἀναγέννησιν, ἐκ μικρῶν τοῦδε δείγματος ὅτι τὰ μείζω χειραγωγούμενος, καὶ καθαπερ ἐπ' εἰκόνι τῷ παρεισθέντι λόγῳ τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν ἐννοῶν.

C Doctoris virtus est, variis modis tractare posse mentem auditorum, multisque rationibus rerum demonstrationes afferre quæ difficiles apparent. Ab exemplis igitur mysterij figuram capit, & ait: Spiritus hic aëreus perflat vniuersum orbem, & cum libero ac vago impetu decurrat, solo sonitu eius præsentia comprobatur, nec vlli cernitur, sed tenuissimis auris corporibus se communicans, naturalis & insitæ efficacitatis sensum quendam eis iniicit: ita spiritalem, inquit, illam regenerationem intellige, à tenuibus exemplis ad maiora quasi manu du-D ctus, & allato dicto tanquam in imagine, res quæ sensum excedunt intelligens.

Ἀπεκρίθη Νικόδημος, καὶ εἶπεν αὐτῷ· πῶς δύναται ταῦτα γενέσθαι; ἀπεκρίθη Ἰησοῦς καὶ εἶπεν αὐτῷ.

v. 9. *Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit* IESVS, *& dixit ei.*

Οὐδὲν ὁ μακρὸς ὠφέλησε λόγος τὸν ἀνοήτων μηδέν. Σοφὸν γὰρ ὄντως ἄρα ὃ ἐν βίβλῳ παροιμιῶν εἰρημένον, εἰς ὦτα ἀκουόντων λαλεῖ· καὶ τοῦτο δηλοῖ πείρας ἀληθὴς ὃν ἔδειξεν ὁ σωτὴρ, τύπον ἡμῖν ἑαυτὸν καὶ τούτῳ δοὺς. ἔξω γὰρ τοῦτων τῆς ὅτι τῷ μὴ δύνασθαι πείθειν αἰτίας ὁ διδάσκων κείσεται, λέγων μὲν αὐτὸς ἀνὴρ δι' ἔχει οἴεσθαι καλῶς, ὠφελεῖν δὲ μηδὲν δηλοῖ τῶν ἀκροωμένων δυσμαθές. ἄλλωστε καὶ δηλοῖ τοῦτο μανθάνομεν, ὅτι πώρωσις γέγονεν ἀπὸ μέρους τῷ Ἰσραὴλ. ἀκοῇ γὰρ ἀκούοντες, οὐ συνιᾶσιν.

E Longa oratio nihil profuerit intelligenti nihil. Sapienter itaque in libro Prouerbiorum dicitur: *In aures audientium loquere.* Idque verum esse experimento Saluator ostendit, dum seipsum etiam hîc nobis exemplum fecit. Non poterit autem obiici magistro ipsum persuadendi facultate carere, si doceat quæ recta esse putet, quamuis præ auditorum tarditate nihil proficiat. Alioquin etiam hinc discimus cæcitatem ex parte contigisse in Israël. *Audita enim audientes non intelligunt.* Ecclesi. 15 Rom. 11.

v. 10. *Tu es magister in Israël, & hæc ignoras?*

A Σὺ εἶ ὁ διδάσκαλος τοῦ Ισραὴλ, καὶ ταῦτα οὐ γινώσκεις;

Ex vno Christus omnes arguit, magistrorum quidem nomine ornatos, & nuda opinione doctrinæ Legis redimitos, sed tanta insciitia ac stupore plenos, vt nihil sciant eorum quæ scire conuenit, nedum alios edocere queant. Quod si istiusmodi est qui docet alios, quales demum erunt discipuli, quum discipulus, iuxta Sal-
B uatoris sententiam, non sit magistro
Mat.10. superior? Non est enim, inquit, discipulus supra magistrum suum. Cum autem in tanta versentur ignorantia verè Christus eos sepulchris dealbatis similes esse dicit. Et scitè quoque Pau-
Act.23. lus ad Iudæorum principem: *Percutiet te Deus, paries dealbate.*

Ἐξ ἑνὸς ἀπάντων ἐλέγχει Χριστὸς, τοὺς μὲν τῷ ὀνόματι κεκοσμημένους τῆς διδασκαλικῆς προσηγορίας, καὶ νομικῆς μαθείας ὑποκλοπῇ περιεσπειρομένους μωρίᾳ, ἀπαιδευσίᾳ καὶ ἀπληξίᾳ φρενῶν τὸν νοῦν, καὶ συνέσεως ἄμοιρους ὄντας τοῦ ὅσα μὴ αὐτοὺς οἴεσθαι μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ διδάσκειν ἑτέρους. εἰ γὰρ ὁ παιδεύων τοιοῦτος, οἷος ὁ παιδευόμενος, οὐκ ὑπερέξεται μαθητὴς διδασκάλου μείζων, καὶ πολὺ τοῦ σωτῆρος φησίν· οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ. ὅπερ γ' ἂν εἶεν οὗτοι τοῖς μαθηταῖς ἀνιαθήσῃ μᾶλλον ὁ Χριστὸς, τάφοις αὐτοὺς κεκονιαμένοις ἐξομοιῶν· ἀσχάλλει γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ἐφ' ὑποκρίσει τοῦ τῶν Ιουδαίων ἡγεμόνος· τύπτειν σε μέλλει ὁ Θεὸς, τοῖχε κεκονιαμένε.

v. 11. *Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur.*

C Ἀμὴν ἀμὴν λέγω σοι, ὅτι ὃ οἴδαμεν λαλοῦμεν, καὶ, ὃ ἑωράκαμεν μαρτυροῦμεν.

Imperitum & oppido rudem comperit hominem, quique præ multa ingenij crassitie ad diuinorum dogmatum comprehensionem nullatenus deduci queat, multis licet verbis exemplisque variis in id insumptis. Vnde accuratiori expositione iure prætermissa, simplici fide accipiendum esse demum consulit, quod intelligere nequeat: Testatur autem ipse clarè scire se quod dicit, ipsius vultus aspectu, ostendens porrò periculosissimum esse contradicere. Non enim credibile erat Nicodemum oblitum esse eius quod de Christo Saluatore nostro asseuerat, nimirum à Deo ipsum venisse magistrum. Resistere verò ei qui à Deo & Deus sit, quomodo periculi plenum non fuerit? Istud enim videtur esse cum Deo pugnare. Veruntamen discendum hinc nobis est, penes quos est docendi potestas, satius esse fidem E simplicibus rationibus constantem tradere neophytis, quàm altum sermonem & operosam expositionem. Et
1. *Cor.* 3. certè Paulus ipse lac potum dabat iis qui solidis cibis nondum vti poterant: Et sapientissimus Salomon alicubi no-
*Prou.*27. bis ait: *Euidenter cognosces animas gregis tui*: volens doctrinam non esse promiscuè tradendam cuiuis, sed vniuscuiusque captui accommodatam.

Ἀφιλομαθῆ, καὶ λίαν ἀπαίδευτον θεάσεται τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὅλως πολλοῦ πανύστατα νοῦ, πρὸς τὴν θείων δογμάτων καταληψιν ὑδαμόθεν ἔτι χειραγωγεῖσθαι δυνάμενον, καίτοι μακρολογῶν, καὶ ὅλῃ ποικίλων τρόπων δήγματι δαπανηθέντος λόγου. ὅθεν εἰκότως ὃ δι' ἀκριβείας ἐξηγεῖσθαι παρεὶς, ἀπλουστέρᾳ τῇ πίστει λοιπὸν συμβαλεῖν χρεὼν ἀκοῇ, ὃ νοῆσαι μὴ δύναται· μάρτυρι δὲ αὐτὸς εἰδέναι σαφῶς, ὃ λέγει τῇ τοῦ προσώπου περιφανείᾳ, ὃ μὴ πλέον ἐπὶ ἐλαχίστου ὑποφαλέσαιτο· οὐ γὰρ ἐῶ εἰκὸς ὑπιλελῆσθαι Νικόδημον, ὅσ εἰδέναι διϊσχυρίσατο παρὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, ὅτι παρὰ Θεοῦ ἐλήλυθε διδάσκαλος· ὃ δὲ ἀντιτείνειν τῷ παρὰ Θεοῦ καὶ Θεῷ, πῶς οὐκ ἂν ἤμελλε κινδύνου μεστὸν; θεομαχία γὰρ ἤδη τὸ πρᾶγμα φαίνεται. πλὴν ἡμῖν ἐντεῦθεν μὴν, οἷσπερ αὖ ἔχομεν τὴν διδασκαλικὴν ἐξουσίαν, ὅτι τοῖς δεκτικοῖς ὅτι τὸ πιστεύειν ἰσοδυναμοῦν ἡμῖν πίστις ἐν ἁπλοῖς λογισμοῖς, ἢ βαθυτέρας λόγους, καὶ περιεργοτέρα μᾶλλον ἐξήγησις. γάλακτι δὲ καὶ ὁ Παῦλος ἐποτίζε βρέφη, οὔπω δυναμένους τῆς στερεωτέρας μετέχειν βρώσεως· καὶ γνωστῶς ἡ πάλιν, ὅτι, γνῶσι ψυχὰς ποιμάνεσθαι, τοῖς ἱκανοῖς ποιεῖ φησὶν ὁ σοφώτατος Σολομών· οὐκ ἀδιάφορον τοῖς προεστῶσι τὸν διδασκαλικὸν ἅπασιν προσφέρεσθαι λόγον, ἀλλὰ τοῖς ἐκάστου μέτροις ἀναλόγως ἐφαρμοσμένον.

Καὶ τὴν μάρτυρίαν ἡμῶν οὐ λαμβάνετε.

Ὡς ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα. Ὃ πνεῦμα φύσικῶς, εἰς πληρωτικὴν ἀριθμὸν ὃ τῶν μαρτυρούντων προσωπον ἐξέτεινεν ὁ σωτήρ· ἵνα ᾖ πον τινὰ κατὰ τὸν Μωσέως νόμον, ὅτι στόματος δύο, καὶ τριῶν μαρτύρων κεκυρωμένον ὃ εἰρημένον. οὐδαμόθεν δὲ ὅλως αἰσθάνεσθαι θέλοντας ὑπὸ δικαιοκρισίας τοὺς Ἰουδαίους, ἀχαλίνοις ἢ ἁπλῶς, καὶ ἀπερισκέπτοις ὁρμαῖς ὑπὸ τὸ βαθὺ τῆς ἀπωλείας φερομένους βάραθρον εἶναι. εἰ γὰρ μή τε νοῆσαι ἰσχύουσιν ἐκ πολλῆς ἀμαθίας ὃ κηρυττόμενον, μήτε πίστει ποιοῦνται δεκτὸν, πῶς ἂν αὐτοῖς σωτηρίας ἕτερος ὑπονοηθείη τρόπος; καλῶς δὴ τοῦτο, καὶ μάλα δικαίως ἀναπολόγητον ἔσεσθαι τὴν Ἱερουσαλὴμ ἔφασκεν ὁ σωτὴρ, ὡς αὐθαίρετον ἐφ' ἑαυτῇ ἁρπάζουσαν ὄλεθρον. Ἱερουσαλὴμ γὰρ, Ἱερουσαλὴμ, φησὶν, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν. ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις ἐπισυνάγει τὰ νοσσία ἑαυτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν.

A *Et testimonium nostrum non accipitis.*

In plurali numero testis personam Seruator extulit, puta quod in seipso Patrem habeat ac Spiritum naturâ: vt quodammodo iuxta legem Mosaicam, in ore duorum & trium testium verbum firmetur. Ostendit autem Iudæos salutem plane respuere, & effrænato atque temerario impetu in profundum perditionis barathrum ferri. Si enim præ multa insciti intelligere nequeunt quod prædicatur, nec fide suscipere B volunt, quam demum aliam salutis rationem inuenient? Bene itaque ac iuremerito Saluator Hierusalem inexcusabilem fore aiebat, puta quæ ipsa sibi perniciem arcesseret. *Ierusalem* enim, inquit, *Ierusalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra de-* C *serta.* *Matt. 23.*

Εἰ τὰ ἐπίγεια εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε, πῶς ἐὰν εἴπω ὑμῖν τὰ ἐπουράνια, πιστεύσητε; καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.

v. 12. &c. *Si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia, credetis? Et nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo.*

Μάθημα, φησὶν, τὴν ἀνθρώπων παρέπουσαν D ἐκ ἀναβαῖνον πιστεῖσι, ἐξ ἀμέτρου λοιπὸν ἀγοήσιας οὐ προσδέξασθε, καὶ πῶς ἂν ὑμῖν ἐξηγησαίμην τὰ ὑπέρτερα; οἱ δὲ ἐν τοῖς καθ' ἑαυτοὺς ἀμαθήσαντι, πῶς ἂν εἶεν ἐν τοῖς ὑπερφυέσιν σοφοί; καὶ οἱ πρὸς ὀλίγιστον ἀτονήσαντες, πῶς ἐκ ἂν ἔχοιεν ὃ μεῖζον ἀφόρητον; καὶ εἰ μὴ μόνῳ, φησὶν, ἐμοὶ πιστεύετε λέγοντι, πολλοὺς ἐφ' ἑκάστῳ ζητεῖτε τοὺς μάρτυρας, τινα * παρασχοῦσι τῶν οὐρανίων ὑμῖν μυστηρίων τὸν θεωρόν; οὐδεὶς γὰρ ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. ὃ δὴ Θεοῦ λόγου καταβεβηκότος ἐκ οὐρανοῦ, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου καταβῆναί φησι διαζεσθαι μὴ τὸν ἑνὸν ἀνθρώπινον εἰς δύο πρόσωπα τομὴν δεχόμενον, καὶ ἐκ ὑπερβαίνων λόγον, ἕτερον μὲν λέγειν υἱὸν τὸν ἐκ παρθένου ἁγίας τὴν χρείαν ληφθέντα τοῦ, ἕτερον δὲ τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς πεφυκότα λόγον, πλὴν ὅσον εἰς τὸν ἑκάστῳ πρέποντα κατὰ φύσιν διαίρεσιν· ὡς γὰρ ἔστιν ἐκ Θεοῦ λόγος, ὕτως ἀνθρώπου ἐκ γυναικός.

E

* Ἰσ. μεσίτην ἡμῶν

Doctrinam, inquit, hominum captum non excedentem præ immani stupore non suscepistis: & quomodo vobis quæ diuiniora sunt exposuero? qui in suis rebus sunt ignarissimi, quomodo in sublimioribus sapient? & qui in tenui re deficiunt, quomodo maiorem ferre poterunt? Iam nisi mihi vni dicenti creditis, inquit, sed in singulis multos testes exigitis, quem vobis proferam cælestium mysteriorum spectatorem? Nemo enim ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis. Cum autem Deus Verbum descenderit de cælo, filium hominis descendisse ait, nolens in duas personas post inhumanationem secari, nec vllis permittens dicere alium quidem esse Filium, templum nimirum illud quod ex virgine assumptum est, alium, quod ex Deo Patre effulsit Verbum, nisi quantum ad naturæ diuisionem attinet vnicuique congruentem. Vt enim est ex Deo Verbum, sic etiam ex muliere homo.

Vnus

Vnus autem Christus nemum ex ambobus, in filiatione indiuisibilis est ac maiestate deo digna: nam quæ nudo & soli Verbo conueniunt ea quodammodo ceu propria templo quod ex beata Virgine est attributit, & vicissim ipse sibi arrogat quæ soli carni congruunt. Nunc enim descendisse ait de cælo Filium hominis: timet autem, & pauet, & angitur passionis tempore, eaque illi adscribuntur quæ soli humanitati conueniunt, quasi ipse passus sit.

A εἷς δὲ λοιπὸν ἐξ ἀμφοῖν ὁ Χριστὸς, ἀδιαίρετος εἰς ἑνότητα, καὶ εἰς δόξαν θεοπρεπῆ, ἐπεὶ καὶ ἄλλα ἔστιν ὡς ἴδιά σοι τοῦ ἐκ τῆς παρθένου ναοῦ, τὰ γυμνῷ καὶ μόνῳ πρέποντα τοῦ λόγου ἰδιοποιησάμενος· καὶ πάλιν αὐτὸς τὰ μόνῃ πρέποντα τῇ σαρκί. καὶ γὰρ ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι φησὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου· φοβεῖται δὲ, καὶ ταράττεται, καὶ ἀδημονεῖ ἐν τῷ τοῦ πάθους καιρῷ, καὶ ὡς αὐτὸς παθὼν ἀναγράπτει τὰ μόνῃ τῇ ἀνθρωπότητι πρέποντα πάθη.

B

v. 14. &c. *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet Filium hominis: vt omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

Καὶ καθὼς Μωϋσῆς ὕψωσε τὸν ὄφιν ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὕτως ὑψωθῆναι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν, μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

Postquam idoneam causam attulit ob quam ei res supra captum & naturam non exponit, descendit rursus ad ea quæ typicè facta sunt olim à Mose quum sciret ipsum exemplis potius ad veritatis agnitionem deduci posse, quàm spiritalium sermonum exquisita ratione. Planè autem necesse est, inquit, exaltari seipsum instar serpentis Mosaici, ostendens necessariò scrutandam esse historiam, ac illud tan-
Ioan. 5. tumnon incitens ignaro: *Scrutamini scripturas, quia illæ sunt quæ testimonium perhibent de me:* Serpentes quippe Iudæos in deserto quondam infestabant, qui cum spicarum in morem caderent, & ad eum qui periculum illud inopinato immiserat miserabiles ex immenso dolore voces iactarent, supernam & à Deo salutem D poscebant. Ille autem bonus ac misericors, vtpote Deus, Mosen iussit eis statuere serpentem ex ære, in eóque præmeditationem quandam vult esse futuræ per fidem salutis. Morsu enim serpentis laborantibus vnicum remedium erat, æneum illum coram intueri, & extremo discrimine fides cum illo obtutu liberabat. Sed hæc quoad historiam. Rursus autem ipsa re totum velut in typo delineat Incarnationis mysterium. Serpēs enim peccatum significat, sæuum illud & homini exitiosum, quod vniuersum genus humanum depascebatur, variis morsibus vnius cuiusque animam appetens, & multiplex nequitiæ venenum effundens, quod in tantum inualuerat vt aliter à nobis vitari non posset, quàm ope cælesti.

Ἀπολογησάμενος ἱκανῶς, καὶ τὰς αἰτίας αὐτὰς ἀποδοὺς, δι' ἃς οὐκ εἰς ἄκεφόν τι, καὶ ὑπερφυὲς ὁ τῆς πρὸς αὐτὸν διδασκαλίας αἰνιττόμενος λόγος, καταβαίνει πάλιν ὅτι τὰ διὰ Μωσέως τυπικῶς ἄνωθεν γεγονότα, χρησιμωτέρας μᾶλλον αὐτὸν ταῖς διὰ σημείων μᾶλις δυναμένῃ πρὸς ὑπόγνωσιν τῆς ἀληθείας ἐλθεῖν, ἢ πεζομαθοῦς ἀκριβολογίας, ἐξεπισάμενος. δεῖν δὴ πάντως ἑαυτὸν ὑψωθῆναι, φησὶν, ὡς τὸν ὄφιν τὸν διὰ Μωσέως, ἀναγκαιοτάτην ὑποδεικνὺς τῆς ἱστορίας τινὰ βάσανον, καὶ μονονουχὶ πάλιν ἐκφανῶς λέγων πρὸς τὸν νοοῦντα μηδὲν ἐρευνᾶτε τὰς γραφὰς, ὅτι αὗταί εἰσιν αἱ μαρτυροῦσαι περὶ ἐμοῦ. ὄφις μὲν γὰρ τοῖς ἐξ Ισραὴλ ἐπιπόνως τὴν ἔρημον, οἱ δὲ ἀσταχύων πίπτοντες δίκην, καὶ πρὸς τὸν ἀδοκήτως ὑποσκήψαντα κίνδυνον οὐ μετρίως ἀχθόμενοι, οἰκτρᾶς ἀφιέντες φωνὰς τὴν αἴωρην, καὶ παρὰ Θεοῦ σωτηρίαν ἐκάλουν. ὁ δὲ ἐπιτάττων ἦν ἀγαθός τε, καὶ φιλοικτίρμων, ὡς Θεὸς, ὅθεν αὐτοῖς ἀναστῆσαι χαλκοῦν κελεύει * Μωσέα· καὶ δὴ καὶ ἐν αὐτῷ προοιμιάζεται ὑποπτῆναι τὴν διὰ πίστεως σωτηρίαν. ἦν γὰρ τοῦ δηχθέντος ὁ φάρμακον, ὁ εἰς προσώπου τὸν ἰδεῖν τὸν κεκμηκότα, καὶ τὴν ὑπὲρ τοῖς ἐγκάτοις ἀπαλλαγὴν κινδυνώδη ἡ πίστις μετὰ τῆς θείας ἐκείνης ὁράσεως ἐπεσφραγίζετο. τὰ μὲν δὴ τῶν ἱστορίας ἐν τύποις. ὅλον δὲ πάλιν, ὡς ἐν τύπῳ τῷ προσώπου τὸ ὅλον δεσποτικῶς καταγράφει μυστήριον. ὄφις μὲν γὰρ τὸν πάντων, καὶ αὐθεντικώτατον ἁμαρτίαν σημαίνει, ἢ καὶ συμπᾶν ὅτι τῆς κατεδόσκετο ἔθνος, πολυτρόπως τοῦ ἑκάστου δάκνουσα ψυχὴν, καὶ πολυφόνῳ τοῦ φαυλότητος τὸν ἰὸν ἐκχέουσα· ἦν δὲ οὐχ ἕτερος ἡμᾶς τοῦτον νικῶν τὸν διαφυγεῖν, εἰ μὴ διὰ μόνης τῆς ἐξ

ὑφηγητὴν ἐπιτηδειότατος. γέγονε δίνιν ὁ Θεὸς λόγος
A ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, ἵνα καθαιρεθῇ
τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ, καθὰ γέγραπται, καὶ
τοῖς ἀτενίζουσιν εἰς αὐτὸν δι' ὀκτενεστέρας τὴν πίστεως, ἢ καὶ τὴν θείων δογμάτων ἐρεύνης, σωτηρίας ἀκαλλώπιστον παράσχοιτο αἰτιατήν. Ὃ δὲ ἐφ' ὑψηλῆς τινος κιονίδος ὄφις ἀνεσταυρώθη τὸ ὄφιν, δηλοῖ δὴ πάντως ὅτι ἐν περιφανείᾳ, καὶ ὑπερμάτην ψευδῆ Χριστὸν, ὡς ἀγνοηθῶμεν μηδενὶ ὅτι ἐκ γῆς ὑψωθῶμεν, καθὰ καὶ αὐτός που φησὶ, διὰ τὸ
B ὑπὲρ τοῦ σταυρῷ πάθος.

Factus est ergo Deus Verbum in similitudinem carnis peccati, vt damnaret peccatum in carne, sicut scriptum est, & respicientibus in ipsum intentiori fidem, aut diuinorum dogmatum inquisitione, æternæ salutis conciliator existeret. Quod autem in sublimi cippo serpens erectus fuerit, ostendit illustri & conspicuo in loco positum fuisse Christum, vt neminem lateret eum è terra exaltatum fuisse, sicut ipse quoque alicubi ait, propter passionem quam in cruce sustinuit.

Rom 8.

Οὕτως γὰρ ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

v. 16. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

Ἀναφανδὸν οὖν δείκνυσιν, ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ὑπάρχων ἐπιδείκνυται δηλονότι· εἰ γὰρ ἀναγκαίως ἡμῖν τὸν τοῦ Θεοῦ πεφηνότα παῖδα, εἰ μὴ πάντως καὶ Θεὸν, οὐκ ἐπακτὸν ἔχοντα τὸ ἀξίωμα, καθάπερ ἡμεῖς,
C ἀλλ' ὄντα ἀρχέτυπα τοῦτο κατ' ἀλήθειαν, ὅπερ ἐστὶ πιστεύεται. οἰκονομικῶς γε λίαν, καὶ τοῦτό φησι, τιμῶν εἰς ἡμᾶς τὸν Θεὸν ὁ παῖς τῷ ζηλῶσαι ἀγάπησιν ὑφ' ἡμῶν, διαφόρως τε λίαν εἰς τὸ ὑπὲρ τούτου λόγου ἐρχόμενος. δυσωπεῖ μὲν γὰρ ἀπιστοῦντα τὸν Νικόδημον, μᾶλλον δὲ ἤδη, καὶ ἀπειθοῦντα δηκνύς. Τὸ γὰρ μὴ λίαν ἑτοίμως ὅτι τὸ πιστεύειν ἐστὶ, Θεοῦ τι διδάσκοντος, τί ἂν ἕτερον εἴη λοιπὸν, ἢ τοῦ ψεύδους ἐγκλήματι παραδοῦναι τὸ ἀληθὲς; εἶτα πρὸς τούτῳ δίδωσι λέγων ἑαυτὸν ὑπὲρ
D τοῦ κόσμου ζωῆς, σὺν οἷς ἀναπείθει χορηγῶν, πόσης δὴ νομίζοιτο ἡμῶν εὐφορίας ἔνοχοι, πρὸς οὐδὲν ὀλιγωρίᾳ ἀπονοίας οἱ τὸν ὅτων ἀξιάγαστον τοῦ Θεοῦ καὶ παῖδος ποιησάμενοι χάριν. ὅταν γὰρ, φησὶν, ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ δέδωκεν. ἀκουέτω πάλιν ὁ χριστομάχος αἱρετικὸς, καὶ λεγέτω παρελθών, τί δὴ μέγα τὸ ἀγάπης τοῦ Θεοῦ καὶ παῖδος, ἢ πῶς ἂν αὐτῷ εἰκότως ἀποθαυμάσαιμι· ἀλλ' ἐρεῖ δὴ πάντως τὸ ἀγάπης ὀρθῶσθαι δὲ ἀξιάγαστον, ὅτι παῖδα δεδόσθαι τὸν υἱὸν
E ἐκ τοῦ ἡμῶν, καὶ τοῦτο μονογενῆ. ὁκνῶ ἵνα μὴ, καὶ σαίρησαι μεγάλην τοῦ Θεοῦ καὶ παῖδος εἰς ἀγάπησιν, ὑφ' ἡμῶν νοείσθω μὴ τοίνυν· υἱὸν δὲ φημὶ τὸν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ παῖδος, ὁμοούσιον δηλονότι καὶ γνήσιον, καὶ Θεὸν ὄντως, καὶ κατ' ἀλήθειαν. εἰ δὲ κατὰ τὸν σὸν λόγον, ὦ οὗτος, ὁ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Θεοῦ καὶ παῖδος οὐκέτι, καὶ ὃ εἶναι κατὰ φύσιν υἱὸς καὶ Θεὸς σωματοβαλές, καὶ ἀγνὸν λοιπὸν ὃ

Hic apertè ostendit Deum se esse secundum naturam. siquidem necessariò censendus est ille Deus, qui ex Deo Patre effulsit, non aduentitia dignitate præditus, sicuti nos, sed idipsum verè existens quod esse creditur. Singulari autem consilio id ait, scitè admodum & opportunè Dei ac Patris charitatem erga nos commemorans. Confundit enim incredulum Nicodemum, imò verò contumacem eum esse demonstrat. Cito enim ad credendum, Deo aliquid docente, non accedere, quid aliud est quæso quàm veritati mendacij crimen innectere? Præterea, dicendo seipsum dari pro mundi vita, imprimis cogitandum esse admoner, quanti supplicij rei sint, qui tam admirabilem illam Dei ac Patris gratiam pro nihilo ducunt. *Sic enim*, inquit, *Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum dederit.* Audiat rursus Christi hostis hæreticus, ac dicat obiter, quid magni habeat Dei ac Patris dilectio, aut quomodo ipsam merito admiremur? Sed respondebit vtique in ea dilectione id cerni admiratione dignum, quòd datus sit pro nobis Filius, adeóque vnigenitus. Igitur vt constet magna illa Dei ac Patris dilectio, Filius intelligendus est, non creatura. Filium autem dico, qui est ex substantia Dei ac Patris nimirum, ei consubstantialis, & reuera Deus. Quòd si iuxta tuam doctrinam, ô quisquis es, non est ex substantia Dei ac Patris, simul etiam naturalis Filius ac Deus esse desinet, & inanis erit demum eximia illa & ad-

mirabilis Patris dilectio. Creaturam enim pro creaturis ac non verè Filium dedit. Fruſtra verò nobis beatus Paulus
Heb. 10. terrorem iniiciet dicens: *Irritam faciens Legem Moyſi, ſine vlla miſeratione, duobus vel tribus teſtibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia qui Filium Dei conculcauerit?* Conculcat enim proculdubio, is qui ſpernit. atqui non vt Filium verum, ſed Moſis conſeruum, ſi quidem creatura eſt rei creatæ ſoror, in ratione rei creatæ, licet dignitate aut excellentia alterius gloriam ſuperet. At verum eſt Pauli dictum: & grauiorem pœnam luet qui Filium conculcauerit, non vt in creaturam peccans, nec in vnum ex Moſis conſeruis. Magna igitur eſt ac ſupernaturalis illa Patris dilectio, qui pro mundi vita illum ex ſeipſo & proprium Filium dedit.

A ωξέπυσεν ἡαῦμα ἡ ἀγάπης τῦ πατρός. ποίημα γὰρ ποιημᾶτ ἠλάξατο, καὶ οὐχ υἱὸν ἀληθῶς· εἰκῆ δὲ λέμας καὶ ὁ μακάριος Παῦλος θορυβήσῃ λέγων· ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν, ἢ τρισὶν μάρτυσιν ἀποθνήσκῃ, πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν υἱὸν τῦ Θεοῦ καταπατήσας; καταπατεῖ μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ὁ καταφρονήσας, ἀλλ' οὐχ ὡς υἱὸν ἀγνοῦν, ἀλλὰ Μωσέως ὁμόδουλον, εἴπερ δεῖ τὰ πεποιημένα τῷ ποίημα πάντως ἀδελφόν, καὶ γε τὸν ὑπὲρ πεποιῆσθαι λόγον, κἂν ταῖς εἰς ὃ μεῖζον, ἢ ἔλαττον ὑπεροχαῖς τὴν ἑτέρου δόξαν πλεονεκτῇ· ἀλλ' ἔστιν ἀγνοῦς ὁ τῦ Παύλου λόγος· χαλεπωτέραν δὲ ἀποτίσῃ τὴν δίκην ὁ καταπατήσας τὸν υἱὸν, οὐχ ὡς εἰς ποίημα πλημμελῶν, οὐδὲ εἰς ἕνα τῶν Μωσέως ὁμοδούλων. μεγάλη δὴ οὖν, καὶ ὑπερφυὴς ἡ ἀγάπη τῦ πατρὸς ὑπὲρ τῆς τῦ κόσμου ζωῆς τὸν ἐξ ἑαυτῦ καὶ ἴδιον αὐτῦ δεδωκότος υἱόν.

B

v. 17. *Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt iudicetur mundus per ipſum.*

C Οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτῦ εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτῦ.

Quoniam Filium Dei ac Patris ſeipſum apertè nominauit, id citra probationem dictum non vult, ſed ex rerum ipſarum, vt ita dicam, qualitate, demonſtrationem infert, auditores in fide confirmans. Non enim miſſus ſum, inquit, quemadmodum ſacrorum ille interpres Moſes, vt Lege terrarum orbem condemnem, neque ad peccatum D redarguendum mandatum fero, nec ſeruili fungor miniſterio, ſed qualem Dominum deceat benignitatem exhibeo. Vt Filius ac hæres Patris ſeruitute homines libero, condemnatricem Legem in iuſtificantem gratiam commuto, ſuorum criminum catenis conſtrictis peccata remitto: ſaluaturus orbem terrarum, non condemnaturus veni. Oportebat enim, inquit Moſen vt famulum nimirum, condemnatricis Legis miniſtrum eſſe, me verò vt Filium ac Deum, execratione Legis orbem terrarum vindicare, & benignitatis exuperantia infirmitatem mundi curare. Quod ſi iuſtificans gratia potior eſt mandato condemnatorio, qui non conſentaneum eſt arbitrari ſeruilem conditionem illum excedere, qui poteſtatem præ ſe fert adeò diuinam, & peccati vinculis hominem liberat? Vna hæc igitur eſt

Υἱὸν ἑαυτὸν διαῤῥήδην ὀνομάσας τῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, οὐκ ἀμάρτυρον ἐᾶν οἴεται δεῖν τὸν λόγον, ἀλλ' ἐκ τῶν πραγμάτ, ἵνα ὥστως εἴπω, ποιότητος ἐπιφέρῃ τὴν ἀπόδειξιν, ἀσφαλεστέρους εἰς πίστιν τοὺς ἀκροωμένους ἀποτελῶν. οὐ γὰρ ἀπεστάλην, φησὶ, καθάπερ τὸν ἱερὸν φάντην Μωσέα, νόμῳ καταγείων τὴν οἰκουμένην, οὐδὲ πρὸς ἔλεγχον τῶν ἁμαρτίας εἰσφέρων τὴν ἐντολὴν, οὐδὲ οἰκετικὴν ποιοῦμαι τὴν διακονίαν, ἀλλὰ δεσπότην πρέπουσάν τῇ φιλανθρωπίαν εἰσφέρω· ἐλευθεροῖ δὲ δοῦλον, ὡς υἱὸς καὶ κληρονόμος τῦ πατρὸς, μεταποιῶ τὸν καταδικάζοντα νόμον εἰς δικαιοῦσθαι χάριν, ἀπήμι τῶν ἁμαρτίας τὸν τῶν οἰκείων πλημμελημάτ κατισχυμένον σφετῶς, ἀνασώσων τὴν οἰκουμένην, ὑπὸ καταγείων ἐλήλυθα. ἔδει γὰρ ἔδει Μωσέα μὲν, φησὶν, ὡς οἰκέτην νόμου τῶν καταγείοντος ἡμέας διάκονον, ἐμὲ δὲ ὡς υἱὸν, καὶ Θεὸν τῶν νόμου κηπάρας ἀπολύειν τῶν οἰκουμένην, καὶ ταῖς εἰς φιλανθρωπίαν ὑπερβολαῖς θεραπεύσαι τῦ κόσμου τὴν ἀσθένειαν. Εἰ δὲ ἀμείνων ἡ δικαιοῦσα χάρις τῶν καταγειώσης ἐντολῆς, πῶς οὐκ ἀνάλογον ἤδη νοεῖν τὸ οἰκετικὸν ἀναβαίνειν μέτρον τῶν ὅτου δεσπόζειν τῶν ἐξουσίαν εἰσφέρονται, καὶ τῶν τῶν ἁμαρτίας δεσμῶν ἀφιέντα τὸν ἄνθρωπον; εἰς μὲν δὴ τῶν παρακαιμένων ὑποσ,

καὶ οὐκ ἀκομψος, ὡς οἶμαι, λόγος· δεύτερος δὲ ὅτι τούτῳ σχεδὸν τὸν αὐτὸν ἀνακυκλήσας τρεφόμενος, καὶ συνηθῆ πως τοῖς ἀνω τὴν ἀκρασίαν εἰσφέρων, οὐ φιλομαθίας εἰρήσεται. ἐπεὶ γὰρ τὸν Νικόδημον ὁ Σωτὴρ τοῖς Μωσαϊκοῖς ἐμπεπηγότα νόμοις, καὶ τὸν μὲν ἀρχαιοτέρας ἀπείξ ἐχόμενον ἐντολῆς, ἀποφεύγοντα δέ πως ὡσὶ τὸν σχεδὸν πάντας διαλήψιν, καὶ ὡσὶ τὸν νέαν, καὶ θεαρχικὴν καταστοχαζόμενον πολιτείαν, οἰηθέντα, καὶ ὃ εἰκὸς, φορτικωτέραν ἔσεσθαι ταύτην τὴν ἤδη διαπεπαγμένων. Οὐκ ἀγνοήσας διαφεύγων, ὡς Θεὸς, τὸν ἐξ ἀμαθίας ἐπεισαγόμενον φόβον, ἐνὶ καὶ ἀποτόμῳ χρησάμενος λογισμῷ, τὸ ὅτι τούτῳ βαρύτερον ἐπιδείκνυσι, καὶ πλὴν μὲν Μωσέως ἐντολὴν, ἀφὰ τὸν καταγινώσκειν τὸν κόσμον, δυσχερεστέραν ὕστερον ἐπιδεικνύς, ἡμερότητος δὲ βεβαιότητα ἑαυτὸν εἰσφέρῃ, λέγων, ὁ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν εἰς τὸν κόσμον, ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ.

A nec insulsa, vt opinor, verborum propositorum ratio. Altera verò eadem pene complectens, & superiori doctrinæ affinis afferetur. Saluator cernebat Nicodemum Mosaïcis affixum Legibus, & veteri quidem mandato mordicùs adhærere, & ad regenerationem spiritalem quodammodo exhorrescere, atque ad nouam & Euangelicam vitam torpere, ratum, vt credibile est, hanc legalibus mandatis fore difficiliorem. Cum ergo non ignoraret, vtpote Deus, B timorem ex imperitia ipsum inuasisse, vnica breuique ratione perturbationem illam adimit, & præceptum quidem Mosaïcum ex eo quod orbem condemnat, intolerabilius esse demonstrat, seque benignitatis largitorem exhibet, dicens: *Non enim misit Deus Filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.*

Ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν οὐ κρίνεται· ὁ δὲ μὴ πιστεύων, ἤδη κέκριται, ὅτι μὴ πεπίστευκεν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. C v. 18. *Qui credit in Filium non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine vnigeniti Filij Dei.*

Πληροφορήσας ἀφ' ἑαυτοῦ, ὅτι ἐξ υἱὸς ὑπάρχει τοῦ Θεοῦ καὶ παῖς, ἐκ τῆς Μωσέως διακονίας ἀξιολογωτέραν εἰσφέρῃ τῷ κόσμῳ τὴν χάριν· πῶς γὰρ οὐκ ἄμεινον τοῦ κατακρίνεσθαι νόμῳ, τὸ δικαιοῦσθαι χάριτι; τίνον οὖν ἕτερον ἐπινόησεν, ὡς Θεὸς, εἰς πίστιν ἐπάγων, πανταχόθεν τοὺς ἀπολωλότας συνελαύνων εἰς σωτηρίαν. προτίθησι τοίνυν τῷ μὲν πιστεύοντι ἡμᾶς τὸ μὴ κρίνεσθαι τοῖς κείνοις, τῷ δ' ἀπειθοῦντι κόλασιν, εἰς τὴν αὐτὴν καὶ μίαν δι' ἀμφοῖν ὁδοῦσαν ὁδὸν, καὶ τοὺς μὲν ἐφέσει, τῇ περὶ τὴν χάριν, τοὺς δὲ φόβῳ τῶν παθῶν, ὅπως τῷ πιστεύειν ἰσχυρὰν μακροθύμως συγκαλῶν· χαλεπὸν γὰρ καὶ μέγα τὸ ἀπιστίας δηκτικὸν ἔγκλημα, ἐπείπερ ὅστις ἐστὶν υἱὸς καὶ μονογενής. ὅσῳ γὰρ αὖ ἀξιόπιστον ὑπάρχει τὸ παρεγκάλυμον, τοσοῦτον μειζόνως εἰς τὸ πλημμελῆσαν δηνὰ τὸ ἁλισκόμενον καταδικασθήσεται. ἤδη δὲ κεκρίσθαι τὸν ἀπιστοῦντά φησιν, ὡς αὐτὸν ἤδη καθ' ἑαυτὸν πάλαι τὴν τοιάδε εἰσενηνοχότα ψῆφον, δι' ὧν ἐγὼ παραιτεῖσθαι τὸν τοῦ μὴ κρίνεσθαι χορηγόν.

Αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις, ὅτι φῶς ἐλήλυθεν εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἠγάπησαν οἱ ἄνθρωποι τὸ σκότος μᾶλλον, ἢ τὸ φῶς.

Οὐκ ἀζήτητον ἀπολιπεῖν ἐᾷ τὴν ἀπειθούντων τὸ

Postquam rebus ipsis probauit se Dei ac Patris Filium existere, & Mosis ministerio præstabiliorem mundo gratiam inuehere, (qui enim præstabilius non est iustificari gratia, quàm Lege condemnari?) aliam rationem excogitat vt Deus, quâ deducamur ad fidem, quotquot perierant vndique congregans ad salutem. D Proponit igitur hoc præmium credenti, quòd non vocandus sit ad iudicium, non credenti autem supplicium, in vnam eandemque viam vtrinque tendens, & hos quidem promissione gratiæ, illos terrore cruciatus ad fidem benignè conuocans. Graue autem & magnum esse crimen infidelitatis ostendit, quandoquidem Filius est atque vnigenitus. Quanto enim præstat illud quod contumeliam accipit, tanto grauius is qui intulit condemnabitur. E Iam vero iudicatum esse ait incredulum, puta quòd ipse iam in seipsum sententiam tulerit, cum sibi conscius sit repudiasse eum per quem fit vt non condemnemur.

v. 19. *Hoc autem est iudicium, quia Lux venit in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quam lucem.*

Non finit indiscussum remanere incre-

dulorum iudicium. addit verò causas, & apertè ostendit, quòd iuxta illud Prouerbiorum, *non iniquè tenduntur retia volucribus*. Qui enim, inquit, lucis participes esse cùm possint, in tenebris iacere malunt, quomodo non mala sibi arcessere credentur, cum sua sponte ea patiantur, quæ effugere liceret si æqui rerum æstimatores esse vellent, & tenebris lucem, atque honesta turpibus anteferre? Præterea liberam à necessitatis vinculis hominis voluntatem seruauit, & suopte nutu in vtramque partem tendentem, vt ob benè acta laudem iure suscipiat, & ob contraria punitionem. Quod alibi quoque ostendit, dicens: *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis: quod si nolueritis, neque exaudieritis me, gladius deuorabit vos.*

Prou. 1.

Esa. 1.

κεῖμαι· ὅπι λέγ ἡ τὰς αἰτίας, καὶ δηκνύς ὅφως, ὅτι καὶ τ παρειμιώδη λόγον, οὐκ ἀδίκως ἐκτείνεσθαι δίκτυα πτερωτοῖς· οἱ γὰρ, ἐξὸν καὶ φωτίζεσθαι, φησὶ, ὃ ἐν σκότῳ κεῖσθαι ἡμῖν δοκοῦσι, πῶς οὐκ ἂν εἶεν εἰκότως αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν τ δίκην εἰσαγαγόντες, καὶ τὴν ἀμείνονων δόξαν ποιεῖσθαι μᾶλλον ἐθέλοντες τὰ αἰσχίονα; ἐλεύθερον δὲ πάλιν τ ἐξ ἀνάγκης δεσμῶν πεποίηκε τὴν αἵρεσιν, καὶ ῥοπὰς οἰκείας ἑκάτερον νεύειν, ἵνα δέχηται δικαίως ἔπαινόν τε τὸν ἐπ' ἀγαθοῖς, καὶ τιμὴν ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις κόλασιν· ὥσπερ οὖν ἀμέλει καὶ ὁ ἕτερος τοῦτο δέδηχεν, εἰπών· ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε, ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται.

v. 20. *Omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.*

Πᾶς γὰρ ὁ φαῦλα πράσσων μισεῖ τὸ φῶς, καὶ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ ἐλεγχθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Vtiliter pergit in expositione eius quod dictum est, & in bonis capessendis segnitiem ex improbitatis studio profectam arguit, eamque radicem habere, quòd nimirum ea discere nolit, per quæ quis sapiens euadat ac bonus. Fugit enim, ac renuit malorum artifex, inquit, diuina in luce versari, non vitij pudore (nam si hoc ei contingeret, seruaretur) sed quòd in virtutis ignoratione manere velit, ne si peccet in acriores demum conscientiæ stimulos incurrat, & cognitione boni grauiores daturus sit Iudici pœnas, quòd nolit ea facere quæ Deo sunt placita.

Ἐπεξεργάζεται χρησίμως τὸ εἰρημένον, καὶ τὸν ὅτι τῆς συμφερούσης ὄκνον ἐξ ἀγάπης ὄντα τῆς εἰς τὸ φαῦλον ἐλέγχει, καὶ ῥίζαν ἔχοντα τὸ μὴ βούλεσθαι μαθεῖν, δι' ὧν ἂν γένοιτο ὡς ὅφος τε, καὶ ἀγαθός· φεύγει μὲν γὰρ, καὶ παραιτεῖται, φησὶν, ὁ τῶν πονηρῶν ἐργάτης τὸ ἐν φωτὶ γένεσθαι ὡς θείῳ, οὐκ αἰδοῖ τῇ δικῇ τὸ φαῦλον ἐγκαλυπτόμενος· ἢ γὰρ ἂν ἐσώθη τοῦτο παθών· ἀλλ' ἐν ἀγνοίᾳ μᾶλλον τ παρέπεσθαι ἀγαπῶν, ἵνα μὴ πλήρεσι πλημμελῶν, πικροτέρας ἤδη τοῖς ἀπὸ τῆς συνειδότος ἐλέγχοις παρασθῇ, καὶ δικῇ τῆς λοιπὸν ἐξεπίστασθαι τὸ ἀγαθὸν, δυσαρεστοτέρων ὑφέξων τῷ κείνοντι δίκην, εἰ μὴ βούλοιτο ὁρᾶν, ἅπερ ἂν ἀρέσοι Θεῷ.

Qui autem facit veritatem, (hoc est qui diligit opera veritatis, & ea facit) *venit ad lucem, vt manifestentur opera eius; quia in Deo sunt facta.*

Ὁ δὲ ποιῶν τὴν ἀλήθειαν, τοῦτ' ἔστιν, ὁ τῶν τ δικαιοσύνης ἔργων ἐραστής τε, καὶ ποιητὴς, ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα αὐτοῦ, ὅτι ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα.

Non enim spiritalem spernit illuminationem, per ipsam eò maximè perductus, vt nõ temerè intelligere possit, num diuinum mandatum sit prætergressus, & an omnia iuxta Dei legem peregerit. Manifestum igitur argumentum est efrænati ad vitium impetus, & intemperantis libidinis, discere nolle ea per quæ

Οὐ γὰρ παραιτεῖται τ ἐν πνεύματι φωτισμὸν, ἐξ αὐτοῦ δὴ μάλιστα πρὸς τὸ δύνασθαι νοῦν ἀσυναπάτως χρῆσαι γεγαρυκὼς, εἰ μὴ τ θείαν ἐκβέβηκεν ἐντολὴν, καὶ εἰ πάντα κατὰ νόμον εἴργασται Θεοῦ. ἔστι δέ τινων ἀπόδειξις ἐναργὴς τῆς μὴ εἰς τὸ φαῦλον ἀχαλίνου ῥοπῆς, καὶ ἀκρατοῦς πρὸς τὸ χεῖρον ἡδονῆς, τὸ μὴ ἐθέλησαι μαθεῖν,

τὰ δι' ὧν αὐτὸς ἴσχυσι τοὺς πρὸς τὸ ἄμεινον ἀναδραμεῖν· τῆς γὰρ ὅτι τοῖς ἀρίστοις ὑπῆρχε σπουδῆς, τὸ φωτίζεσθαι διὰ βίβλων, καὶ ὥσπερ τινα κανόνα, καὶ ἀπόλυτον πρὸς τὴν ἀρίστην πολιτείαν τῷ Θεῷ, τὸν αὐτοῦ ποιεῖσθαι νόμον· ὅταν εἰδὼς ὅτως ἔχει, καὶ ὁ ψαλμῳδὸς, ὁ νόμος κυρίου ἄμωμος ἐπιστρέφων ψυχάς, ἡ μαρτυρία κυρίου πιστὴ σοφίζουσα νήπια· τὰ δικαιώματα κυρίου εὐθέα εὐφραίνοντα καρδίας, ἡ ἐντολὴ κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμούς.

A ad meliorem frugem reuerti possis: probitatis autem ac virtutis, cupere vt lucis compos euadas, & regulam veluti quandam & amussim vitæ Deo placentis eius Legem facere. Quod cum ita esse diuinus Psaltes nosset, canebat: *Lex Domini immaculata conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans parvulis. Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda, præceptum Domini lucidum illuminans oculos.* *Psal. 18.*

B

Καὶ μετὰ ταῦτα ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν μετὰ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ· ἦν δὲ καὶ Ἰωάννης βαπτίζων ἐν Αἰνὼν ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ, ὅτι ὕδατα πολλὰ ἦν ἐκεῖ, καὶ παρεγίνοντο, καὶ ἐβαπτίζοντο. οὔπω γὰρ ἦν βεβλημένος εἰς τὴν τοῦ φυλακεῖον ὁ Ἰωάννης.

v. 22. &c. *Et post hæc venit* IESVS *& discipuli eius in Iudæam terram. Erat autem & Ioannes baptizans in Ænon iuxta Salim: quia aqua multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur. nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem.*

Πέρας ἤδη λαβοῦσης τοῦ κατὰ Νικόδημον ὁμιλίας, ἕτερόν τι πάλιν ἐξαρτύει χρησιμώτατον ὁ θεσπέσιος Εὐαγγελιστής. πνεύματι γὰρ τοῦ θείου φωταγωγούμενος πρὸς τὴν τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐξήγησιν συνῆδεν, ὅτι λειτελὴς σφόδρα τοῖς σωτευξομένοις τὸ διαφανὲς σαφῶς, πόσην ἔχει τὴν ὑστεροχὴν, ἢ τοῖς ὅσοις ὑστέρησεν μέτοις, ὡς πρὸς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα τὸ διὰ Χριστοῦ· ἦν γὰρ ὄντως ἐλπίδος ἃ μακρὰν ἀναδέχεσθαί ποτε τοὺς ἀποπλανᾶσθαι ἐξ ἀνοίας εἰπεῖν, ἢ μανθάνειν ὅλως ἐν αὐτοῖς ὑστάρχειν τὸ διαφορὰν, ἰσομέτροις δὲ αὐτὰ χρῆσθαι τεθεικέναι ἡμᾶς, ἢ τοῦτο εἰς ἀγενεστέραν ἀπαγόντας ἐξολισθάνοντας, τὴν μὴ ὅτι τοῖς ἀμείνοσι φέρον ὠφελεῖσθαι τοῦ διὰ Χριστοῦ, τὸ γένος τῶν διὰ ὕδατος ἀναγομένων ἐπαισχύνεσθαι. ποῖον γὰρ θράσος τοῖς ἀπαιδεύτοις ἐπιβαίνει, ἢ ἀφ' ποίας ὑπερηφανίας δυσφημίας, οἱ τῶν ἱερῶν τοῦ ἐκκλησίας δόγμασι ἐξαισχύνθροι, καὶ πάντα τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, καθάπερ γέγραπται; ἵνα τοίνυν τὸν ἐκείνων ἀθυρογλωσσίας παραιτήσηται αἰτίας ὁ Σωτὴρ Εὐαγγελιστὴς, αὐτὸν ἡμῖν εἰσφέρει τὸν ἅγιον βαπτίζειν τοῖς οἰκείοις μαθηταῖς τὸν ζητούμενον τοῦ λύσιν. βαπτίζει τοιγαροῦν ὁ Χριστὸς διὰ τῶν ἑαυτοῦ μαθητῶν· ὁμοίως γὰρ Ἰωάννης, οὐ μὴν πάντως διὰ χειρὸς ἑτέρων, ἀλλ' οὐδὲ ἐν αὐταῖς ἐκείναις ἐβάπτιζε ταῖς πηγαῖς, ἐν αἷς τὸν παρόντων ἐφαίνετο Χριστὸς, ἀλλὰ πλησίον τοῦ Σαλείμ, καθάπερ γέγραπται, καὶ εἰς μίαν τινὰ κύκλῳ καὶ μείονα πηγὴν, καὶ δι' αὐτῆς ἑκάτερον διορίσαι φημὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων πηγὴν, τὸν ὅτι τοῦ βαπτίσματος ἀπὸ ἀγενεστέρου διαφορὰν,

Finitq; Christi cum Nicodemo colloquio, aliud quiddam vtilissimum iterum struit diuinus Euangelista. Diuino quippe illuminatus Spiritu ad res necessarias exponendas, sciebat magno vsui fore auditoribus, si clarè agnoscerent quanto interuallo Ioannis baptisma Christi baptismate superetur. Metus enim erat profecto non dubius, exorituros aliquos, qui præmentis inopia dicere auderent, vel nullum esse prorsus eorum discrimen, sed pari vtrumque in pretio habendum, vel ex hac in agrestiorem insciti am delapsos Christi baptisma postponere, priorem autem locum baptismo qui per aquam fit impudenter & insolenter adscribere. Quod enim audaciæ genus intentatum relinquunt imperiti, aut quam blasphemiam non arripiunt, qui insurgunt aduersus Ecclesiæ dogmata, & omnia, vt scriptum est, recta peruertunt? Vt ergo sapiens Euangelista procaces illorum voces prius euerteret, ipsum nobis inducit sanctum Baptistam suis discipulis rei quæsitæ solutionem exponentem. Baptizat itaque Christus per suos discipulos: Ioannes similiter, non tamen profectò per aliorum manus, sed neque in illis ipsis fontibus baptizabat, in quibus Christus hoc facere cernebatur, sed prope Salem, vt scriptum est, & in fonte quodam qui vicinus erat, & illo Iudaïcorum fontium discrimine baptismi discrimen quodammodo ostendens,

C D E *Mich. 3.*

& obscurè innuens, idem non esse baptisma Ionnis cum eo quod à Saluatore nostro Christo factum est: proximum tamen esse & circa ipsum, vt doceret præparationem quandam & rudimentum esse perfectioris. Quemadmodum ergo Lex Mosaica vmbram habere dicitur futurorum bonorum non veram ipsam rerum imaginem (est enim præexercitatio quædam, & cultus spiritalis rudimentum, occultam intrinsecus veritatem perturiens) ita quoque de baptismo illo in pœnitentiam censendum est.

A κὴ καλασημαίνων, ὡς δι' αἰνίγματος, ὡς ζωτὸν μὲν οὐκ ἔστι τῷ βαπτίσματι τὸ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ ὃ δι' αὐτοῦ· πλησίον δὲ ὅμως, κὴ περὶ αὐτό, προμηθεύσαιν τινα, κὴ εἰσαγωγὴν εἰσφέρων τοῦ τελειοτέρου. ὥσπερ οὖν κὴ ὁ νόμος ὁ τοῦ Μωσέως, σκιὰν ἔχειν λέγεται τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων· προτύπωσιν γάρ τι, κὴ προκατήχησιν τὸ ἐν πολλοῖς μυστηρίοις τελετῆς ὂν γράμμα δηλοῖ ὃ μωσαϊκὸν, κεκρυμμένην ἔσωθεν ὠδῖνον τὴν ἀλήθειαν· ὕτω νοητέος
B κὴ ὁ εἰς μετάνοιαν βάπτισμα.

v. 25. *Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione: Et venerunt ad Ioannem, & dixerunt ei.*

Ἐγένετο οὖν ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίων περὶ καθαρισμοῦ, κὴ ἦλθον πρὸς τὸν Ἰωάννην, κὴ εἶπον αὐτῷ.

Cum Iudæi Legales lustrationes defendere non possent, nec purificationi buculæ cinere fieri solitæ patrocinari, quiddam in Ioannis discipulos ordiuntur, quo sperabant se negotij non parum eis allaturos, quamuis in
C suis facile superarentur. Nam quoniam beati Baptistæ discipuli, magistri sui baptisma suspicientes, & purificationes Legales impugnantes, præstare iam Pharisæis virtute & eruditione videbantur, ideò grauiter & inique id illi ferunt, in conuiciando solùm vehementes, & ad omnem malitiam expediti. Et certè aliò respicientes, laudant Christi baptismum, non quòd ita sentirent, neque quod veras ei laudes affunderent, sed animo tantum lacessendi, & præter sententiam id facientes, donec ad exitum consilium suum perducerent. Ra-
D tione ergo nullatenus demonstrare queunt, nedum testimoniis scripturæ Christo patrocinantur: (Vnde enim istud ingenij hominibus imperitis?) sed ad confirmanda sua dicta illud allegant, paucos admodum ad Ioannem, multos verò gregatim ad Christum confluere. Sperabant enim forsan isti oppidò væcordes victoriæ calculum se reportaturos, & legalibus
E lustrationibus potiores partes datum iri, eoque nomine se gloriaturos, si Christi baptismum ei qui manu Ioannis tradebatur anteferrent, & molestiam profecto creaturos iis ad quos verba faciebant. Sed discedunt tandem, & ex inconsiderata disputatione multò magis victi digrediuntur. Do-

A τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς παλινδρομεῖν αὐτὸν εἰς Ιεροσόλυμα, καθάπερ ἐν τύποις ἢ αἰνίγμασιν ἀποφαίνῃ πάλιν τὴν ἐσομένην εἰς Ιουδαίους τοῦ Θεοῦ ἐπιστροφὴν ἐν φιλανθρωπίας ἀποτροπῇ ἐν ἐσχάτοις τοῦ παρόντος αἰῶνος καιροῖς, καθ' ὃν καὶ οἱ ἀεὶ δι' αὐτὸν ἀναστοιχειούμενοι πίστεως, ὡς ὅτι ἐν σωτηρίῳ πάθῃ πανσέμνους ἑορτὰς ἐπιτελοῦμεν ἑορτάς. Ὅ τε θεραπεύεσθαι τὸν παράλυτον πρὸ καιροῦ τοῦ κατὰ νόμον τελείου, σημαίνει πάλιν ὡς ἀεὶ τύπου τοῦ συμβεβηκότος, ὅτι δυσεβῶς ἐμπροσύνους ὁ Ισραὴλ τῷ Χριστῷ ἀθετήσει μὲν, καὶ παραλυθήσεται, καὶ μακρὸν ἐν ἀρρωστίᾳ καταπεπλῆχθαι χρόνοις, οὐ μὴν εἰς τελείαν οἰχήσεται κόλασιν, ἀλλ' ἕξει ὡς αὐτὸ παράλυτον τοῦ Θεοῦ ἐπισκοπὴν, καὶ ὑγιασθήσεται καὶ αὐτὸς ἐπὶ τῇ κολυμβήθρᾳ δι' ὑπακοῆς καὶ πίστεως. ὅτι ἡ τέλειος κατὰ νόμον τὸν θεῖόν ἐστιν ὁ τεσσαρακοντὰ ἀριθμὸς, οὐδαμόθεν ἂν γένοιτο χαλεπὸν ἐκ μαθεῖν, τοῖς ἅπαξ τῆς θείας ὁμιλοῦσι γραφῆς.

B

C

Dixit ei IESVS: *Vis sanus fieri? Respondit ei languidus.*

Λέγει αὐτῷ ὁ Ιησοῦς, Θέλεις ὑγιὴς γενέσθαι; ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ ἀσθενῶν.

Manifestum argumentum summæ Christi bonitatis, quòd vtique laborantium preces non expectet, sed petitionem benignitate sua præueniat. Occurrit enim, vt vides, iacenti, & miseratur ægrum antequam ei supplicet. Quod autem interrogat vtrum velit infirmitate liberari, non istud est ignorantis id quod omnibus certè patebat, sed ad vehementius illius rei studium excitantis & ad flagitandam sanitatem instigantis. Quòd autem interrogat, vtrum velit re optata frui, emphasim quandam habet, qua significat se eam præbere posse, iamque ad id præstandum paratum esse, solamque petitionem eius qui gratiam accepturus erat præstolari.

Απόδειξις εναργὴς τοῦ εἰς ἄκρον ἀγαθότητος τοῦ Χριστοῦ, ὃ μὴ πάντως ἂν ἀπὸ τῶν καμνόντων ἱκετείας ἐκδέχεσθαι, φθάνει δὲ αὐτῶν τῇ φιλανθρωπίᾳ τὴν αἴτησιν. ὑπαντᾷ γὰρ ὡς ὁρᾷς ᾧ κειμένῳ, καὶ κατοικτείρει τὸν κάμνοντα τοῦ θεραπεύσεως δίκα. Ὅ τε εἰ βούλεται τῆς ἀῤῥωστίας ἀπαλλάττεσθαι φιλοπόνως, καὶ διερωτᾷ ἵνα ἐξ ἀγνοίας ὃ πᾶσιν ὁμολογουμένως καταφανές, ἀλλ' εἰς θερμοτέραν διανιστάντος ἐπιθυμίαν τοῦ πράγματος, καὶ πρὸς ὃ λίαν ἐσπουδασμένος αἰτεῖν παροτρύνοντος. Ὅ τε εἰ βούλεται τοῦ παρουσιῶν τυχεῖν ἐρωτᾷν, ἔμφασιν ἵνα καὶ λόγον ὡδίνῃ δύνασθαι τοῦ ἄγειν, ἑτοίμου τε ἤδη πρὸς τοῦτο γίνεσθαι, μόνου ἐπιμένοντα τοῦ τὴν χάριν κομιζομένου τὴν αἴτησιν.

D

Domine, hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dixit ei IESVS: *Surge,*

Κύριε, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω ἵνα ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ ἐμβάλῃ με εἰς τὴν κολυμβήθραν· ἐν ᾧ γὰρ ἔρχομαι ἐγὼ, ἄλλος πρὸ ἐμοῦ καταβαίνει· λέγει αὐτῷ ὁ Ιησοῦς ἔγειρε.

E

Circa diem sanctæ Pentecostes Angeli descendentes de cælo piscinæ aquam turbabant, ex eóque sonum edebant in signum suæ præsentiæ. Et aqua ex sanctis spiritibus sanctificabatur: Quòd si quis ex ægrotantium turba prius quam cæteri descendisset,

Κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς, ἄγγελοι καταφοιτῶντες ἐξ ὑψηλοῦ τὸ τῆς κολυμβήθρας ἐξετάραττον ὕδωρ, εἶπα τε ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο τύπον τῆς ἑαυτῶν ἐπισκοπῆς τε καὶ παρουσίας· καὶ τὸ μὲν ὕδωρ ἐξ ἁγίων πνευμάτων ἡγιάζετο· εἰ δέ τις ἔφθη προκαταλαβὼν τῆς τῶν ἰουδαίων πληθύος,

Θ σωτικὸν αὐτὸν ἀποφορτισάμενος ἀνέβαινε πάθος, εἰς ἕνα δὲ μόνον τὸν προφαντάζοντα συνεμετρεῖτο τ ἀρετῆς τὸ δυνάμεως· ἀλλ' ἰῶ καὶ τοῦτο σημεῖον τῆς δι' ἀγγέλων νομικῆς ὠφελείας ἐφ' ἓν γὰρ μόνον τὸ τῶν Ἰουδαίων γένος ἐκτεινομένης, ἕτερον ἦν ἐπ' αὐτοῖς προφητεύοντα σαλεύειν. ἀπὸ γὰρ Δὰν τὸ καλουμένης, καὶ ἕως Βηρσαβεὲ τὰ δι' Μωσέως ἐκαλεῖτο προστάγματα, διακονούμενα δι' ἀγγέλων ἐν ὄρει Σινᾶ τῇ τῶν ἡμέρας τ ὑστεραίᾳ ἑορταζούσης ἁγίας Πεντηκοστῆς. διὸ γάρ τοι τοῦτο, τῆς κολυμβήθρας ὁρᾶς τὸ ὕδωρ οὐκ ἐν ἑτέρῳ συνεκαθέζετο καιρῷ, πλὴν τῶν ἁγίων ἀγγέλων εἰς ἑαυτὸ σημεῖον διὰ τούτου καταδρομήν. οὐκ ἔχων τοιγαροῦν ὁ παράλυτος τ εἰς τὸ ὕδωρ ἐξαποστέλλοντα, μᾶλλον τὸ συνέχοντος πάθους, καὶ πλὴν τ προφητῶν ἐρημίαν ἐμφανῆ λέγων, αὐθρωπον οὐκ ἔχω, τὸν εἰς τὸ ὕδωρ καταβαλοῦντα δηλαδή. τοῦτο γὰρ πάντως ἐφῆν τε καὶ συμβουλεύων αὐτῷ προσεδέχετο τὸν Ἰησοῦν.

Ἆρον τ κράβαττόν σου, καὶ περιπάτει· καὶ εὐθέως ἐγένετο ὑγιὴς ὁ ἄνθρωπος, καὶ ἦρε τ κράβαττον αὐτοῦ, καὶ περιεπάτει· ἦν δὲ σάββατον τὸ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

Θεοπρεπὲς δ' ἐπίταγμα, καὶ τ νόσῳ ἄνθρωπον δυνάμεως τε καὶ ἐξουσίας ὑπεραρχαζόντως ἔχον τ ἀπόδειξιν. ἀναδέχεται γὰρ τῷ χειμῶνι τ ἀῤῥωστίας τ λύσιν, ἵνα μὴ καταξίνας φαίνοιτο καὶ αὐτὸς τ ἁγίων προφητῶν, ἀλλ' ὡς τῶν δυνάμεων κύριος ἐξουσιαστικῶς ἐπιτάττῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἔργα μὲν οἰκαδε βαδίζειν εἰπὼν, ἐπωμάδιον δὲ ποιεῖσθαι τὸ κλινίδιον, ὑπόμνημα τ ὧν ἀναπέπαυτο ἰσχύος τοῖς ὁρῶσιν ἐσόμενον. προφητῇ γὰρ παραχρῆμα τὸ προστάττειν ὁ νοσῶν, καὶ δι' ὑπακοῆς, καὶ πίστεως τ τελικὸν ἔπαθλον ἑαυτῷ προμαστεύεται χάριν. ὅπερ δὲ διὰ τ προφητῶν εἰς εἰκόνα καὶ τύπον τ τ Ἰουδαίων πλήθους αὐτὸν εἰσηγάγομεν, ὡς μιμήσασθαι ἂν ὑστέρους ἀναπαύεσθαι καιροῖς· φέρε δὴ τί πάλιν ἐπινοήσωμεν τοῖς εἰς τοῦτο συμβαῖνον ἀνισίας αἰτιάσεως τοῖς προεξηλασμένοις. ὁ σαββάτῳ τ ἄνθρωπον ὑγιάζῃ Χριστὸς, ὑγιάσαντα δὲ προσκρούσεις πλὴν νομικὴν ἐπιτάττῃ προβαλεῖν σωτηρίαν, προστάττων αἰτιᾶσθαι τὸ σαββάτῳ, καὶ τοῦτο παῖ κλινιδίῳ περιφορτισμένον, κἂν τοι ἀληθῶς βοᾷντος τ Θεοῦ δι' ἑνὸς που τῶν ἁγίων προφητῶν· ἐὰν οὖν ἐξοίσετε βασάγματα ἐξ οἰκιῶν ὑμῶν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων· ἐν ᾧ δ' ἂν που φήσειν αὖ ὃς γε

A depoſito infeſto morbo ſanus redibat, ſed ſanationis vis & ratio ei tantum congruebat qui prior occupaſſet: Quod ſignum quoque erat auxilij illius Legalis per ſanctos Angelos ad vnam ac ſolam Iudæorum gentem pertinentis, ac nullam præterea curantis. A Dan enim vſque ad Berſabee Moſaïca præcepta prædicabantur miniſtrata per Angelos in monte Sina circa dies ſanctæ Pentecoſtes vltimo conſtitutæ. Ideóque piſcinæ aqua alio B tempore non turbabatur, ſignificans ſanctorum Angelorum in ſe deſcenſum. Paralyticus itaque cum non haberet à quo in aquam deiiceretur, tam morbum quàm inopiam ſuam deflebat, dicens: Hominem non habeo, qui me nimirum in aquam demittat. Expectabat enim ſibi ab IESV datum iri conſilium.

C *Tolle grabatum tuum, & ambula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille, & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem Sabbatum in die illo.*

Deo conueniens eſt illud iuſſum, & virtutis ac poteſtatis humanam mediocritatem excedentis manifeſtiſſimum habet argumentum. Non enim precatur ſanitatem ægro, ne ſanctis aliquibus Prophetis ipſe quoque ſimilis videatur, D ſed tanquam virtutum Dominus pro nutu ac poteſtate fieri præcipit, iubens vt lætus domum redeat, & lectulum humeris tollat, vt ſpectatores virtutem eius qui ſanauit inde colligerent. Iuſſa autem facit ægер illicò, & per obedientiam ac fidem optatiſſimam ſibi gratiam conciliat. Quoniam autem in præcedentibus ipſum in figuram & typum populi Iudaïci protulimus, quaſi in vltimis temporibus ſanandi: agedum rurſus excogitemus E aliquid, quod prioribus illis ſententiis reſpondeat. In Sabbato Chriſtus hominem ſanat; ſanatum verò ſtatim obſeruationem Legalem ſoluere iubet; ſuadens vt in Sabbato iter faciat, idque lectulo oneratus, licet apertè clamet alicubi per vnum ſanctorum Prophetarum Deus: *Neque exportabitis die Sabbati pondera è domibus veſtris.* Neque verò dixerit quiſquis ſanæ vſquam ſit mentis, *Hier. 17.*

hominem illum diuinorum mandatorum reddi contemptorem: Christus enim velut in typo Iudæis ostendebat eos quidem sanatum iri per obedientiam ac fidem in extremis seculi temporibus: hoc enim arbitror significare Sabbatum, qui dies est vltimus hebdomadis: Per fidem vero sanatos & in nouitatem vitæ reformatos literæ quidem legalis vetustatem necesse est abucere, & cultum typicum repellere. Hinc occasione sumpta beatum quoque Paulum opinor scripsisse iis qui post fidem susceptam reuertuntur ad Legem: *Dico autem vobis, quia si circumcidimini, Christus vobis nihil proderit.* Item: *Euacuati estis à Christo, qui in Lege iustificamini, à gratia excidistis.*

Gal. 5.

A σαφεστοίη, καὶ παφεγκλιτω λιτα, καὶ ἐξωλιον τὴν θείων ἐνταλμάτων ἀποτελεσθαι τὸν ἀνθεωπον, ἀλλ' ὡς ἐν τύπῳ τοῖς Ἰουδαίοις φανεςὸν ἐποίει Χειςὸς, ὅτι θεραπευθήσονται μὲν δι' ὑπακοῆς καὶ πίστεως ἐν ἐσχάτοις τῶν αἰώνος χεόνοις· τοῦτο γὰρ οἶμαι τὸ σάββατον δηλοῖν, τελευταίαν ἡμέραν τῆς ἑβδομάδος ἡμέραν· χεμίσαντας δὲ ἀπαξ τὴν ἀπὸ πίστεως θεραπείαν, καὶ εἰς καινότητα μεταῤῥυθμισθέντας ζωῆς, τὴν μὲν τοῦ νομικοῦ

B γράμματος παλαιότητα πρὸς οὐδὲν ἀνάγκη ποιεῖσθαι, ἀφίστασθαι δὲ τοῦ ὡς ἐν σκιᾷς αἰνιγματώδη λατρείαν. ἐντεῦθεν οἶμαι λαβόντα τὸν λόγον τὰς ἀφορμὰς ἐπιστεῖλαι Παῦλον τοῖς μετὰ τῆς πίστιν παλινδρομοῦσιν ἐπὶ τὸν νόμον, λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χειςὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. καὶ πάλιν· κατηργήθητε ἀπὸ Χειςοῦ, οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε.

v. 10. *Dicebant ergo Iudæi illi qui sanatus fuerat: Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.*

C Ἔλεγον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι τῷ τεθεραπευμένῳ, σάββατόν ἐστι, καὶ οὐκ ἔξεστί σοι ἆραι τὸν κράβαττόν σου.

Valde opportunè, vt reor, hîc nobis exclamandum est: *Ecce populus stultus, & vecors: oculi sunt ipsis, & non vident.* Quid enim his stupidius aut inertius esse potest? Non enim intelligunt suspiciendam sibi esse vim & potestatem eius qui sanauit: sed hoc vnum sciunt acerbè nimirum increpare, adeóque violatæ Legis crimen intentant ei qui recens ac vix diuturno morbo solutus fuerat, eumque rursus decumbere stultè præcipiunt, quasi in ægrotandi necessitate Sabbati honor consistat.

Hier. 5.

D Ἐπιχειρεῖται οἶμαι βοᾶν ὅτι τοῦτοις, ἰδοὺ λαὸς μωρὸς, καὶ ἀκάρδιος, ὀφθαλμοὶ αὐτῶν εἰσὶ, καὶ οὐ βλέπουσι. τί γὰρ ἂν γένοιτο τούτων ἀπαρδυτότερον, ἢ τί μωρὸς διανοίας ἂν μεῖζον; ὃ μὲν γὰρ ὅτι μωρεύεται φαυμάζειν αὐτοὺς τὸν θεραπευθέντος ἐνώπιον ἢ δέχονται καὶ νοεῖν· περὶ ὧν ὀφείλοντες ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ μόνον εἰδότες τοῦτο καλῶς, παρανομίας ἐγκλήματι περιβάλλουσι τὸν ἄρτι καὶ μόλις τῆς μακρᾶς ἀνακυφθέντα νόσου, κεῖσθαι δὲ πάλιν ἐπιτάττουσιν ἀμαθῶς, ὡς καὶ τῶν χρείαν νοσῆν τῆς εἰς τὸ σάββατον πληρουμένης ὥρας.

Ille autem respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit: Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum.

Ὁ δὲ ἀπεκρίθη αὐτοῖς· ὁ ποιήσας με ὑγιῆ, ἐκεῖνός μοι εἶπεν. ἆρον τὸν κράβαττόν σου, καὶ περιπάτει. ἠρώτησαν οὖν αὐτόν.

Sapientissimam hæc verba sententiam pariunt, quâ Iudæorum peruersitas exploditur. Cum enim dicant licere in Sabbato, sublato grabato domum proficisci, præuaricationis crimen ei qui sanatus fuerat intentantes, necessariò his acriorem defensionem opponit, dicens, ab illo se ambulandi mandatum accepisse à quo sanitatem etiam accepit, & istiusmodi quiddam tantumnon ait: Summam auctoritatem qua Sabbatum

E Σοφωτάτως ὁ λόγος ὠδίνει τὴν ἔννοιαν, καὶ τὴν Ἰουδαίων δυσροπίας ἀποκρυσιλλοῖ. ὅπου γὰρ οὐκ ἔξεστιν ἐν Σαββάτῳ, φασὶν, οἴκαδε τὸ κλίνιον ἐλόντα βαδίζειν, παρανομίας τῷ τεθεραπευμένῳ ῥᾳδίως τιθέντες γραφὴν, ἀναγκαίως αὐτῶν ὀρθοτέραν ἀντεξάγει τὴν ἀπολογίαν, ὡς μηδὲν αὐτῷ περιπατεῖν ἐντεταλθαι λέγων, ὃς καὶ τὴν ὑγείας ἀνεδείχθη δοτήρ, μόνον δὲ ἀπὸ Ἰησοῦ τοῦ φησὶν. ἀξιολογώτατον, ὦ ἄνδρες, φημὶ τοῦ κρείττω ἡμῶν θαι, καὶ λυπεῖν ὀπιπάπτην τὰς τῶν Σαββάτου

ὑμᾶς, τ' ὦ τοσαύτη προέστηκεν ἰσχὺς ὄφελ-
εις, ὡς τὴν ἐμὴν ἐξελοῦσαν νόσον. εἰ γὰρ τῆς τυ-
χόντος ἐστὶ δόξης ἕτερα παρέπειν ἀλλότρια,
ἁρμόσει δὲ μᾶλλον ἐνεργείᾳ καὶ δυνάμει θεο-
πρεπεῖ, πῶς ἂν ἁμάρτοι, φησὶν, ὁ τούτων ἐργάτης;
ἢ πῶς οὐκ ἂν πάντως τὰ χαριζόμενα Θεῷ συμ-
βαλοίσθαι δοκοίη θεοπρεπῆ τὴν δυνάμιν ἔχων; πρέ-
φει τοίνυν σοι ἑαυτὸν παρεῖναι ὁ λόγος τὸ ἔμφασιν.

Τίς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ὁ εἰπών σοι, ἆρον τὸ κράβ-
βατόν σου, καὶ περιπάτει; ὁ δὲ ἰαθεὶς οὐκ ἤδει
τίς ἐστιν· ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν ὄχλου ὄντος
ἐν τῷ τόπῳ. μετὰ ταῦτα εὑρίσκει αὐτὸν ὁ Ἰη-
σοῦς ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ εἶπεν αὐτῷ.

Ἁπλήστως εἰς μιαιφονίαν τῶν Ἰουδαίων ὁ νοῦς. διε-
ρευνῶσι τὸν ὑποπαίξαντα, σωρεπιπλέκειν αὐτὸν δο-
κοῦντα δόξῃ ὑγιαθέντι βυλομένῳ. μόνος γὰρ,
ὡς εἰκὸς, κινδυνεύων ἐλύπει σφᾶς ὃ σάββατον, ὁ
βρόχους λύσαι καὶ παγίδας ἀφύκτους διαφθα-
μών, καὶ αὐτὸν ἐξελκυσμένος τῶν τοῦ θανάτου πυ-
λῶν· εἰπεῖν γὰρ τὸν ἰαθέντα καίτοι φιλοπάσχουσιν οὐκ
ἔχει, καλῶς τε καὶ οἰκονομικῶς καλύπτοντος
ἑαυτὸν τῷ Χριστοῦ, ἵνα ὃ προσυπέκαιε θερμὸν τῆς
ἐκείνων ὀργῆς διεξίοι. καὶ ὄχ ὡς ἂν παθεῖν ὡς ἐξ
ἀνάγκης δυνάμενος, εἰ μὴ βούλοιτο παθεῖν, ὑπο-
πτωθείη τῷ φυλάττειν, ἀλλ' ἡμῖν ὑπογραμμὸν
καὶ τοῦτο δὴ πάλιν ἑαυτὸν καθίστη.

Ἰδὲ ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτῃς, ἵνα μὴ
χεῖρόν σοι τι γένηται.

Οἰκονομικῶς τὰ πρῶτα λαθὼν ἐμφανίζεται
πάλιν οἰκονομικῶς, τὸν ἁρμόδιον ἑκάστῳ τηρήσας
καιρόν. οὐ γὰρ ἐᾷ ἢ γνῶναι πρόδηλα τοῖς μὴ εἰδόσι
ἁμαρτεῖν, ὃ μὴ πάντως ἔχει λόγον ὑφ' ἑαυτὸν
τὸ πρέποντα. πρόφασιν τοίνυν τῆς πρὸς αὐτὸν
διαλέξεως ὃ ψυχωφελὲς ἐποιήσατο πρόρρημα,
μηκέτι πλημμελεῖν χρῆναι λέγων, ἵνα μὴ χεί-
ρονι τῷ προσκύτων ἐπαλγοίητο κακοῖς· δι-
δάσκει δ' ἀφ' αὐτούτων, ὡς οὐ μόνον εἰς τὸ μέλλουσαν
ἔσεσθαι κρίσιν ἀποθησαυρίζει Θεὸς τοῖς ἁμαρτά-
νουσι τὰ πλημμελήματα, μαστιγοῖ δὲ ποικίλως
ἔτι ζῶντας ἐν σώμασι, καὶ πρὸ τῆς μεγάλης καὶ
ἐπιφανοῦς ἡμέρας τοῖς πᾶσι δικαίου κριτοῦ· ὅτι δὲ
πολλάκις πλημμελοῦντές τε καὶ λυποῦν-
τες τὸν Θεὸν, ὑπομαρτυρήσῃ βοᾷν ὁ σοφώτατος
Παῦλος· διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς, καὶ
ἄῤῥωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί· εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκ-
ρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα. κρινόμενοι δὲ ὑπὸ

A coli aut violari iubeat in eo esse dico, cui tanta vis inest atque gratia, vt meum morbum abegerit. Nam si ea laus à quouis aliena est, virtutique ac potestati diuinæ conuenit, quomodo eâ excidet, inquit, qui operatur isthæc? aut quomodo non & accepta Deo consulet, qui diuina potestate præditus est? In se itaque hæc verba continent acrem emphasim.

Quis est ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is qui sanus fuerat effectus, nescicbat quis esset: IESVS *enim declinauit à turba constituta in loco. Postea inuenit eum* IESVS *in templo, & dixit illi.*

Inexplebili cædis cupiditate ardet Iudæorum animus. Indagant eum qui ægrum iussit ambulare, statuentes ipsum vnà cum eo qui mirabiliter sanatus fuerat irretire. Angebantur enim, vt apparet, quòd solus periclitaretur propter Sabbatum is, qui modò laqueos ineuitabiles aufugerat, & ex ipsis mortis ianuis eductus fuerat. Medicum verò indicare non potest, quamuis eum studiosè inquireret, Christo seipsum singulari consilio celante, vt eorum intemperias declinaret. Neque verò fugam suscipit, quasi pati aliquid velut ex necessitate possit, nisi pati velit: sed nobis etiam in hoc exemplum seipsum rursus statuit.

Ecce sanus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

Qui diuino consilio primùm latuit, eodem nunc rursum apparet, congruenti vnicuique tempore seruato. Nec enim quicquam ab eo qui peccatum nescit fieri potest absque conuenienti ratione. Occasionem igitur eius alloquendi salutaris illa admonitio præbuit, qua iam non amplius peccandum dixit, ne deterioribus quàm priùs malis implicetur. Hinc porrò docet non solum in futurum iudicium peccatoribus Deum reseruare supplicia, sed in corporibus adhuc degentes etiam ante magnum & manifestum illum Iudicis vniuersorum diem variis modis punire. Quòd autem sæpe ferimur delinquẽtes & offendentes Deum, testabitur porrò sapientissimus Paulus his verbis: *Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos diiudicaremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur an-* 1. Cor. 11.

tem, à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur.

A κωλύει παιδδύμεθα, ἵνα μὴ συὺ τῷ κόσμῳ κατακειθῶμεν.

v. 15. *Abiit igitur ille homo, & nunciauit Iudæis, quia* IESVS *esset, qui fecit eum sanum.*

Ἀπῆλθεν οὖν ὁ ἄνθρωπος, καὶ εἶπε τοῖς Ἰουδαίοις ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ ποιήσας αὐτὸν ὑγιῆ.

Iudæis indicat IESVM, non vt mali quippiam in ipsum machinari audentes impios sese proderent, sed vt admirabilem istum medicum agnoscerent, siquis etiam eorum curari vellet. Animaduerte enim quo pacto id ei propositum sit. Non enim vt vtilitigatores nonnulli volunt, nunciat IESVM esse eum, qui ambulare iussit in Sabbato, sed qui sanum se fecit. Hoc autem erat nihil aliud agere quàm medicum duntaxat indicare.

Κατεμήνυσε δὲ τοῖς Ἰουδαίοις τὸν Ἰησοῦν, οὐχ ἵνα ὡς δρᾶν εἰς αὐτὸν ἀποτολμῶντες δεινὸν δυσεβοῦντες ἐλέγχωνται, ἀλλ' ἵν', εἴπερ βούλοιντο καὶ αὐτοὶ θεραπεύεσθαι, τὸ ἀξιοθαύμαστον εἰδεῖεν ἰατῆρα· ὅπερ γὰρ ὅπως ἔσται ἐμοὶ ἐκείνῳ σκοπός. οὐ γὰρ κατά τινα τῶν φιλεγκλημόνων ἀπαγγελῶ προσελθών, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ κωλύσας ἐν Σαββάτῳ, ἀλλ' ὁ ποιήσας αὐτὸν ὑγιῆ. τοῦτο δὲ ἐμοὶ ἕτερόν τι ποιοῦντος οὐδέν, ἀλλ' ἢ μόνον τὸν ἰατῆρα σημαίνοντος.

v. 16. *Propterea persequebantur Iudæi* IESVM, *& quærebant eum interficere, quia hæc faciebat in Sabbato.* IESVS *autem respondit eis.*

Καὶ διὰ τοῦτο ἐδίωκον τὸν Ἰησοῦν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ὅτι ταῦτα ἐποίει ἐν Σαββάτοις. ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς.

Non simpliciter hîc Iudæorum furor ostenditur: Non enim quòd IESVM persequuntur duntaxat, sed quam ob causam id facere audeant, significat rursus Euangelista, cum emphasi dicens, *quia hæc faciebat in Sabbato.* Infestantur enim stultè & impiè, quasi Lex bene agere in Sabbato prohibeat, neque liceat ægri misereri, & quasi oporteat legem omnem charitatis, fraternitatis laudem, & humanitatis gratiam deponere. Multis autem ac variis rationibus ostendere quis posset, Iudæos nihil non boni repudiasse, Legislatoris de Sabbato voluntatem ignorantes, & vanissimè illud obseruantes. Nam vt *Luc. 13.* ipse Christus dixit alicubi, quilibet eorum boues ac oues suas aquatũ ducit, & circumcisionem homo suscipit in Sabbato, vt non soluatur Lex Moysis: At indignantur quòd hominem in die Sabbati totum sanitati restituit, propter summam morum peruersitatem simul & ruditatem, ne brutis quidem ipsis æquiparantes eum, qui ad imaginem Dei factus est, sed in Sabbato licere quidem ouis misericordia teneri eamque citra culpam fame ac siti liberare posse credentes, præuaricari verò & extremis suppliciis obnoxios esse quicunque bonitate & pietate erga proximum vterentur in Sabbato. Vt certè videamus eos rursus non mediocriter insanire, atque idcirco iure illis audiendum

Οὐχ ἁπλῶς ὁ λόγος ἔχει ἐν τούτοις τῶν Ἰουδαίων παρανοίας τὸ ἐξήνεγκεν· οὐ γὰρ ὅτι διώκουσι μόνον, ἀλλ' ὅτι ποτὲ τοῦτο δρᾶν οὐκ αἰσχύνονται, καταση μήνας πάλιν ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐμφατικώτατα λέγων, ὅτι ταῦτα ἐποίει ἐν Σαββάτῳ. διώκουσι γὰρ ἀμαθῶς τε καὶ δυσεβῶς, ὡς ἀγαθοεργεῖν ἐν Σαββάτῳ τοῦ νόμου διακωλύοντος, ὡς οὐκ ἐξὸν ἐλεεῖν τε καὶ κατοικτείρειν τοὺς κάμνοντας, ὡς ἀποδύσασθαι δέον τὸ τῆς ἀγάπης ἄσημον, τὸν τῆς φιλαδελφίας ἔπαινον, τό τε ἡμερότητος χάριν. καὶ τί γὰρ οὐχὶ τἀγαθῶν ἀποτιθύσας τις ποικίλους μὲν ἔχοι ἂν ἀποδεῖξαι λόγους, οὐκ εἰδότας Ἰουδαίους τὸν περὶ τὸ σάββατον τοῦ νομοθέτου σκοπὸν, εἰκαιοτάτην τε λίαν ἐπ' αὐτῷ ποιουμένους τὴν φυλακήν. καὶ γὰρ ὡς αὐτὸς ἔφη που Χριστὸς, ἕκαστος αὐτῶν τὸν ἴδιον βοῦν, ἢ τι τὸ πρόβατον ἀπαγαγὼν ποτίζει, καὶ περιτομὴν λαμβάνει ἄνθρωπος ἐν Σαββάτῳ, ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος Μωσέως· εἶτα χολῶσιν, ὅτι ὅλον ἄνθρωπον ὑγιῆ ἐποίησεν ἐν Σαββάτῳ, ὅπερ πολλοῦ ἦν δυσροπίας τε ὁμοῦ καὶ ἀπαιδευσίας, οὐδὲ τὸ ἀλόγων τὸ κατ' εἰκόνα τὸ θείαν μεμορφωμένον περιπίπτοντας, ἀλλ' ἐξεῖναι μὲν πρόβατον ἐλεεῖν οἰόμενοι διὰ τὸν Σαββάτῳ, καὶ λιμοῦ, καὶ δίψης ἀπαλλάττειν ἀνεγκλήτως, παρανομίας δὲ καὶ ταῖς ὅτι τοῖς ἐσχάτοις ὑποκεῖσθαι γραφαῖς, εἰς οἵπερ ἂν γένοιντο χρηστοί τε καὶ ἀγαθοὶ περὶ τὸν πλησίον καὶ τὸ σάββατον· ἵνα δὴ πάλιν θεωρῶμεν αὖθις ὑπὲρ μετρίως αἰσχυνόμενοι, διά τε τοῦτο δικαίως ἀκούσῃ

ὀφείλοντας, πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς γραφάς. φέρε δὴ καὶ ἐκ τῶν ἱερῶν λαβόντες γράμματα ὑποδηλώσωμεν σαφῶς, ὡς πάλαι προεμαζωγραφήσθαι ὡς ἐν τύπῳ τὸν Ἰησοῦν ἀμφιφορευόμενα περὶ τὸ σάββατον. ἔχουσι γὰρ μακρῷ, καθὼς γέγραπται, τὸ ἀνθρώπινον ἀποδημήσαντος τοῦ πρώτου Μωσέως, καὶ εἰς τὰς ἄνω μεθορμισθέντος μονάς, κελεύσαντος τοῦ πάντων κρατοῦντος Θεοῦ, τὴν ἡγεμονίαν τὸν υἱὸν τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦν. ὅπερ ὁ μυριάνδρου ὁπλίτου ἀριθμοῦ κύκλῳ περιστήσας τὴν Ἱεριχοῦς, ἑλεῖν τε ἤδη καὶ καταστρέψαι αὐτὴν ἐβούλετο, σημήναντος μὲν τοῖς λαοῖς ἑπτάδου, κύκλῳ περιάγειν τὸ πλῆθος, ἐφ' ὅλαις ἓξ τὸν ἀριθμὸν ἡμέραις, τῇ δὲ ἑβδόμῃ, τοῦτ' ἔστι, καὶ τὸ σάββατον, σαλπιγξὶ πολὺ ἄμεσον τὸν στρατὸν σὺν ἀλαλαγμῷ εἰσελθεῖν πληθύν, καὶ καταστῆσαι μὲν ὕπτιον τὸ τεῖχος, εἰσδραμόντας δὲ εἴσω, χειρωσασθαι τὴν πόλιν, καὶ τὴν ἀκαιρίαν τοῦ Σαββάτου μισήσαντες ἀρχαίαν, οὐδὲ ὃ νικᾶν ἐν αὐτῷ βουλόμενοι λῦσαι τὸ ξένον νόμον, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς Ἰησοῦ στρατηγήμασιν αὐτὶ προάγοντες τότε, λοιδορίας ὑπερτελῶς ἐλευθέραν καὶ αἰσχρὸν τὴν ἡγεμονίαν τηρήσαντες. ὁ μὲν τύπος ἐν τούτοις. ὅπερ ὁ πρῶτον ἦν ἀλήθεια, τοῦτ' ἔστι Χριστός, τὴν ὑπὲρ τὴν χαθεῖσαν καὶ τὸν ἀνθρώπου σῶμα τοῦ διαβόλου φθορὰν καθελὼν τε καὶ χρωσάμενος, εἶτα τῷ τοιοῦτον ὁρᾶται καὶ ὃ Σάββατον, ὡς ἐν προοιμίῳ, καὶ ἀρχῇ τοῦ προγράμματος ἐν τοῖς ἀναλελυμένῳ, δυσφορεῖσιν ἀπαιδεύτως, καὶ τὸν πατέρων εὐπειθείας καταδικάζουσι, τὴν ἐκ τῶν ἀρρήτων ἐπιφάσει νικᾶν ἐν Σαββάτῳ τὴν φύσιν οὐκ ἐπιτρέποντες, ὅσον εἰς ὃ χρῆναι διώκειν ἐπείγεσθαι τὸν Ἰησοῦ διεργατοῦντα καὶ ὃ Σάββατον.

A esse: *Errata nescientes Scripturas.* Age ergo allatis quoque sacrarum Scripturarum testimoniis clarè ostendamus quondam etiam typicè præfiguratum fuisse IESVM Sabbati obseruationem contemnere. Igitur sapientissimo Moyse, vt scriptum est, in extrema senectute rebus humanis defuncto, & ad supernas mansiones translato, iudicio ac sententia cunctipotentis Dei Iosue filius Naue Israëlitarum regimen obtinuit. Qui cum innumerabilibus armatorum copiis Hierichuntem obsedisset, eamque vi expugnare statuisset, signum dedit Leuitis vt totis sex diebus circum vrbem arcam deferrent, septimâ verò, id est Sabbato, innumerabilem militum multitudinem tubis clangere simul iussit, atque ita concussis ac dirutis mœnibus ingressi vrbem ceperunt, non obseruantes intempestiuum Sabbati otium, neque victoriam illo die recusantes ob legis prohibitionem, sed nec sui ducis imperium detrectantes, verùm ipsum omni planè conuicio liberantes. Atque hæc figuratè quidem. Quoniam autem veritas aduenit, id est Christus, expugnata & euersa corruptione à Diabolo aduersus naturam hominis erecta, cumque, id facere videatur circa Sabbatum, velut in primordio & rei principio, in paralytico nimirum, stultè indignantur, & obsequium Patrum condemnant, non ferentes morborum dolorem in Sabbato superari, quatenus IESVM in Sabbato bene merentem acriter infectantur.

Mat 12.

Ὁ πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι.

Pater meus vsque modò operatur, & ego operor.

Διαλέγεται μὲν ὡς ὁ Σαββάτου Χριστός. τοῦτο γὰρ ἀνάγκη ὃ ἕως ἄρτι δηλοῦν, ἵνα τὸν ἑαυτῇ πρέποντα λόγον λύσῃ θεωρήματος δέχηται δυνάμις. ἀπαιδεύτους δὲ ὄντας τοὺς Ἰουδαίους, καὶ πῇ μὲν ὅτι καὶ φύσιν οὐκ εἰδότας ὁ μονογενὴς, μόνῳ δὲ ἀναδιδόντας τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ τὰ ἀπὸ Μωσέως νόμου τὸν ὁρισμὸν, αὐτῷ τε χρῆναι καὶ πείθεσθαι μόνῳ διαβεβαιουμένους, ἀναπείθειν πειρᾶται σαφῶς, ὅτι πάντα τῷ πατρὶ συνεργά-

Differit quidem Christus vt in Sabbato. istud enim necesse est significari his verbis, *vsque modo*, vt conuenientem sibi sermonem vis & ratio theorematis accipiat. Imperitos autem Iudæos & nescientes planè quis secundum naturam sit vnigenitus, sed vni Deo ac Patri præscripta Mosaïcæ Legis tribuentes, eique vni parendum affirmantes, persuadere clarè conatur, omnia se vnà cum Patre

operari, & quum genitoris in seipso naturam habeat, propterea quod aliud non est ab illo, quod ad substantiæ identitatem spectat, se nihil aliud vnquam sensurum quàm quòd Patri placuerit. Cumque sit eiusdem substantiæ, eadem quoque statuere, immò quum ipse sit viuens consilium, & virtus Patris, omnia in omnibus cum Patre operari. Vt ergo Iudæorum inane murmur amoueret, ac flecteret insectantes quasi honorem Sabbati violasset, *Pater meus*, inquit, *vsque modo operatur.* Tale enim quiddam propemodum significare vult. Si credis, ô quisquis es, nutu & voluntate Dei omnium rerum opificis creaturam gubernari etiam die Sabbati, ita vt Sol oriatur, & imbriferi fontes resoluantur, & fructus è terra erumpant, neque crescere detrectent propter Sabbatum, ignis autem pro sua natura agat, & hominum vsibus nullo impediente seruiat, fatere vtique Patrem pro eò ac Deum decet operari in Sabbato. Cur ergo, inquit, stultè criminaris eum per quem cuncta operatur? Non enim aliter Deus ac Pater operatur, quàm per Filij virtutem & sapientiam. *Idcirco*, inquit, *ego quoque operor.* Confundit igitur argumentis in absurdum deducentibus Iudæorum effrænatum animum, ostendens eos sibi non tam repugnare, quam Patri, cui certè vni Legis honorem adscribere studebant, nondum agnoscentes naturalem eius Filium. Ideo enim & peculiariter suum Patrem dicit Deum, scitè admodum ad pulcherrimam & eximiam hanc doctrinam quasi manu deducens.

A ζεται, ἢ τὴν τῶ ἡμιπόθητος φύσιν ἔχων ἐν ἑαυτῷ, δηλ. ὃ μὴ ἕτερόν τι παρ' ἐκεῖνον ὑπάρχον, ὅσον εἰς τὴν τ οὐσίας ταυτότητα, οὐχ ἕτερόν ἢ φρονήσαί ποτε παρὰ τὸ τῷ Φύσαντι δοκοῦν. ὡς δὲ τ αὐτῆς ὑπαρχων οὐσίας ταῦτα καὶ βουλεύσεται, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ὑπάρχων ἡ ζῶσα βουλὴ, ἢ δυνάμις τ παντὸς, ἐνεργεῖ πάντα ἐν πᾶσι μετὰ παντός. ἵνα τοίνυν τὸν εἰκαῖον τ Ιουδαίων ἀπαρεύσηται γογγυσμὸν, & δυσωπήσῃ διώκοντας ἐφ' οἷς ἁλεπαίνειν ἐδόκουν, ὡσπερεὶ τῆς περὶ τὸ σάββατον καταφρονήσεως ἡμᾶς· ὁ πατήρ μου, φησὶν, ἕως ἄρτι ἐργάζεται· μόνον γὰρ οὐχὶ ταυτόν τι καταισημαίνειν βούλεται. εἰ πιστεύῃς αὖ θεσπέσιε, νεύματί τε, ἢ βουλήσει τῶ τὰ πάντα συμπήξαντός τε ἢ τεχνησαμένου Θεοῦ τὸ κτίσιν δίκαιεῖσθαι & ἐν τῷ σάββατον, ὡς ἀνίσχειν μὲν ἥλιον, ὀμβροτόκους τε ὁμοίως αἴεσθαι πηγὰς, ἢ καρπὸν μὴ ἐκ γῆς ἀναπέμπειν, ἢ πῦρ δημιουργοῦντος τὸν αὐξειν ἕνεκα τῷ σαββάτου, ἐνεργεῖν ἢ τὰ οἰκεῖα & πῦρ, τῆς τ αὐθεντικῶν χρείας ἀδιακωλύτως ὑπηρετοῦν· ἵνα δὴ πάντως ὁμολογῶν ἐνεργεῖν τ πατέρα τὰ θεοπρεπῆ ἐν τῷ σαββάτου, τί τοιγαροῦν ἀπαδόντως, φησὶν, αἰτιᾶ τ δι' ἣν τὰ πάντα ἐργάζεται; ἐνεργητὸς γὰρ οὐχ ἑτέρως ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, ἀλλ' ὡς ἕνεκα δυνάμεως & σοφίας τῶ ἰδιοῦ. ἕνεκα τούτου, φησὶ, κἀγὼ ἐργάζομαι· δυσωπεῖ τοιγαροῦν τοὺς εἰς ἄτοπον ἐννοίας τ ἀχάλινον τῶν διωκόντων θυμὸν, οὐχ ἑαυτὸν τοσοῦτον ἀντιτείνοντας ἔνεκεν, ὅσον εἰπεῖν τῷ πατρὶ, ᾧ δὴ & μόνῳ τῷ τῶ νόμου τιμὴν ἀναγράφειν ἐσπουδάζον, ὅπου γινώσκοντες τ υἱὸν αὐτὸν τῆ φύσει ἰδίον· ἕνεκα γάρ τοι τούτου, ἢ μεταδικῶς ἑαυτῷ πατέρα φησὶ τὸν Θεὸν, βυθιάζεται χλευαζομένων εἰς ὃ κάλλιστον δὴ τοῦτο, καὶ τίμιον μάθημα.

B

C

D

v. 18. *Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non solùm soluebat Sabbatum, sed & Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.*

E

Διὰ τοῦτο οὖν μᾶλλον ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ιουδαῖοι ἀποκτεῖναι, ὅτι ὐ μόνον ἔλυε τὸ σάββατον, ἀλλὰ & πατέρα ἴδιον ἔλεγε τ Θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ Θεῷ.

Ad crudelitatem magis ac magis fertur Iudæorum animus, & quibus ex rebus sanari deberent, his ægrescunt magis, vt illi iure audiant: Quomodo dicetis quia sapientes sumus nos? Cum enim oporteret eos conuenienti ratione ad pietatem reformatos animo mitigari, etiam nunc eædem machinantur eius qui rebus ipsis demonstrat nihil planè in Legem diuinam peccatum esse, homine

Επιτείνεται τοῖς ἀπονοθεσπίαν τῶν Ιουδαίων ὁ νοῦς, ἢ δι' ὧν ἐχρῆν θεραπεύεσθαι, τοσοῦδε μᾶλλον ἀγριοῦται, ἵνα δὴ δικαίως ἀκούσωσι· πῶς ἐρεῖτε ὅτι σοφοί ἐσμεν ἡμεῖς; δίκαιον γὰρ αὐτοὺς ὀξυμαθεῖσθαι τ νομίμων, λογισμῷ τῷ παρόντι μεταποιουμένους εἰς ἐλλάβεσθαι, ἢ φρονεῖν ἤδη τῷ τὸ πλῶ εὐφορουμένους δηλ. παραγμῷ, ὡς οὐδὲν ὅλως εἶναι τὸν θεῖον ἡμῖν νόμον, ὑπαδόντας αὐθεντῶν

καὶ τὸ σάββατον. ὅθεν πλέκουσι δὲ ταῖς ἀφ' ἑαυτῶν σάββατον ὀργαῖς, ὡς βλασφημίας ἔγκλημα τὴν ἀγνοίαν, σειραῖς τῆς οἰκείων πλημμελημάτων εἰς ἀΐδιον ὀργὰς ἑαυτοὺς καθασφίγγοντες. δυσπαθῶς γὰρ ἐδόκουν, ἴδιον ὅτι λέγει πατέρα τὸν Θεὸν ἀνθρωπος ὢν ἀγαλλόμενος. ἠγνόουν γὰρ ἤδεσάν πω τὸν ἐκ δούλου μορφὴν δι' ἡμᾶς γενόμενον Θεὸν λόγον, τουτέστι τὸν Θεοῦ παῖδα καὶ ἀναβρύουσαν ζωὴν, τουτέστι μονογενῆ, ᾧ δὴ καὶ μόνῳ κυρίως τε, καὶ ἀληθῶς ὑπάρχει πατὴρ ὁ Θεὸς, ἡμῖν δὲ ἐκτός· ἡμεῖς γὰρ ἡμεῖς, εἰς ὃ καθ' ὑπόστασιν φύσιν ἀξίωμα δι' αὐτοῦ τοῦ ἁγιάσαντος χάριν ἀναβαίνοντες, καὶ ὃ θεοὶ καὶ υἱοὶ καλεῖσθαι κερδαίνοντες διὰ τὸν ἐν ἡμῖν οἰκοῦντα Χριστὸν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος. εἰς αὐτὴν σαρκὰ διαγλαφοῦν ἀφορῶντες μόνην, τὸν δὲ ἐν τῇ σαρκὶ κατοικοῦντα Θεὸν οὐκ ὑπονοοῦντες, οὐκ ἀνέχονται πρὸς ὑπερέκεινα τὸ ἀνθρώπου φύσεως ἀναπηδῶντες μέγεθος, διὰ τὸ πατέρα λέγειν ἑαυτῷ τὸν Θεόν· τῷ γὰρ εἰπεῖν ὁ πατήρ μου, οὕτω καὶ εἰκότως εἰσφέρει τὴν ἔννοιαν· οἴονται δὲ δεῖν τὸν ᾧ σαρκὶ ἐστὶν ἰδιάζοντος πατέρα ὁ Θεὸς, ἴσον εἶναι καὶ φύσει αὐτῷ, τοῦτο δὴ μόνον νοοῦντες ὀρθῶς· ἔχει γὰρ οὕτως, καὶ οὐκ ἐτέρως. ὡς οὖν καὶ τοῦτον τὸν λόγον αὐτῶν ἔννοιαν παραφαίροντος, ἀγανακτοῦσι μειζόνως τὸν ὀρθὸν τῆς ἀληθείας ἐκπεπόμφοι λόγον.

sanato die Sabbati. Addunt verò ad iram ob Sabbatum conceptam blasphemiæ crimen esse ipsam veritatem, suorum peccatorum catenis perpetuâ ira seipsos obstringentes. Existimabant enim impietatem esse, indignabanturq; quod cum homo esset, Deum Patrem suum diceret. Nesciebant enim Deum Verbum in forma serui propter nos factum esse, & ex Deo Patre vitam promanare, hoc est vnigenitum, cui certè vni propriè ac verè Deum Patrem esse dicimus, nobis verò non item: Adoptiui enim sumus ad dignitatem supernaturalem honorantis voluntate electi, & nomina illa *Deorum* ac *filiorum* obtinentes, propter inhabitantem Christum in nobis per sanctum Spiritum. Cum ergo solam carnem spectent, & Deum in carne habitantem non agnoscant, non ferunt IESVM vltra naturæ humanæ conditionem efferri ex eo quod Patrem suum dicit Deum. In eo enim quod dicit *Pater meus*, ista sententia iure exprimitur. Existimant autem eum cui propriè ac peculiariter Pater est Deus, æqualem esse ei secundum naturam. quod vnum ipsi recte iudicant. Ita enim res est, ac non aliter. Quasi ergo hunc sensum verborum suorum ipse in medium afferat, indignantur magis rectum veritatis sermonem aliò detorquentes.

ΚΕΦΑΛ. ς'.

Ὅτι οὐκ ἐλάττων κατ' ἐνέργειαν ἢ κατ' ἐξουσίαν τοῦ ὅτι ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ πατρὸς, ἀλλ' ὁμοούσιός τε καὶ ὅμοιος, ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ φύσιν.

CAPVT VI.

Quòd non minor secundum virtutem aut operationem sit Patre Filius, sed æqualis potestatis, eique similis, vt ex ipso secundum naturam.

Ἀπεκρίνατο οὖν ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μὴ βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ.

Respondit itaque IESVS, *& dixit eis: Amen, amen dico vobis: Non potest Filius à se facere quidquam, nisi quod viderit Patrem facientem: quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit.*

ΟΠΕΡ ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἰρήκαμεν, τοῦτο πάλιν ἑτέρῳ διεμιλλᾶτο τρόπῳ, πολλαχόθεν ὅπῃ τῆς ἀληθείας θύραθεν ζητοῦντας τοὺς ἀπροσωπήτους· τὸν δὲ οἰκείοις τοῖς μαθηταῖς λόγον, διὰ τὴν σφετέραν μὴ δυναμένων ἀκοὴν, ἑτέρως αὖ μορφοῖ, καὶ διὰ τὴν αὐτὴν ἰδέαν θεωρημάτων, εἰσφέρει ποικίλως. ἔργον δὲ ἂν εἴη τοῦτο τοῦ διδασκάλου πρεπούσης ἀρετῆς, τὸ μὴ τρέχοντα δηλονότι, καὶ παρεμπάδην τὸν διδασκόμενον τοῦτον ποιεῖσθαι τὸν λόγον, ἀλλὰ διατυποῦν τε καὶ διαφόρως ἐξοργιάζοντα, καὶ περὶ τὸ

QVod in præcedentibus dximus, hoc alia ratione rursus explicat, auditores suos ad agnitionem veritatis vsquequaque irretiens. Porro doctrinam quæ primùm suscepta non est, ob eorum imbecillitatem, alio modo refingit, & quum in iisdem versetur theorematis, variè tamen eam tractat. Probi autem magistri officium est, non curtim, neque perfunctoriè docere, sed eleganti cum varietate distinctam doctrinam tradere, plerumque theorematum

rematum difficultatem eximio dicendi genere explicando. Miſcens itaque diuino humanum, & medium ex ambobus vnum ſermonem temperans, quodammodo deprimit dignitatem vnigenito conuenientem, effert verò, hominis naturam. Vt Dominus ſimul & inter ſeruos collocatus, inquit: *Non poteſt Filius à ſeipſo facere quicquam, niſi quod viderit Patrem facientem. Quæ enim ille facit, eadem & Filius ſimiliter facit.* In eo enim quod poteſt eadem per omnia facere quæ ſunt Dei ac Patris, & operari ſimiliter ac Pater, identitatem probat ſuæ ſubſtantiæ. Quæ enim eandem ſortita ſunt naturam, ſimiliter operantur: quibus autem eſſendi ratio eſt diuerſa, his vtique non erit idem in omnibus operandi modus. Igitur vt Deus verus ex Deo Patre vero, eadem cum illo facere ſe poſſe ait, ſed vt non ſolùm virtute æqualis eſſe Patri videatur, ſed eiuſdem per omnia ſententiæ, & vnam in cunctis habere voluntatem, ait ſe non poſſe facere quicquam à ſeipſo, niſi quod viderit Patrem facientem. Idem verò eſt ac ſi dicat planius ad eos qui ob hominem in die Sabbati curatum ipſum inſectabantur: Exiſtimatis Sabbati honorem eſſe violatum: Sed nuſquam iſtud feciſſem, niſi viderem Patrem ſimiliter facere, qui quæ ad conſtitutionem mundi pertinent etiam Sabbato, quanquam per me, peragit. Fieri non poteſt igitur, inquit, vt qui ex ipſo ſecundum naturam eſt Filius, non vtique in omnibus quæ Patris ſunt operetur ac velit, non quaſi aliunde tanquam à magiſtro faciendi exemplum accipiat, aut etiam voluntatis impulſu vt eadem cum Patre velit adigatur, ſed quòd naturæ immutabilis legibus ad eandem cum Deo ac Patre voluntatem & actionem efferatur. Non poſſe enim à ſeipſo facere quidquam, his maximè continetur. Ita piè cogi-
2.Cor.10 tantibus arbitror *captiuandum eſſe omnem intellectum in obſequium Chriſti*, ſicut ſcriptum eſt. Sed reclamabit forſan veritatis hoſtis, & amentiæ ſuæ pabulum veluti quoddam id quod dictum eſt arripiet, atque his nos vrgebit: Si eſt æqualis Patri Filius, nullam ei excellentiam neceſſariò tribuens, propter naturæ ſuæ defectum: quid eum adegit vt tam apertè diceret non poſſe à ſeipſo facere quidquam, niſi viderit Patrem

Ioan.5.

A τὸ φεύσιμον ἐξηλλαγμένῳ πολλάκις τῷ ἐν τοῖς θεωρήμασι ψηλαφᾶσθαι δυσχέρειαν. διαμίξας τοίνυν τῷ λόγῳ τὸ ἀνθρώπινον, καὶ μέσον ἐξ ἀμφοῖν ἕνα κεράσας λόγον, ὡς ἡρέμα μὲν ὑφιζάνειν τὸ τοῦ μονογενοῦς πρέπον ἀξίωμα, ἀναδαίνειν δὲ τῷ ἀνθρώπου φύσιν, ὡς δεσποτικὸν ἅμα, καὶ ἐν δούλοις κατατεταγμένος, φησὶν, ὁ δυνάμενος ποιεῖν ὁ υἱὸς ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιῇ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. ἐν ᾧ γὰρ τοῦ δύνασθαι ποιεῖν ἀπαραλλάκτως τὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ ὁμοίως συνεργεῖν τῷ θελήματι, τὸ ἴσον ἑαυτῷ μαρτυρεῖ τῷ ταυτότητα. συνεργοῦσι γὰρ ὁμοίως τὰ τῶν ἀυτῶν ἀλλήλοις λαχόντα φύσιν· οἷς δὲ ὁ τῆς τοῦ εἶναι λόγος ἐξηλλαγμένος, τούτοις ἂν εἴη καὶ ὁ τὲ ἐφ' ἅπασιν ἐνεργείας τρόπος οὐχ ὁ αὐτός. οὐκοῦν ὡς Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἀληθινοῦ, ταῦτα δύναται ποιεῖν ὁμοίως ἐκείνῳ φησὶν, ἀλλ' ἵνα μὴ * μόνως ἴσος ὢν τὸ δύνασθαι ποιεῖν φαίνηται τῷ πατρὶ, ὁμοιωμένων δὲ κατὰ πάντα, B καὶ μίαν ἔχων τὲ ἐφ' ἅπασι θέλησιν, μὴ δύνασθαι λέγῃ ποιεῖν ἐξ ἑαυτοῦ μηδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. ὅμοιον δ' ὡς εἰ λέγοι τραπώτερον πρὸς τοὺς διώκειν ὁπηχρήσατο, ὑμᾶς ἐν Σαββάτῳ τετραπηλωμένον καταλελυκέναι νομίζετε τὲ τὸ Σαββάτου ἄμωμον, ἀλλ' οὐκ ἂν ἐδρασα τοῦτό ποτε μὴ βλέπων τὲ ὅμοιον ἐργάτην ὁρῶν τὲ πατέρα· συνεργεῖ γὰρ τὰ πρὸς σύστασιν κόσμου καὶ τῷ σαββάτῳ, εἰ καὶ δι' ἐμοῦ. ἀδύνατον οὖν ἐμὲ, φησὶν, τὲ ἐξ αὐτοῦ τῇ φύσει υἱὸν, μὴ πάντως ἐν πᾶσι τὰ τοῦ πατρὸς συνεργεῖν τε καὶ βούλεσθαι, οὐχ ὡς ἐξωθεν λαβόντα διδακτῶς τὲ τὸ ποιεῖν τοῦτο μιμούμενον, ἢ καὶ συναρπαγὴν κινήματος ὑπὸ τὸ * τὰ αὐτὰ βούλεσθαι τῷ πατρὶ κεκλιμένον, ἀλλ' ὡς φύσεως ἀποτελοῦντος νόμοις ὑπὸ τὸν ἴσον ἀναλαμβανούσης τοῦ Θεῷ καὶ πατρὶ βουλῆ τε καὶ πράξιν. τὸ γὰρ δύνασθαι ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ μηδὲν, τοῦτοις δὴ μάλα συνοικείοται· ὅτινες οἰ- C μαι χρεὼν νοοῦντας βιαιοῦσθαι, αἰχμαλωτίζειν πᾶν νόημα εἰς τὸν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, κατὰ γέγραπται. ἀπιθάνου δὲ ἴσως ὁ τῇ ἀληθείᾳ μαχόμενος, καὶ τροφὴν ὥσπερ ἴδιαν τὸ ἑαυτοῦ δυσβουλίας ποιήσεται τὸ εἰρημένον· εἴπερ ἴσῳ καὶ ὁμοτιμίᾳ, λέγων, τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς, τοῦδε μίαν ἀποτέμνων, ὡς ἐξ ἀνάγκης αὐτῷ τὲ ὑποχωρῶν, διὰ τὸ τῆς οἰκείας φύσεως μειονέκτημα, ἢ τὸ πεπεικὼς ὅτως αὐτὸν ἀκαταλαλήπτως εἰπεῖν, μὴ δύνασθαι ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ μηδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα

al. μόνου

ποιοῦντα; Σαφῶς γὰρ ἐν τούτοις, φησὶν, ὁμολογεῖ μηδὲν ὅλως ἐξ ἑαυτοῦ δύνασθαι ποιεῖν, ὡς εἰδὼς δηλονότι τὸ ἀμείνων καὶ ὑπερέχοντα. σὺ γὰρ αὖ πάλιν ἡμῖν καταισοφίζῃ τὸν λόγον. τί οὖν πρὸς ταῦτα, καὶ πρὸς ἡμᾶς; διαφίζεται πάλιν εἰς δυσφημίας ὁ χριστομάχος, καὶ μάθων ἐξ ἀπαιδευσίας οὐκ αἰσθάνεται. χρὴ γὰρ, ὦ βέλτιστε, δεξιμάζειν ἀκριβῶς τὸν εἰρημένων τὴν δύναμιν, καὶ μὴ προχείρως ἐπιπηδᾶν τοῖς ἐξ ἁμαρτίας εἰσβαίνουσι λογισμοῖς. καὶ πῶς γὰρ ἔστιν τὸν ἰσότιμον τῆς πρὸς τὸν πατέρα καταπλήττειν οἴῃ χρῆναι τὸν υἱὸν, διὰ τὸ φάναι μὴ δύνασθαι ποιεῖν καθ' ἑαυτὸν μηδὲν, ἐὰν μὴ τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα; ἆρα γὰρ ὡς οὐκ ἔχων ἐν δυνάμει ὅσον τὰ τοιαῦτα φησι, καίτοι καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ προκειμένου ἰδεῖν ἔστιν ἰσοθενοῦντα ὡς φύσει τὸν υἱὸν, ὅπου γε ἰσχὺς τὸ ἀναστρέπτως ὑπάρχειν λέγων, καὶ δύνασθαι ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ φάσκει, ἐὰν μὴ λάβῃ τὸ δύνασθαι παρὰ τοῦ πατρός· τοῦτο γὰρ ἰσῶν ὄντων ἀδυνατοῦντος εἰπεῖν· ἀλλ' ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. ὅτι γὰρ ἀφ' ἑαυτῆς ἀναθήσεως οὐκ εἰς τὸ δύνασθαι μᾶλλον, ἀλλ' εἰς ἀναίρεσιν τοῦ ζῆναι καλῶς πεφύκαμεν, αὐθαιρετήσειν οἶμαι μηδένα· σκοπῶ δὲ τῆς ἡμετέρας ἔργοις σωτηρίας τὸν υἱὸν εἰρηκὼς ὁ μὲν ἀναθεωρῶν, ζηλωτὴν δὲ μᾶλλον, ἤτοι πρακτὴν, καὶ ὅπως ἀκριβέστερον ἡμῖν τὸ τῆς ἐφεξῆς εἰρήσεται. ὅτι δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ ἀναλλάκτου καὶ ὁμοιοπαθοῦς ἐνεργείας, τὸ εἰς ἅπαντα φυσικὸν, ὅ ἔστιν ἔχων ἐν τῇ δυνάμει φάσκει, διδάξει σαφῶς ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἐπιλέγων αὐτὸς, ὡς ἅπερ ὁ πατὴρ ποιεῖ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ. πῶς οὖν ἐλαττόνων ἐστὶν, ὁ ταῖς ἰσορρόποις τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ δηλονοτὶ ἐνεργείαις; ἐνεργήσει γὰρ ἆρα τὰ πυρὸς, ἕτερόν τι παρὰ τὸ πῦρ, ἐκ δὲ μιᾶς κατ' ἐνέργειαν ἀναφυμένης ἐξαλλαγῆς; καὶ πῶς ἂν γένοιτο τοῦτο ποτέ; πῶς οὖν ὁμοίως ἐργάσεται ταῦτα ὁ παῖς ὁ υἱὸς, εἰ διὰ τοῦτο ἔλαττον ἔχειν τῆς ἴσης ὡς πρὸς αὐτὸν ἰσχύος ἀπολιμπάνεται; καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν, ὡς ἐν τῷ προκειμένῳ πρὸς τὸν πρὸν ἐληλυθότα· ἰδωμεν δὲ πάλιν καὶ ἐτέρων ἰόντες ἀναμνήσεις, εἰ βεβαίως ἔχεταί πως τὸ ἐν διαφορᾷ εἶναι τῆς παιδὸς πρὸς τὸν υἱὸν φύσεως· προκείσθω δὲ ὁμοίως ἡμῖν ὁ πρὸς δυνάμεως λόγος. ἆρα Θεὸν ἐκ Θεοῦ κατὰ φύσιν ἢ ἀλλότριον, καὶ οὐ τῆς ὑσίας ὄντως τοῦ παιδὸς ὁμολογοῦσιν ὑπάρχειν τὸν υἱὸν, ἢ Θεὸν μὲν εἶναι φασι, τὸ δὲ ἐξῃρῆσθαι τῆς ὑσίας τοῦ παιδὸς, δυσσεβοῦντες προσαθοῦσιν· εἰ μὲν οὖν οὐκ ἐκ τῆς ὑσίας τοῦ παιδὸς εἶναι λέγουσιν,

A facientem? Clarè enim in his, inquit, fatetur nihil planè ex seipso facere posse, vt qui præstantiorem & excellentiorem agnoscat. Tu verò ad argutias tuas denuò reuerteris. Quid igitur ad hæc porrò dicemus? In blasphemias Christi hostis inualescit, neque ex imperitia ebrium se intelligit. Decebat quippe, ô bone, vim & sententiam eorum quæ dicuntur exquirere, non temere insultare, rationibus imperitis. B Quomodo enim de æqualitate cum Patre deturbandum esse Filium putas, ex eo quod dicit non posse à seipso facere quicquam, nisi viderit Patrem facientem? An enim isthæc loquitur, quasi non sit æquali virtute præditus? Atqui vel ex verbis propositis potius videre est Filium eiusdem esse cum Filio virtutis, quàm diuina carere virtute. Non enim dicere videtur, Non potest Filius à seipso facere quicquam, nisi acceperit potestatem à Patre (hoc enim dicere, profectò C esset viribus defecti) sed nisi viderit Patrem facientem. Quod autem videndi sensu ad res perspiciendas vocemur, non autem maiores vires accipiamus, inficiaturum opinor neminem. Igitur cum Filius dicit se Patris opera videre, non significat se imbecillum esse, sed imitatorem potius, aut spectatorem, prout in sequentibus accuratius dicemus. Quòd autem per eandem & simillimam in omnibus operationem æqualis esse potestate videatur, ipse clare docebit in sequentibus de suo Patre subdens: *Quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit.* Quomodo ergo minor est, qui æqualibus cum Deo ac Patre operationibus est conspicuus? Nunquid enim ignis aliud operabitur quàm ignis, nulla in operando mutatione percepta? qui namque id fieri possit? Quomodo ergo eadem operabitur quæ Filius, si idcirco minoris virtutis esse censetur? Atque hæc quidem nobis ex dicto proposito allata E sunt impræsentiarum: Consideremus autem rursus aliter an Filij natura Patre possit esse inferior, virtutis & potestatis ratione similiter nobis proposita: verum Deum de Deo secundum naturam ac verum, & de substantia Patris reuera esse fatentur Filium, aut Deum quidem esse dicunt, sed à Patre alienum esse substantia impiè addunt. Si ergo de substantia Patris ipsum non esse dicunt,

D

neque Deus erit secundum naturam, neque Deus verus. Qui enim de Deo non est secundum naturam, nec Deus vtique censebitur secundum naturam, neque Filius, nisi ex substantia Patris sit genitus, sed adulterinus quidam ac nouus Deus nobis ab ipsis inuehitur. Quòd si hoc minimè quidem dicturi sunt, veriti suorum dogmatum absurditatem, sed concedent verè ex Patre vnigenitum existere, & secundum naturam ac verè Deum esse: quomodo Patre minor erit, aut quomodo si minus ipse quam Pater in aliquo possit, imbecillitatis notam Deo non affinget? Nam si naturalis Deus imbecillis fieri potest, quid prohibet Patrem in se quoque id suscipere, cum diuina & ineffabilis natura id semel habeat vt pati possit, atque ita iam, vt illi volunt, appareat in Filio? Igitur nec Deus impatibilis erit, nec semper idem, nec in felicitate immutabili constitutus. At quis obsecro, sanus hæc feret? Quis diuina clamante Scriptura, Dominum virtutum esse Filium, non grauabitur dicere ipsum corroborari oportere, & quod propriè & ipsi soli inest cum Patre & sancto Spiritu, ideo imperfectum esse? Sed rursum nobis aduersarius; Ideò asserimus superiorem esse Filio Patrem. hic enim prima causa est operum, vtpote quum perfectus sit virtute & cognitione rerum: ille verò priùs fit spectator, tum deinde operatur, operationis Patris imitationem in se exprimens, vt per similitudinem operum etiam ipse intelligatur Deus. hoc enim nos docet, quum ait, non posse à se facere quicquam nisi quod viderit Patrem facientem. Quid ais audacissime? Operationis Patris formas in se exprimit Filius, vt hoc pacto Deus intelligatur? Disciplinâ ergo Deus est, non autem naturâ: Et sicuti in nobis est scientia & ars, ita est in ipso dignitas: & deitatis operum potius est artifex, quàm Deus verus & alius vtique ipse à sua arte, quamuis Deo sit illa conueniens. Quomodo igitur Angeli, nosque cum illis citra culpam adoramus eum qui deitatis terminis excidit, & in sola arte gloriam positam habet, cum sancta Scriptura cautum nobis sit, ne alium quàm eum qui reuera Deus est adoremus? *Dominum e-*
Deut. 6. nim, inquit, *Deum tuum adorabis, & ipsi soli*

αὐτὸν, ὅτε Θεὸς ἔσται κατὰ φύσιν, ὅτε Θεὸς ἀληθινός. ὁ γὰρ μὴ ὢν Θεοῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, οὐδ' ἂν ὅλως νοοῖτο κατὰ φύσιν Θεὸς, οὐδὲ υἱὸς, εἰ μὴ ὢν τῆς οὐσίας ἐγεννήθη τοῦ πατρὸς, νόθον ἡμῖν, καὶ παράσημόν τινα προσάγοιεν Θεόν. εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐροῦσι, τὸ ἐν τοῖς οἰκείοις δόγμασιν ἀτοπίαν ἐρυθριάσαντες, δώσουσι δὲ δήπουθεν ὢν πατρὸς ὑπάρχειν τὸν μονογενῆ, καὶ εἶναι Θεὸν κατὰ φύσιν, καὶ ἀληθινὸς· πῶς ἂν ἐλάττοσιν ἔσται τοῦ πατρὸς, ἢ πῶς ἀπονήσει τοῦτο, ἢ οὐχὶ τῆς τοιαύτης ἀσθενείας κατηγορήσει τὸ παράδειγμα; εἰ γὰρ ὅλως ἀσθενὲς ἂν δέχεται τὸ κατὰ φύσιν εἶναι Θεὸν, τί τὸ κωλῦον ἐστὶ τοῦτο πάσχειν τὸ πατέρα, ἐχούσης ἅπαξ τὸ δύνασθαι πάσχειν τὸ θείας καὶ ἀῤῥήτου φύσεως, καὶ ὅτως ἤδη φανησόμενον ἐν υἱῷ κατὰ τὰ ἐκείνων λόγον; ἀκούω σοῦ καὶ ἀπαθῆς εἶναι τοῦτο τὸ θεῖον, ἀλλ' οὐδὲ ἐν ταυτότητι, καὶ ἀμεταβλήτῳ κείσεται πάντως μακαριότητι· εἶπα τίς, εἶπέ μοι, τῶν τοιαῦτα δόξαζόντων ἀκέσεται; τίς δὲ τὸ θεῖον βοήσεται γραφῆς, ὅτι κύριος τῶν δυνάμεών ἐστιν ὁ υἱὸς, καὶ καταφαρκήσει λέγων, δύνασθαι χρῄζειν αὐτὸν, καὶ ἀτελῆ κατὰ τοῦτο ὑπάρχειν, ὃ κύριος καὶ μόνῳ προσεστιν αὐτῷ μετὰ πατρὸς καὶ ἁγίου πνεύματος; ἐρεῖ πάλιν ἡμῖν ὁ δι' ἀσεβείας, καὶ τοῦτο φανεῖται οἰκεῖος τῷ υἱοῦ τὸν πατέρα. ὁ μὲν γὰρ ἐστὶ τῶν ἔργων προκαταρκτικὸς, ὡς ἔχων ἔν τε τῇ δυνάμει καὶ ἐν τῷ πάντα εἰδέναι τὸ τέλειον· ὁ δὲ προτερεῖ μὲν θεατὴς, εἶτ' ἤδη ἐργάτης τῆς τοῦ πατρὸς ἐνεργείας αἰματτόμενος εἰς ἑαυτὸν τὰ μίμησιν, ἵνα διὰ τῶν ἔργων ὁμοιότητος, καὶ αὐτὸς νοῆται Θεός· τοῦτο γὰρ ἡμᾶς ἀναδιδάσκει λέγων, μὴ δύνασθαι ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ μηδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. τί φῄς ὦ πάντολμε σύ; τῆς τοῦ πατρὸς ἐνεργείας ἀναμάττεται τοῖς τύποις εἰς ἑαυτὸν ὁ υἱὸς, ἵνα διὰ τούτου νοῆται Θεός; διδάσκαλος οὖν ὅτι Θεὸς, καὶ οὐκέτι κατὰ φύσιν· ὥσπερ δὲ ἐν ἡμῖν ἐπιστήμη καὶ τέχνη τυγχάνει, ὅτως ἐστὶ καὶ ἐν αὐτῷ ὅτι τὸ ἀξίωμα, καὶ τεχνίτης μᾶλλόν ἐστι τῶν θειοτήτος ἔργων, ἢ Θεὸς ἀληθινός· ἕτερος δὲ πάντως πάντως αὐτὸς ἀνάγκη τὸ ἐν αὐτῷ τεχνίτης, καὶ ὑπάρχη θειοτρεπὴς. πῶς οὖν ἀρά γε τῆς θειότητος ὅρων ἐκβεβηκὼς, καὶ ἐν μόνῃ τῇ τέχνῃ φορεσάμενος τὸ δόξαν προσκυνοῦσι μὲν ἄγγελοι κατ' ἀρχὰς, προσκυνοῦμεν δὲ καὶ ἡμεῖς ἀνεγκλήτως, ὃ μὴ χρῆναι λατρεύειν ἑτέρῳ ἀνάγκη τῶν ὄντως ὄντα Θεὸν τῆς ἀληθείας νομοθετούσης ἡμῖν γραφῆς; κύριον γὰρ, φησὶ, τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ

λαμβάνοις. Ἀλλ' οὐκ ἀπὸ ἀσφαλοῦς τὸ πρέπον- A *sernies.* Sed à decoro non aberrat ſancta
τον εἰ ἁγία μᾶλλον τῶν ἀγγέλων πληθὺς, τὸν σεμνοῦ ὄντα υἱὸν, καὶ λαμβάνει μᾶλλον, καὶ φύσιν ὄντα Θεὸν ἐπιγινώσκουσα, καὶ ὑ διδακτῶς, ὡς ἐκ ἔνιοι λαμβάνοντες φασίν· ὑ γὰρ ἀμαθαίνονται, καὶ τὸ εἰκὸς, ὅσοις ἐντεῦθεν ἀπολισθαίνομεν τοῖς ἁμαρτήμασι. πρῶτον μὲν γὰρ ὁ υἱὸς ἀλλοιοῦταί τε, καὶ βελτίων ὢν ὅτι τὸ μεῖζον ὡς ἐξ ἐλάττονος ὑπολαμβάνεται, κατὰ τὸ γεγραμμένον λέγων αὐτὸς· ἴδετε, ἴδετε ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι· δεύτερον δὲ πάντως καὶ ὁ ψαλμῳδὸς ἐν πνεύματι, σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, βοᾷ πρὸς τὸν υἱόν. πρεσβεύει γὰρ, ὡς ἔνιοί φασιν, ἐνεργοῦντα τὸν πατέρα πρός τι τῶν ὄντων, οἱονεὶ κανονίζων ἵνα καὶ διδάσκαλον, ἵνα θεωρήσας γνήσιον μιμητὴς· εἶτα πῶς ὁ Ἰουδαῖος οὐκ αὖ τὴν δόξαν λοιπὸν ἐξ ἀγνοίας τῆς ἴσης ἀναβαίνειν εἰς γνῶσιν, καὶ ἀπὸ τοῦ χείρονος μεταπέπτωκε πρὸς ἄμεινον, εἴπερ εἰ) λογούμεθα τὸ εἰδέναι τί τε ἀγαθὸν, τοῦ μὴ εἰδέναι κάλλιον; εἶτα τί πρὸς Ἰουδαῖος ὀφθῆναι τὸ ἄτοπον, λέ- C γόντων ἡμῖν οἱ παιδευτοὶ, ἢ πατέρα μᾶλλον εἰσφέροντες τὸν Θεόν· πότερόν ποτε τὸ ἔργον τοῦ παιδὸς ἐν ἀγνοίᾳ καθεστηκὼς ὁ υἱὸς πρεσβεύει τὸ ἴδιον, ἢ τὸ ὅτι Ἰούδαις γνῶσιν οὐκ ἔχων ἀκριβεστάτην; εἰ μὲν οὖν εἰδὼς πρεσβεύει ἐργάσιν αὐτὸν, πρεπόπειν τί ποιοῦντα Ἰουδαῖος ὅτι δείξουσι, καὶ εἰκασθέντος πρόγματος ὅτι παιδεύειν τὸν πατέρα· ὁ μὲν γὰρ, ὅταν οἶδεν ἀκριβῶς, ὡς ἀγνοοῦν ὑποτίθεται, ὁ δὲ τὸν εἰδότα διδάσκειν ὑπολαμβάνει· καὶ τίνι τῶν ὄντων οὐκ ἔσας καταφανὲς, ὅτι D τὸ ἐλάττονος γνωστὸν εἶναι κείσεται τὰ ζητούμενα; Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἴσως ἐργάσει τυχόν· μεταβήσονται δὲ πρὸς τὸ ἐναντίον. πρεσβεύει γὰρ αὐτὸν ἀναγκαίως ἐνεργοῦντα διαβεβαιώσονται τὸν πατέρα πρὸς τὸ θεωρήσαντα μαθεῖν. πῶς οὖν οἶδε τὰ πάντα, περὶ γνώσεως αὐτῶν; ἢ πῶς δύνηται λέγων αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν· Θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι λέγει κύριος, καὶ οὐχὶ πόρρωθεν, μὴ ἀπ' ἐμοῦ κρυβήσεταί τι; πῶς δὲ ἴσως ἄτοπόν τε καὶ ἀμαθὲς τῷ μὲν πνεύματι πιστεύειν, ἐρευνᾶν τε καὶ εἰδέναι τὰ βάθη τοῦ Θεοῦ, τὸν δὲ τοῦ πνεύματος χορηγὸν ἐν ἀγνοίᾳ καθεστάναι νομίζειν τὸ ἔργον τοῦ παιδὸς, ἢ τὸ ἴδιον πνεύματος, ὅσον εἰς γνῶσιν ἀπολιμπάνεσθαι; ἄρα γὰρ ἴσως ἀποδυθῇ καὶ τὸ εἰ) σοφία λοιπὸν ὁ υἱὸς, ἐπείπερ ὅλως ἄγνοεῖ, καὶ λαμβάνει δεύτερα μαθήσεως; σοφίας γὰρ μᾶλλον ἔσας δεκτικὸς, ἢπερ αὐτὸ κατὰ φύσιν σοφία. σοφία γὰρ τὸ σοφοῦν, καὶ τὸ σοφοῦσθαι πεφυκὸς, ὡσαύτως ἔστω ἀμαθὴς καὶ φῶς

sernies. Sed à decoro non aberrat ſancta potiſſimum Angelorum turba, ſed Filium adorat, & nobiſcum eum colit quem ſecundum naturam Deum nouit eſſe: neque diſciplinâ, vt illi nugantur: nec enim, vt apparet, ſentiunt quantas in abſurditates inde prolabantur. Primùm etenim Filius alterationem & mutationem in maius à minori ſuſcipiet, quamuis per Propheram ipſe dicat, *Videte, videte quia ego ſum, & non mutor.* Sed mentietur vtique B Pſalmiſta clamans in Spiritu ad Filium, *Tu autem idem ipſe es.* Expectat enim, *Pſal. 101* vt illi aſſerunt, dum Pater circa aliquid operetur tanquam dux & magiſter, vt eo conſpecto, eius imitator fiat. At quî fieri poteſt vt qui huiuſmodi eſt non videatur ex ignoratione ad agnitionem quorundam euehi, & à deteriori in melius tranſmutari, ſi boni cuiuſdam ſcientiam ignoratione præſtabiliorem eſſe iudicemus? At quidnam inſuper abſurdi ſequatur, dicant nobis qui magiſtrum potius quam Patrem Deum eſſe ſtatuunt: vtrum Filius ignorans Patris opera expectat dum videat, an exactiſſimam eorum notitiam non habens? Nam ſi dicent expectare, quamuis illa cognoſcat, clarè oſtendent inaniter facere, & vaniſſimæ rei operam dare Patrem. Ille enim quod apprimè nouit, vt ignorans conſiderat: hic illius gnarum docere aggreditur. Cuinam autem dubium eſſe poteſt quin hæc planè ridicula ſint? Sed hoc forſan di- D cturi non ſunt, immò contrariam in partem potius ſe transferent. Aſſerent enim ipſum neceſſariò expectare dum Pater operetur, vt ex illius contemplatione diſcat operari. Quomodo ergo vniuerſa nouit antequam fiant? aut quomodo verè dicet ipſe de ſeipſo: *Hier. 23.* *Deus appropinquans ego ſum, dicit Dominus, & non Deus de longe, num abſcondetur quid à me?* quomodo non abſurdum & inſulſum erit Spiritui credere, & inquirere ac ſcire profunda Dei, exiſtimare autem largitorem Spiritus ignorare Patris opera, & ſuo Spiritu quoad cognitionem inferiorem eſſe? Nunquid enim Filius quoque ſapientia eſſe deſinet, cum vtique ignoret, diſcendóque percipiat? Sapientiæ enim potius capax erit, quàm ipſamet ſecundum naturam ſapientia. Sapientia quippe eſt id quod ſapientiam largitur, non quod ſapientiam accipit, quemadmodum nempe etiam lumen eſt illu-

Οτε μακρᾶς ἀφεστήκασι τῆς ἠπείρου χωρίζονται, καὶ παντάπασι δοκεῖ εἶναι διασώζεσθαι μηδαμῶς· μέσοι γὰρ εἶχον ἤδη τὴν θάλασσαν· τότε δὴ μάλα πεποθήτως αὐτοῖς ἐπιφαίνεται ὁ Χριστός· ὡς γὰρ ἄρα καὶ χρησιμώτατον τοῖς κινδυνεύουσιν ἐπιδοθῆναι τὸν σωτῆρα, πᾶσαν αὐτοῖς τὴν ὑπὲρ ζωῆν ἐλπίδα παρὰ προσδοκίαν ἤδη τοῦ φόβου ἐπιφαίνεται· ὁ γὰρ οὕτως αὐτοῖς· τοῦτο γὰρ ὧν μάλιστα ὁ παρὰ ὠφέλειαν οἰκονομούμενον. καταπλήττονται δὲ ἀφ' μέσης θαλάσσης, καὶ ἐπ' αὐτῶν ὑδάτων ἰόντα βλέποντες τὸν Ἰησοῦν, καὶ προσθήκην τῷ φόβῳ ὁ θαῦμα λαμβάνουσιν· ἀπαλλάττει δὲ αὐτοὺς τῶν συμβεβηκότων παράχρημα Χριστὸς, ἐγώ εἰμι, μὴ φοβεῖσθε λέγων· ἔδει γὰρ ἔδει πάντα μὲν ὀκνηρὸν εἶναι τὸν πόνον, πάντας ὑπὲρ κινδύνου φαίνεσθαι κρείττονας, τοῖς οἷς ἤδη παρὼν ὁ Χριστὸς· εἰσόμεθα δ' ἐσόμεθα, καὶ ἀφ' ἑτέρου πάλιν, φέρημα μὲν ἔχειν ἐν πειρασμοῖς βουλόμενόν τε καὶ νεανικὸν, ἐστομωμένη δὲ κεχρῆσθαι συντόνῳ τῇ εἰς Χριστὸν ἐλπίδι βεβαιουμένους εἰς διάρσιαν τὸ ὅτι πᾶν πάντα δύναται σῶσαι, κἂν πολλοὶ λύπας ἡμᾶς οἱ ἐκ τῆς περιόδου περικλύζωσι φόβοι. ἐπιτηρεῖ γὰρ ὅπως οὐκ εὐθὺς ἀποπλεύσασιν, οὐδὲ ἐν ἀρχῇ τῶν κινδύνων τοῖς ἐν πᾶσι Χριστὸς ἐπιφαίνεται, ἀλλ' ὅτε σταδίοις ἀπεννοσφίζοντο τῆς ἠπείρου πολλοῖς. ἐὰν γὰρ εὐθὺς ἐρχομένης ἢ ἐκταραττούσης λύπας παρεισάσεως εἰ τῶν ἀφοσιοῦντος χάρις ἐπιφοιτᾷ, ἀλλ' ὅταν ἀκμάσῃ μὲν ὁ φόβος, φαίνηται δὲ ἤδη κρατῶν ὁ κίνδυνος, καὶ ἐν μέσοις, ἵν' ὕπως εἴπω, τοῖς κύμασι τῶν θλίψεων ὑπεισπλέωμεν· τότε δὴ καὶ ἀδοκήτως ἐπιφαίνεται Χριστὸς, καὶ παρεισέλθὼν μὲν τὸν φόβον, κινδύνων δὲ ἀπαλλάξει πάντας, ἀφάτῳ δυνάμει μεταβιβάζων τὰ δεινὰ, καθ' ἅπερ εἰς γαλήνιον τὴν διάθεσιν.

B

C

D

E

A Ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον, καὶ διήνεως ἐγένετο τὸ πλοῖον ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς ἣν ὑπῆγον.

v. 21. *Voluerunt ergo accipere eum in nauim, & statim nauis fuit ad terram, in quam ibant.*

Οὐ κινδύνων μόνον ἀπαλλάττει τοὺς πλωτῆρας ὁ κύριος παρὰ δόξαν αὐτοῖς ἐπιφαινόμενος, ἀλλ' ἤδη καὶ πόνου, καὶ ἱδρώτων ἐλαυνομένοις, δυνάμει τῇ θεοπρεπεῖ τῇ κατ' αὐτὸ πέρας γῆ παραστρέφει τὸ σκάφος· οἱ μὲν γὰρ παραπλέοντες, ἐρέσσοντες ἐπὶ μόλις διανύειν διεκπλοῦν, ὁ δὲ καὶ τούτων ἐξίστησι τοὺς πόνους αὐτοῖς πολλοῖς, ἐν ὀλίγῳ κομιδῇ τῷ B καιρῷ θαυμαστὴν δημιουργὸς παρὲξ πλεονεξίαν αὐτοῖς ἀναδεικνύμενος· ὅταν οὖν ἡμῖν ἐπιφαίνηται, καὶ ἐπιλάμψῃ Χριστὸς, ἀνωτάτω κατορθώσομεν καὶ τὸ μεῖζον, ἢ κατ' ἐλπίδα τὴν ἐν ἡμῖν, καὶ οἱ δι' αὐτὸν κινδυνεύοντες, ἐνταῦθα ἔτι παραδέξη. πονήσομεν πρὸς τὸ δύνασθαι κατορθοῦν τὰ λειτουργῆσαι, παρόντος αὐτοῦ. λύσις οὖν ἅρα πάντος κινδύνου Χριστὸς, καὶ κατορθωμὴ ἔκβασις τῆς ὑπὲρ ἐλπίδα τοῖς παραδεχομένοις αὐτόν. ὅπερ δὲ τὸν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν παρακειμένων λόγον, ἄγε δὴ πάλιν ταῖς τῶν ἤδη φθασάντων ἀκολουθίαις, καὶ τὸν ἐν τούτοις συνείρωντες νοῦν, πνευματικῶς ἐξυφάνωμεν θεωρίαν. ἐνταῦθα ὥσπερ εἰς ὄρος ἀναβεβηκέναι τὸν Σωτῆρα ἐλέγομεν τὸν Ἰησοῦν, ἀναληφθέντα δηλονότι, μετὰ τὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστάσιν· ἀλλ' ὅτι τοῦτο ὄντως συμβέβηκε, τότε μόνοι, καὶ καθ' ἑαυτοὺς οἱ μαθηταὶ τύπον ἐπέχοντες τῆς ἐφεξῆς καὶ ἐν πάντα καιρὸν διδα- D σκάλων ἐκκλησιαστικῶν, καθάπερ τινὰ θάλασσαν τὸν παρόντα βίον διανήχονται κλύδωνα, συχνοὺς, καὶ μεγάλους ἀδιαπαύστους πειρασμοὺς, καὶ τοὺς ὑπὲρ τοῦ διδάσκειν κινδύνους ἐνίοτε δικαιοφρόνητους ὑποπλέοντες παρὰ τῶν ἀνθρωπίνων τῇ πίστει, καὶ μαχόμενοι τοῖς διαγελικοῖς δηλονότι κηρύγμασιν, ἀλλὰ καὶ τῷ φόβου πεπαύσονται, καὶ κινδύνου πάντος, καταλήξουσι δὲ καὶ τῆς ἐν πόνοις θαλασσεύσεως, ὅταν αὐτοῖς καὶ εἰσαῦθις ἐπιφαίνηται Χριστὸς ἐν δυνάμει θεοπρεπεῖ, καὶ πᾶσαν ἔχων ὑπὸ πόδας τὴν οἰκουμένην. τοῦτο γὰρ οἶμαι δηλοῦν τὸ ὅτι θαλάσσης περιπατεῖν, ἐπεὶ καὶ εἰς κόσμου τύπον πολλάκις ἡ θάλασσα παρὰ τῆς θείας λαμβάνεται γραφῆς· καὶ ὃ ἐν ψαλμοῖς εἰρημένον, αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη, καὶ εὐρύχωρος, ἐνταῦθα ἕρπετὰ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· ὅταν οὖν εἰσέλθῃ Χριστὸς ἐν δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καθάπερ γέγραπται, τότε τῶν ἁγίων ἀποστόλων τὸ σκάφος, τοῦτ' ἔστιν, ἡ ἐκκλησία, καὶ οἱ πλέοντες ἐν αὐτῇ, τοῦτ' ἔστιν, οἱ διὰ πίστεως,

Non à periculis tantum nauigantes Dominus liberat inopinatò eis apparens : ſed omni labore quoque & ſudore vindicat, cum virtute Deo conuenienti in aduerſam ripam nauigium appellit. Illi enim vix ac ne vix quidem remigando tranare ſe poſſe putabant, hic ipſos etiam laboribus iſtis liberat, multis exiguo admodum tempore ad certiorem fidem editis miraculis. Cum ergo nobis apparuerit & illuxerit Chriſtus, nullo negotio quod ſpe noſtra maius eſt etiam perficiemus, & qui periclitamur ex eo quod ipſum non habemus, nullo amplius labore vtilia quæque perficiemus, ipſo præſente. Chriſtus itaque ſolutio cuncti periculi, & operum ſpem omnem excedentium perfectio ſuſcipientibus ipſum. Cum autem de rebus propoſitis ſeorſim iam dixerimus, age rurſus horum quoque ſenſum ſuperioribus coniungendo ſpiritalem contemplationem texamus. Igitur diximus IESVM in cælum tanquam in montem aſcendiſſe aſſumptum nimirum poſt reſurrectionem à mortuis. Sed poſtquam iſtud fieri contigit, tunc ſoli & ſeorſim diſcipuli locum tenentes ſequentium omni quoque tempore doctorum Eccleſiaſticorum, præſentis vitæ procellam ceu mare quoddam enauigant in crebras magnaſque tentationes incidentes, & docendi pericula ab aduerſariis fidei & Euangelicæ prædicationis hoſtibus gnauiter ſuſtinentes : ſed à metu & laborum difficultate ceſſabunt, cum ipſis denuo Chriſtus apparebit in virtute Deo conuenienti, & ſubiectum ſuis pedibus orbem terrarum habens. hoc enim ſignificari arbitror, cum dicitur ambulare ſupra mare : nam E mare in Scriptura diuina plerunque pro mundo capitur, iuxta illud Pſalmiſtæ : *Hoc mare magnum & ſpatioſum : illic reptilia quorum non eſt numerus.* Pſal.103. Cum ergo ingreſſus fuerit Chriſtus in gloria Patris ſui, ſicut ſcriptum eſt, tunc ſanctorum Apoſtolorum nauis, hoc eſt Eccleſia, & qui nauigant in ea, id eſt qui per fidem

& dilectionem in Deum ſupra res humanas feruntur, citò & abſque vllo labore in terram in quam tendunt appellent. Propoſitum enim eis eſt in regnum cælorum tanquam in tutiſſimum portum appellere. Horum autem omnium ſenſum Saluator confirmat, ad ſuos diſcipulos dicens, modò quidem: *Modicum, & non videbitis me:* Et rurſus: *Modicum & videbitis me:* modò verò, *Preſſuram habebitis in mundo: ſed confidite. Ego vici mundum.* Cæterum noctu de monte deſcendit Dominus, & ſuis diſcipulis inſomnibus occurrit: vnde fit vt non ſine metu videant accedentem. Exhorreſcunt enim, vt neceſſariò quiddam hinc intelligendum quoque nobis appareat. Deſcendet enim de cælo, mundo veluti noctu quodammodo dormiente, & in multa peccata ſtertente. Idcirco enim ad nos alicubi quoque ait: *Vigilate ergo, quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus eſt.* Nec minus id ex Virginum parabola diſcemus. Quinque enim prudentes virgines eſſe ait, ſtultas verò, quinque: *Moram autem faciente ſponſo dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit, Exite obuiam ei.* Cernis vt media nocte ſponſus nobis aduentare nuncietur? Quis autem ille ſit clamor, & quinam occurſus, diuinus ille Paulus declarabit dicens, aliàs quidem, ipſum Dominum in miſſione, in voce Archangeli, in tuba Dei deſcenſurum de cælo; aliàs verò, de ſanctis qui reſurrexerint. *Quia & nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, ſimul cum ipſis in nubibus rapiemur obuiam Chriſto in aera, & ſic ſemper cum Domino erimus.* Quòd autem diſcipuli metu perculſi fuerint, licet venientem aſpicerent, & laborantes atque vigilantes deprehenderentur, ſignificat tremendum quidem iudicem in omnes venturum, adeóque iuſtum de ſe timorem omnibus incuſſurum, quippe qui per ignem probandus ſit, licet illius aduentum ſemper expectet, nec virtutum labores abiecerit, ſed bonis vigiliis & ſobrietati ſit innutritus. Nauigium autem cum ſuis diſcipulis non ingreditur tanquam cum iis nauigaturus, ſed illud potius in terram impellit. Non enim Chriſtus apparebit amplius colentibus ſe ad virtutem eos perfecturus, ſed iam

Ioan. 16.

Mar. 13.

Mat. 25.

1. Theſſ. 4.

ἡ ἀγάπης τῆς εἰς Θεὸν, ἀλλὰ τῷ ἐν κόσμῳ γενόντες παροξυνθῶσι, ἀμβυκτὴ δ' ἔχα πόνου πάντας καταλύσουσιν εἰς γῆν, εἰς ἣν ἐπάτησεν. ἐν γὰρ ἀβύσσῳ ὁ σκοπὸς, καθάπερ εἰς βύθιον καταλύσαι λιμένα, τὴν τῶν ἀγαθῶν βασιλείαν δηλαδὴ βεβαίοις ἢ τοῖς ἐφ' ἅπασι τοῖς εἰρημένοις δέχεσθαι ὁ σωτὴρ, λέγων πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ποτὲ μὲν, ὅτι μικρὸν, καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν, μικρὸν καὶ ὄψεσθέ με, ποτὲ δὲ πάλιν, θλῖψιν ἔξετε ἐν τῷ κόσμῳ· ἀλλὰ θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον· κάτεισι γεμίζων δέος· νυκτὸς ἀπὸ οὐρανοῦ ὄρθρος ὁ κύριος, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ἀγρυπνοῦσιν ἐπιφοιτᾷ· καὶ γοῦν ἴσχνα προσβλέπουσι δειλίας ἐν δέχα· καταφείδονται γὰρ, ἵνα δή τι καὶ ἀναγκαῖον εἰς νόησιν, καὶ δι' αὐτῶν ἡμῖν ἀναφαίνηται. καταβήσεται γὰρ ἐξ ὕπνου καθάπερ ἐν νυκτὶ κοιμωμένῳ ἔοικεν ὑπὸ τὸν κόσμον, καὶ εἰς πολλὰ ῥέγχοντος ἁμαρτίαν. Διὰ γὰρ τοῦτο, καὶ πρὸς ἡμᾶς που φησὶ· γρηγορεῖτε οὖν, ὅτι οὐκ οἴδατε ποίαν ὥραν ὁ κύριος ὑμῶν ἔρχεται. διδάσκει δὲ σαφῶς ἤπου λιτὰς καὶ ἡ ὅτι ταῖς πρὸ θύραις ὥρα βολὴ ὁ λεγόμενος. πέντε μὲν γὰρ τὰς φρονίμους εἶναι φησὶ, μωρὰς δὲ τὰς πέντε· ἀλλὰ βραδύνοντος τοῦ νυμφίου ἐνύσταξαν πᾶσαι καὶ ἐκάθευδον· μέσης δὲ νυκτὸς κραυγὴ γέγονεν· ἰδοὺ ὁ νυμφίος, ἐξέρχεσθε εἰς ἀπάντησιν. ὁρᾷς ὅπως Διὰ μέσης νυκτὸς ὁ νυμφίος ἡμῖν ἀγγέλλεται; τίς δὲ λοιπὸν ἡ κραυγὴ, καὶ ὁ τῆς ἀπαντήσεως τρόπος, σαφῶς λέγων ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ποτὲ μὲν, ὅτι αὐτὸς ὁ κύριος ἐν κελεύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπ' οὐρανοῦ· ποτὲ δὲ πάλιν περὶ τῶν ἐγηγερμένων ἁγίων· ὅτι καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα αὐτοῖς ἐν νεφέλαις ἁρπαγησόμεθα εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα. Τὸ δὲ φόβῳ βεβλῆσθαι τοὺς μαθητὰς, καίτοι θεωροῦντας ἐρχόμενον, καὶ ἐν πόνῳ καὶ ἐγρηγόρσει κατειλημμένους, σκιὰν δηλοῖ, ὅτι φοβερὸς μὲν ὅτι πᾶσιν ἤξει κριτὴς, καταπλήξει δὲ πάντας ἐφ' ἑαυτῷ, καὶ ὁ δίκαιος, ὡς Διὰ πυρὸς δοκιμαζόμενος, καίτοι προσαναβλέπων ἀεὶ τὸν ἀφιξόμενον, καὶ οὐκ ὀκνήσας εἰς πόνους τοὺς ἐπ' ἀρετῇ, πάλαί τε ὁμοίως, καὶ ἀγαθῇ γρηγόρσει συντεθραμμένος. καὶ συνεμπερχθεὶς δὲ τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ὡς συμπλεύσων ὁ κύριος, ἐφορμίζει δὲ μᾶλλον τῇ χέρσῳ τὸ σκάφος. καὶ γὰρ συνεργήσων ἔτι πρὸς κατόρθωσιν ἀρετῆς τοῖς αὐτὸν σεβομένοις ὀπιφανήσεται Χριστὸς, ἀλλὰ τοῖς ἤδη κα-

πορθημένοις πέρας ὑπαθήσων ὃ προσδοκώμενον. A perfectis expectatum finem impositurus.

Τῇ ἐπαύριον ὁ ὄχλος ὁ ἑστηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, ἰδὼν ὅτι πλοιάριον ἄλλο οὐκ ἦν ἐκεῖ, εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐ συνῆλθε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ εἰς τὸ πλοῖον ὁ Ἰησοῦς, ἀλλ' οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον· ἄλλα δὲ ἦλθε πλοιάρια ἐκ Τιβεριάδος, ἐγγὺς τοῦ τόπου, ὅπου ἔφαγον τὸν ἄρτον εὐχαριστήσαντος τοῦ κυρίου. B

v. 22. *Altera die, turba quæ stabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi vna illa in quam ingressi fuerant discipuli eius, & quia non introisset cum discipulis suis* IESVS *in nauim, sed soli discipuli eius abiissent. Aliæ verò superuenerunt naues à Tiberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agente Domino.*

Οὐ λανθάνει τὸ παράδοξον, ὃ ἐπ' αὐτῆς τῆς θαλάσσης φημὶ ἄρτι πεπραττόμενον τοῦ Ἰησοῦ, καίτοι νυκτὸς, καὶ ἐν σκότῳ γεγενημένον, καὶ λεληθότως οἰκονομηθέν. Ἐπαισθάνεται δὲ τῆς ἀκολουθεῖν εἰωθότων ὁ δῆμος, ἀφ' ὅσων μέν, ὡς ἔοικε, τῆς ἐπιτηρήσεως, ὅτι μήτε μὴ συμπλέοντι τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς πλεονεκτούμενος, μήτε μιᾷ ἑτέρᾳ διαπορθμεύσαι τοῦ σκάφους. μόνον γὰρ ἓν ἐκεῖσε τὸ τῶν ἀποστόλων, ὃ δὴ καὶ λαβόντες ἀπῆλθον. C Οὐδὲν οὖν ἀρα λανθάνει τῶν ἀγαθῶν, κἂν λεληθότως ἐπ' αὐτοῦ τελῆται τυχόν, καὶ ἀληθὲς ἐστιν ὃ φαμεν, Οὐδὲν κρυπτόν, ὃ οὐ φανερωθήσεται, οὐδὲ ἀπόκρυφον, ὃ οὐ μὴ γνωσθῇ, καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ. χρεὼν οὖν φημι τοιγάρτοι τὸν τοῖς ἴχνεσιν ἀκολουθεῖν ἐθέλοντα τῷ Χριστοῦ, καὶ κατ' ὀλίγον ἐγχωροῦν αἰδεσίμου πρὸς τὸν ἐν ἐκείνῳ διαπρέπειν τύπον, μὴ φιλοκόμπως ἐπίπλαστα ἀφιέναι, μηδὲ εἰς θήραν ἐπαίνων ἐξέλκεσθαι πίστεως πρὸς ἀρετῆς, μηδὲ εἰ παράδοξόν τινα, καὶ λίαν ἐξηκοντημένον ἐπιμέλοιτο βίον, ἢ μετρίως δοξάζειν ἀφ' τούτου φιλεῖν, ἀλλὰ μόνοις ὀρᾶν θέλειν τοῖς τῆς θεότητος ὀφθαλμοῖς ἀποκαλύπτοντα τὰ κρυπτὰ, καὶ ὃ λεληθότως ὑπερπλεῖν εἰς ἐμφανεστάτην ἀγρύπνου καθάπτειν. D

Ὅτι οὖν εἶδεν ὁ ὄχλος ὅτι Ἰησοῦς οὐκ ἔστιν ἐκεῖ, οὐδὲ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ἐνέβησαν αὐτοὶ εἰς τὰ πλοιάρια, καὶ ἦλθον εἰς Καφαρναοὺμ ζητοῦντες τὸν Ἰησοῦν. E

v. 24. *Cum ergo vidisset turba quia* IESVS *non esset ibi, neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capharnaum quærentes* IESVM.

Ἀκολουθοῦσιν ὕστερον θαυματαὶ μὲν ἴσως τῶν σημείων ὑπάρχοντες, ἀ μὲν εἰς ὃ χρεὼν αἰτοῦν πίστιν τοῦ ἐξ αὐτῶν ὠφέλιμον δεχόμενοι, ἀλλ' ὡσανεὶ τινα τοῦ παραδόξοποιοῦ τοῦ αὐτόθεν ἀπόδοσιν ἀφ' τοῦ καὶ μόνον αὐτὸν ἐπαινεῖν οὐκ ἀνεθέλοντες προσκομίζοντες. Φρενὸς δὲ τοῦτο νόσημα πικρὸν, καὶ ψυχῆς ἀδαμάστου ὅτι τὸ τοῦ συμφέροντος αἱρεσιν παιδαγωγίαν κατειθισμένης. αἴτιον ὃ τοῦ-

Sequuntur hi admirantes quidem forsan miracula, non tamen ad credendum vtilitatem ex ipsis capientes, sed remunerationem veluti quandam referentes miraculorum editori ex eo solùm quod ipsum non inuitum laudarent. Mentis autem iste grauis erat morbus, & capessendo bono, nequaquam assuetæ. Cuius causa

causa hæc erat, quòd carnis voluptatibus tantum oblectarentur, & vilissimum ac temporarium cibum arriperent potiùs quam spiritalia bona capesserent, & lucrari conarentur quæcunque ad vitam nutriunt æternam. Hoc autem paulo post liquido patebit.

A τῶν αὐτῶν, ὃ μόνον ἐπιτέρπεσθαι ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς, καὶ ἕτοιμοι μᾶλλον τὸ δυπλησιάτην, καὶ τοῦ σοῦ καιροῦ τοῦ θυμοῦ ἐπιποθεῖν, ἢ ζητεῖν τοῖς πολυμαθέσι ἐπιτέχνων ἀγαθοῖς, ἢ πειρᾶσθαι κερδαίνειν, ὅσα τοῦ ζωὴν αἰώνιον τρέφει τὸν αἰώνιον. τοῦτο δὲ μᾶλλον ἀκριβῶς, καὶ ὕστερον ἐκ τῆς ἐφεξῆς.

v. 25. *Et cum inuenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti?*

Καὶ εὑρόντες αὐτὸν πέραν τῆς θαλάσσης, εἶπον αὐτῷ, ῥαββεί, πότε ὧδε γέγονας;

Amicorum speciem habet oratio, & nonnihil præ se fert suauitatis: veruntamen stulta admodum & inuenilis cōperitur. Non decebat enim eos qui tanto magistro occurrebant vanum quiddam dicere, nihilque ab eo exquirere. Quid enim opus erat scisciari, quandonam ipse aduentasset? aut quid hinc vtilitatis accepturi erant postquam didicissent? Sapientia igitur & exquisita petenda sunt a sapientibus, & prudens silentium ineptis sermonibus est antepo- *Coloss. 4.* nendum. Sale quippe condiendum esse C nostrum sermonem iubet discipulus: Et alius quidam è sapientibus cò nos *Eccles.* mutat his verbis: *Fili, si quidem tibi est sermo intelligentiæ, responde: Sin minus, manus tua sit in ore tuo.* Quò pacto verò linguæ imperitæ vitium dāmnetur, alio *Luc. 1.* quoque ex loco agnoscemus. *Stultis enim prosit*, inquit, *se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.*

B Εἰς σφάλσιν μὲν ὁ λόγος τῶν ἐξ ἀγαπώντων χαμαὶ ζεται, καὶ ἐσοπλάτεσθαι πῶς ὁ γλυκὺ, πλεῖν δύοντος χαμίδη, καὶ μειρακιώδης ἀξιολέγεται· ἡ γὰρ ἔδει τοῦ τοσούτου διδασκάλου μαθητὰς ὄντας κενόν τι λέγειν, καὶ μαθεῖν ἐπιζητεῖν ὃ μηδέν. τί γὰρ ἔδει φιλοπυθεῖν, ποτὲ μὲν αὐτὸς ἀφίκοιτο τυχόν; τί δὲ εἰκῆ τοῦτο μαθόντες ὠφεληθήσεσθαι; σοφὰ δὲ διαγράφειν ἔδει σοφῶν ζητητὰς, καὶ τοῦ σοῦ τελουμένους λόγου ἀπαραδότους εἶναι σιωπῆς δίχα. ἀλλ' ἐμὲ μὲν χρὴ ἀκροᾶσθαι δεῖν ὑπὸ τοῦ λόγου ἡμᾶς ὁ Χριστοῦ μαθητής· ἕτερος δέ τις εἰς τοῦτο τοῦ σοῦ ἐρεῖ τὸν σοφὸν, τέκνον, εἰπών, εἰ μὲν ἔστι σοι λόγος συνέσεως, ἀποκρίνου· εἰδὲ μή, χεῖρά σου ἐπὶ στόματί σου. ὅπως δὲ φαῦλόν ἐστι τὸ ἐπ' ἀπαιδεύτου γλώσσῃ καλλιγωνώσκεσθαι, ἐκ δ' ἑτέρου γνῶτε μεζονος· εἷς γάρ, φησι, δοκεῖ θρησκὸς εἶναι ἐν ὑμῖν, μὴ χαλιναγωγῶν γλῶτταν αὐτοῦ, ἀλλὰ ἀπατῶν καρδίαν αὐτοῦ, τούτου μάταιος ἡ θρησκεία.

C

v. 26. *Respondit eis* IESVS, *& dixit: Amen amen dico vobis: quæritis me, non quia vidistis signum, sed quia manducastis ex panibus, & saturati estis.*

D Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ζητεῖτέ με, οὐχ ὅτι εἴδετε σημεῖον, ἀλλ' ὅτι ἐφάγετε ἐκ τῶν ἄρτων, καὶ ἐχορτάσθητε.

Afferemus aliquid commune, veruntamen exiguo tritum vsu. Solent magno ingenio præditi doctores irasci plerunque cum inane quiddam & inutile ab ipsis quæritur. Neque E verò id ex arrogantia facere comperiemus, sed quod interrogantium imperitiam molestè ferant. De nobis itaque nostrique similibus non insulsè dictum illud esse arbitror. Saluator autem vehementius obiurgat eos qui talia quæsierant, vtpotè stultè loquentes, & imperitè quærentes non ea ex quibus boni probique euaderent, sed ipsum ob mercedem corpoream, illamque vilissimam sequerentur. Quid enim

Ἐοικὸς μὲν δή τι κοινὸν, πλὴν ἔστι μικρῷ τετριμμένον. πέφυκασί πως αἱ μεγάλαι τῶν διδασκάλων ἐξὸς ὑ μετρίως χαλεπαίνειν πολλάκις, ὅταν ἄμα τῶν εἰκαίων, καὶ ἀνωφελῶν ἐξετάζωνται· ἐγὼ δ' οὐπου τοῦτο παθοῦσαν αὐτοὺς ἐξ ἀλαζονείας θρασύνομαι, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς τῶν ἐρωτώντων ἀμαθίαις ὀπίσω, καζόντας· ὅτι μὲν οὖν ἡμῖν τε καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς οὐκ ἀκόμψως εἰρῆσθαι τοῦτο ἐπιστήσομαι· ὁ δὲ σωτὴρ τοῖς ἐκ φανεροῦ διερωτήσασιν ἐπιφέρει τὸν ἔλεγχον ὁ σωτὴρ, ὡς λαλοῦσιν ἀπαιδεύτως, καὶ ἀπαιδεύτως διεσκεμμένοις, οὐχ ὅτι προσῆκεν ζητεῖν τὰ ἐφ' οἷς ἂν γένοιντο καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ, ἀλλ' ἐπὶ μισθῷ σωματικῷ, καὶ τούτου ἕνεκα τελεσιτατα καζακολουθεῖν αἰσχ. τὴν γὰρ

ἀνήκοιτος ἐσθῆτος ἐφημέρου, ἢ οὐκ ἐπὶ πολυτελείᾳ ὄψεται; ὑποπτευτέον τοίνυν ἡμῖν εἰς Χριστὸν διάθεσιν, ἢ ἀγάπην. οὐχ ἵνα τι σωματικὸν διείσκωμεν, ἀλλ' ἵνα τὴν δι' αὐτοῦ σωτηρίαν ἀποκερδάνωμεν, καὶ μὴ λέγωμεν αὐτῷ ἀγαθὰ τοῖς αὐτοῖς, ὡς ἔφην οὖν ἐκεῖνοι ὁ βαθοῖ, ἐμπορείας δὲ ἄλλως ἐστὶ πάσιν, ἢ αὐτίκα χρημάτων συγκομιδῆς τοῖς χρησταλογίαν ἀρτύουσιν· ἤγουν ὁ τοιοῦτος ἐπιχρῶν, οὐκ ἀγιοστόλοιτον ὅτι πικρῶς ἐλέγχοντι προσοφάλλῃ τῷ Χριστῷ, καὶ τοῖς κεκρυμμένοις σου καρδίαν ἀποκαλύπτοντι. θαυμάσαι δὲ πάλιν ἀκόλουθον καὶ τοῖς ὅτι τοῦτοις οἰκονομίαν. ὅπερ γὰρ νόσου καταπλαττόμενος ἐθεράπευτο τῇ προσφορᾷ, κατὰ τὸν τῆς ἀνεσοτέχνας καὶ ὑποκρίσεως ἔλεγχος, διπλοῦν αὐτοῖς ἐπιτίθησι φάρμακον, ἀξιολογώτατον σημεῖον ἐπωφελῆ προβαλλόμενος ἔλεγχον. ὃ μὲν οὖν σημεῖον εὑρήσομεν ἐν τῷ εἰδέναι τὰ ἐν αὐτοῖς, ὃ δὲ τῷ κωλύειν μὴ δι' ὑποψίαν ζητεῖν ἐπίπλαστος λέγειν αὐτοῖς τὸν θαυματουργὸν, θεωρήσας τὸν ἔλεγχον· ὠφελεῖ δὲ διττῶς. ὁ μὲν γὰρ ἐξεπίστασθαι σαφῶς τὰ ἐν αὐτοῖς βουλεύματα, καὶ γνωρίζειν ἀκριβῶς ἀσυνέτους ὄντας ὑποδείκνυσι, ὅτι δὴ λήσεσθαι τὸν θεῖον ὀφθαλμὸν οἰομένοις, καίτοι σὺν τοῖς μὲν ἐν καρδίᾳ πονηρίαν, ὑποπτεύοντες ὃ δὲ ἐν γλώσσῃ γλυκύ. τέλος δὲ ἐν ἀπειλοντος ἤδη νόσου μὲν τῆς ὅτι τοῦτοις ἀποφοιτᾶν, ἀνδρίας ἢ καταλήψεν ἡμῖν μηχανᾶς· ὑβριστὴς γὰρ ὄντως, καὶ παράνομος, ὁ ταῦτα ἔχων ὅτι Θεῷ τῷ δόλῳ λῆψιν· τὸν δὲ χρήσιμος ἐλέγχων ἡμῶν τοιχῆς, ἀπαστράζων ἔξωθεν ἀπὸ τῆς κακοῦ τὸν ἐπέκεινα δρόμον ἔρπει μὲν γὰρ, καὶ σὺν τείνεται ὁ κανὼν ἔχον σοβεῖν· φωραθεὶς δὲ πως μᾶλλον ἢ καὶ ἀμύνεται, καὶ χρῆναι δίκην εἰς ἑαυτὸ συγκλείεται· ὠφελεῖ δὲ καὶ τοῖς ὁ κύριος, καὶ δι' ὧν αὐτοῖς αὐτὸν, ὅτι πλήττοι νομίσῃ. ἀφ' ὧν τοῦτον αὐτῷ διέρχεται τὰ τοιαῦτα νοητέον ἐστὶν, ὅτι καὶ θαυμάζοιμεν, ἢ χρὴ τοῖς τῶν ἐκκλησιῶν ἡγουμένοις, μὴ ὀρθοπεδῶσι δὲ τὴν πίστιν, ἢ σεσαρπάζεσθαι τὴν κολακείαις ἀκόλουθον αὐτοῖς, οὐδὲ ὡς ἂν ἵνα μισθὸν τὴν ἐπαίνων ἀλλαχοῦ τοῖς ἐπανορθώσεως δεομένοις, τὴν ἐφ' οἷς αἰσχύνοι σωτηρίαν· ἐλέγχειν μᾶλλον ἐν παῤῥησίᾳ, καὶ μεταχαρᾶν ἀναπείθειν ὅτι ὃ ἄμεινον, ἤγουν δόξαν τοῦτον κἂν ἑτέρως ὠφελεῖν, καὶ ὃ εἰρηκέναι κατὰ τὸν Παῦλον τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐνώπιον πάντων ἔλεγχε, ἵνα καὶ οἱ λοιποὶ φόβον ἔχωσι. τὰ μὲν οὖν ἐν τοῖς προκειμένοις ἡμῖν ἀναμέσῳ ἐν τοῦτοις, ἀκο-

A cibo illo quotidiano, nec admodùm exquisito vilius? Colenda est igitur pietas in Christum & dilectio, non vt aliquid recipiamus corporeum, sed vt salutem per ipsum lucremur: & nec blandis quidem verbis eum compellemus sicut illi Rabbi dicebant, verborum comitatem ad impetrandas diuitias & pecuniarum abundantiam componentes. Nam qui istiusmodi quiddam aggreditur, non ignorabit tandem incurrere se in Christum, qui acerbè reprehendat, & occultam in ipso malitiam reuelet. Porro consentaneum est

B dispensationem in his rursum mirari. Nam cum prædicto morbo correptos eos videret, non secus ac peritus & solers medicus duplex eis excogitauit remedium, authoritati miraculi reprehensionis vtilitatem adhibens. Signum igitur reperiemus in eo quod intima eorum nouerat: In eo verò quod propriè dicit eos miraculorum editorem nolle quærere propter pietatem, reprehen-

C sionem spectabis. Prodest autem duobus modis. Nam ex eo quod Iesus nouit intima eorum consilia, scire se quoque ostendit eos stultos esse, qui diuinum oculum latere posse sibi persuadeant, infossa interim cordi malitia, & blanditiis lingua compositis. hoc enim erat eos admonere demum, vt ab isto morbo cauerent, seque à non paruo peccato expedirent. Iniurius enim profectò, & iniquus est, qui hanc habet de Deo opinionem. Ex eo verò quod vtiliter peccantes arguit, eos ab

D vlteriore cursu in malum quodammodo reuocat. Serpit enim, & manat latius cùm nihil est quod prohibeat, sed deprehensum propemodum erubescit, & funiculi more in seipsum contrahitur. Prodest ergo Dominus, etiam cum increpat, & quibus ferire putatur, isdem ipsis beneficia conferre cernitur. Hinc statuendum est, Ecclesiarum præsulibus, tametsi quidam eis assententur, aut blandiantur sed in fide rectè non incedant, illorum adulationibus cedendum non esse, nec de eorum delictis ta-

E cendum, vt præmium veluti quoddam laudum quas acceperint iis retribuant quibus correctione opus est: sed liberè potius increpandos, & ad meliorem frugem reuocandos, ideóque cæteros quoque hinc iuuandos iuxta illud Pauli dictum: *Peccantes coram omnibus argue, vt & cæteri timorem habeant.* Sed de rebus propositis sigillatim hactenus. 1. Tim. 5.

Consentaneum tamen arbitror vt quæ A
prioribus obseruationibus subiuncta
sunt, ea ipsa rursum exhibeam. Igi-
tur ibi diximus Saluatoris nostri de
monte descensum figuram esse secun-
di & denuò futuri de cælis aduentus,
& omnia veluti complectendo addi-
dimus, apparere ipsum discipulis suis,
cum vigilantibus, tum laborantibus,
& nauigio metu soluto in terram il-
lud statim deponere. Quid verò hinc
typicè nobis significatum sit, ibi de-
clarauimus. Sed obserua nunc quos- B
dam pone sequi, & vltimos ad IE-
SVM venire, postquam de monte
descendit. Veniunt enim postero die,
(quod non temerè Euangelista addi-
dit) & cum occurrissent Christo,
blandis sermonibus ipsum aggrediun-
tur, sed eos Christus arguit, acrem
& feruentem increpationem adhiben-
tes, vt illud rursus in animum induce-
remus, postquam Dominus ad nos de
cælis venerit, vanissimam demum
& inutilem fore bonorum postula-
tionem, neque nos tempestiuè iam C
cum secuturos: sed & tametsi quidam
cesserint sperantes ipsum blan-
dissimis verbis delinire, non iam faci-
lem ac mitem iudicem reperient, sed
asperum ac seuerum. Adulationem
quippe eorum qui arguentur, & in-
crepationem ipsam in Saluatoris ver-
Mat. 7. bis conspicies, cum nimirum ait: *Multi dicent mihi in illa die*, (Iudicij scilicet) *Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus? Sed tunc*, inquit, *confitebor illis, quia Amen dico*
Hier. 10. *vobis, nunquam noui vos.* Non enim D
purè me quæsistis, inquit, nec sanctimonia splendere studuistis: hinc
enim vos agnoscerem, sed cum ad
lucrum faciendum imaginariam &
inanem pietatis speciem præ vobis tu-
leritis, idcirco vos mihi quoque igno-
tos esse profiteor. Quod igitur hic
esse dicimus, *Domine, Domine*, idip-
sum ibi quoque, *Rabbi*. Quocirca
cuicunque graue & acerbum est puni-
ri, ne in ignauiam delabatur, ne-
que varijs modis infirmum præbeat se E
ad peccatum, bonitatem Dei respi-
ciens, sed præparet opus suum, vt
scriptum est, in exitum suum, &
præparetur in agrum, hoc est do-
nec in hoc mundo est. Agrum enim
mundum Saluator interpretatus est.
Præparetur verò ad probationem

λουθία γεμίζει, καὶ αἰσχρῶς ἐπενίνευγμένα τοῖς
ἤδη προτεθεωρημένοις, αὖθις δείκνυμι δεῖν ἐπα-
λαμβάνω καὶ αὐτά. Σχοινῶ δὲ ἐκείνοις ἐλέγομεν
ὅτι σκοπὸς ἡμῖν τὸ ἐκ τοῦ ὄρους καθοδον τοῦ σω-
τῆρος ἡμῶν, καὶ αὖθις ἐσομένην ἐκ τῆς οὐρανῶν
ὑποδημίας ἀνατυποῦν, καὶ ὡς ἐκ συναιρέσεως τὰ
πάντα θεωρήματα προεστήκειμεν, ὅτι καὶ ἀγρυ-
πνοῦσι, καὶ ἐν τῷ πονεῖν ἐπαρκοῦσιν ἔτι τοῖς
ἑαυτῶν μαθηταῖς ὑπεφαίνεται, καὶ ἐλλίας ἀπαλ-
λάξας τὸ δαιμόνιον τὸ σκάφος ἐπὶ τὴν θεὸς γῆν.
καὶ τί δὲ ἐκ τούτων, ὡς ἐν τύποις ἡμῖν ζωγρα-
φούμενον, ἐν ἐκείνοις ἐξαφανίζομεν. ἀλλ' ὑπο-
τρέχω, ὅτι μὴ δὲ καταλῆξαι ἐκ τοῦ ὄρους τὸν
Ἰησοῦν, ὑστερίζοντες αὐτοὶ τὰ ἀκόλουθα φησιν, καὶ
τελῶναι βαδίζουσιν ἐπ' αὐτόν. ἔρχονται γὰρ τῇ
ἐπαύριον. Οὐκ ἀποδοκιμάσας καὶ τοῦτο θεοσε-
βοῦντος τοῦ διαλόγου· εἶτα συντυχόντες,
χρηστοῖς κολακεύειν ὑπαχθέντες λόγοις, ὑπο-
πλήττει γ' αὐτοῖς ὁ Χριστὸς, ζέουσα καὶ δριμεῖα ἐ-
πάγων τὸν ἔλεγχον, ἵνα πάλιν ἐκεῖνο διενθυμώ-
μεθα, ὅτι μὴ δὲ ἀφικέσθαι τὸν κύριον ὡς ἡμᾶς
ἐξ ὑφαντῶν, εἰκαιοτάτη λοιπὸν, καὶ ἀνωφελὴς αὐ-
θεφποις ἡ τῶν ἀγαθῶν ὑπεζήτησις, καὶ δ' ἀκο-
λουθεῖν ἐθέλειν αὐτῷ καιρὸν οὐκ ἔχει τὸν παρέποντα. ἀλλὰ καὶ θεοσιοὶ τινες, θεοσπουδαίοις
αὐτὸν κολακεύειν οἰόμενοι λόγοις, οὐκέτι
χρηστῷ πειστεύουσι, καὶ παρὰ τοῦ κείνοντι,
ἀλλ' ἐλεγκτικῷ τε καὶ πληκτικῷ· ἡ γὰρ τῶν ἐλεγ-
χομένων θωπεία, καὶ αὐτὸν ἡ τοῦ ἔλεγχον οὐ τοῖς ὑπ'
ὀφθαλμοὺς θεωρήσας λόγοις, ὅτε δὴ καὶ φησι, πολλοὶ
ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, τῇ τῆς κρίσεως
δηλονότι· κύριε, κύριε, ἢ τοῦ σῷ ὀνόματι δαιμό-
νια ἐξεβάλομεν; ἀλλὰ τότε, φησὶν, ὁμολογή-
σω αὐτοῖς, ὅτι ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐδέποτε ἔγνων
ὑμᾶς· ἢ γὰρ ἐζητήσατέ με, φησὶ, καθαρὸς, ἀλλ'
οὐδὲ ὃ ἐν ἁγιασμῷ διαφέρειν ἠγαπήσατε,
ἐγὼ γὰρ αἰ δι' οὐτων ὑμᾶς, ἀλλ' ἐπίσης εἰς
ἐμπορίας ὕρεσιν τὸν ἐν δοκήσῃ, καὶ ἐν ψιλαῖς
ὑποτοιαίαις βλαβῆναι ἐποιήσασθε, καὶ ἀγνοηκέναι
δικαίως ὁμολογῶ· ὅταν οὖν οὐτοι εἴ φαμὲν
κύριε, κύριε, τοῦτο καὶ σήμαδε ῥαββί. Σκο-
πεῖν ὅτου δ' κολάζεσθαι πικρὸν, μὴ καταπατείτω
θεὸς ἀσπαθείαν, μηδὲ ἀθενείτω ποικίλως εἰς
δ' πλημμελῆν, εἰς χρηστότητα βλέπων τοῦ ἐν
Θεῷ, ἀλλ' ἑτοιμαζέτω δ' ἔργον αὐτοῦ εἰς τ' ἔξο-
δον αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται, ἐν ἀγρῷ ἐκδικαζέ-
σθω εἰς τὸν ἀγρὸν, τοῦτ' ἔστιν, ἕως ὅτου ἐν τῷδε
τῷ κόσμῳ. ἀγρὸν γὰρ τὸν κόσμον ἡρμήνευσεν ὁ σωτήρ. ἐκδικαζέσθω δὲ πρὸς ἀπόδειξιν

ἁγιασμοῦ, καὶ δικαιοσύνης ὅπῃ τοῦ θείου βήματος. οὐ γὰρ ἀκαίρως ὄντα φιλάνθρωπον θεωρήσει τὴν δικαστήν, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς εἰς ἔλεον εἴκουσι λόγοις, τὸν ὥσπερ ἐχρῆν ἀμέλητι καὶ ἀπίθως καὶ λοιπὸν εἰς σωτηρίαν, ὅτε καὶ ἡ τῆς ἡμερότητος ἐπιδίδου καιρός, καὶ τὴν ὅπῃ τοῖς ἤδη πεπλημμελημένοις ἐξαιτεῖν ἀμνηστίαν, καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ τοῦ σώζοντος φιλανθρωπίαν ὑπαντιάζειν. A sanctitatis & iustitiæ coram Dei tribunali. Non enim cernet iudicem intempestiuè benignum, sed neque verbis ad misericordiam compositis cedentem, cui tum impigrè obtemperandum fuit ad salutem vocanti, cum bonitatis tempus id permitteret, & priorum delictorum venia petenda, & benignitas Dei Saluatoris imploranda.

Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν βρῶσιν τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον. B

v. 27. *Operamini non cibum, qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem Filius hominis dabit vobis.*

Τοιοῦτόν τι πάλιν ὅπῃ δ' ἂν καθόλου, καὶ ἡμικώτερόν πως ἐκπλατύνων τὸν λόγον ὁ Παῦλος λέγει, * ἐκ διδάσκων λέγων· ὁ σπείρων εἰς τὴν σάρκα ἐκ τῆς σαρκὸς θείσῃ φθορήν· ὁ δὲ σπείρων εἰς τὸ πνεῦμα, ἐκ τοῦ πνεύματος θείσῃ ζωὴν αἰώνιον σπείρει· μᾶλλον γὰρ εἰς τὴν σάρκα φησὶ τοὺς οἱονεὶ τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς ὅλας ὡσπερ ὑπηρέτας ἔφιππους τὰς ἰδίας δρομάδας βαδίζοντας, ἐφ' ὅπερ ἂν βάλωνται, μᾶλλον εἰκαίνοντας ὑδαμῶς τὸ σφίσι λυσιτελὲς, ἀπὸ τοῦ καλοῦ καὶ ἀδικεῖν πεφυκότος, δοκιμάζειν δὲ ὅλως τὸ τοῦ νομοθέτου δόγμα ὑδαμόθεν κατειδυῖαν, ὅπῃ γε μόνον τὸ ἡδύ τε καὶ παρόντως ἀπερισκέπτως καλοῦσι φέρον, καὶ τῶν ὁρωμένων παρεῖναι οὐδέν· σπείρειν δὲ πάλιν εἰς τὸ πνεῦμα διϊσχυρίζεται, τὰ ἐφ' οἷς αὐ βούλοιτο διαφέρειν ἡμᾶς τὸ ἅγιον πνεῦμα, ὅλον μὲν τὸ ἑαυτοῦ διανοίας διαπεφωνῆσθαι τὸ ἀπούδασμα, σωφρονεῖν δὲ ὥπως ἀποκεχρημένους φευκτέον παρὰ γαστρὸς τῷ ἀγαθῷ, ὡς εἰ μή τις αὐδοῖ κατηπείλησε λόγος, φυσικός τε καὶ αὐτοῦ θέτος τὰς δυσκρασίας τῇ σαρκὶ παρεῖσθαι ἔφασκε, δόλῳ δ' ἂν εἰς τοῦτο ποτε καλοῦμεν ἐπέχρωτο. εἶμι τοίνυν παρασκευάζειν ἡμᾶς, τῆς μὲν σαρκὸς εἰς ὅπῃ δυνατὸν μηδεμίαν ὅλως ἡδονὰς παρέχεσθαι, παρασκευάζεσθαι δὲ μᾶλλον τοῖς αὐσταποτάτοις, καὶ ὅπῃ τὰ δυνατὸν ἐπείγεσθαι, τὰ ὅσα ἂν ἡμᾶς εἰς τὴν αἰώνιόν τε καὶ θείαν ἀναφέρῃ ζωήν. Τὸ μὲν γὰρ τῆς τοῦ σώματος ἀποθαυμάζειν τρυφὰς, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι τὸ ἄμεινον τῆς περὶ ψυχὴν * πλεονασμῶν, ἠλιθίους ὄντως, καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἐχάτοις ἀλογίας οὐκ ἀμοιρεῖν. Τὸ δὲ παρασκευάζεσθαι τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ λίαν ἐπείγεσθαι διαφέρειν ἐν ἀρεταῖς καὶ τοῖς τοῦ πνεύματος ὑποκεῖσθαι νόμοις, παρασκευάζεσθαί τε καὶ λίαν ἀσμένως τὰ περὶ Θεοῦ πρὸς σωτηρίαν ἐφοδιάζειν ἡμᾶς ἰσχύοντα, δίκαιον αἰεὶ ἔγωγε φέρειν ὄντως τῷ τὴν ἰδίαν ὑπογινώσκοντι φύσιν, καὶ ὅτι ζῷον τε ποίημα λογικὸν

* al. ἀκπαρδίνει

* al. πλεονασμῶν

Istiusmodi quiddam & generalius quodammodo Paulus differens nos edocet his verbis: *Qui seminat in carne sua, de carne & metet corruptionem: qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Seminare enim in carne sua dicit eos, qui carnis voluptatibus totas, vt aiunt, laxantes habenas præcipites feruntur quò voluntas impellit, vtile à noxio nullatenus discernentes, nec vllo modo Legislatoris præceptis obseruandis assueti, sed ad solam eamque temporariam voluptatem inconsideratè delati, rebus quæ videntur nihil quicquam præferentes. Rursus vero seminare asserit in spiritu ea quibus nos clarere vult Spiritus sanctus, cum toto animi studio & tanta cura virtutes colunt, vt nisi ratio naturæ eos necessarium carni alimentum præbere cogeret, ne id quidem facerent. Arbitror itaque non decere vt ad cupiditatem carnem curemus, sed necessariis potius incumbamus, eáque colamus quæ ad æternam ac diuinam vitam conferunt. Corporis enim demirari delicias, nihilque ventris ingluuie potius habere, belluinum est prorsus, & extrema non caret rationis inopia: Sed honestis in cumbere, & id maximè studere vt virtutibus inclarescas, atque spiritus legibus subiaceas, eáque de Deo cupidissimè arripere quæ nos ad salutem conducere possunt, eius vtique fatebor esse qui suam nouit naturam, nec ignorat se animal rationis compos ad imaginem

Gal. 6.

Creatoris conditum. Itaque, vt ipse alicubi Saluator ait, *Ne solliciti simus quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur:* sed reputantes cibo animam esse potiorem, & corpus amictu, id imprimis attendamus quo pacto se habeant quæ præstant in nobis. Licet enim corpus bene se habeat, & congruis alimentis pingueſcat, nihil tamen inde ad miseram animam vtilitatis redit: sed è contrario damni plurimum conciliatur. in ignem quippe æternum detrudetur, cum necesse sit eos qui nihil boni egerint, idcirco puniri; corpore autem ratione conuenienti frænato, atque Spiritus legibus subdito, vtrumque simul seruari. Absurdissimum est igitur nos temporariæ carni, & iamiam perituræ tantum curæ impendere, vt nihil ei planè deesse velimus quod appetat: perfunctoriè verò curare animam, aut eam omnino corporis curæ postponere, licet tanto studiosius prospiciendum sit animæ, quanto illa carni antecellit. Sic enim quod superius est inferiori præponentes, iustamque de iis sententiam ferentes, sancti & sapientes iudices euademus, nec alus rectè statuendi palmam tribuemus, eâ nostris capitibus reseruatâ. Operemur itaque, sicuti Saluator ait, non cibum qui perit: postquam enim in ventrem lapsus est, & breuissimo tempore mentem, vilissima voluptate frustratus est, in sellam deiicitur, & ex aluo rursus egeritur. Cibus autem ille spiritalis, cor firmans, hominem corroborat in vitam æternam, quem ipse quoque Christus largiturum se nobis pollicetur, cum ait: *quem Filius hominis dabit vobis:* diuinitati humanitatem simul connectens, & coniungens totum dispensationis in hoc mundo cum carne mysterium. Subinnuit autem mysticum & spiritalem cibum, per quem corpore & animo sanctificati viuimus in ipso. Sed apertius in sequentibus istud dicentem spectabimus. Quapropter loco ac tempori expolitio reseruetur.

Matt. 6.

κατ' εἰκόνα τῦ κτίσαντος ὄκ ἠγοησκότι. ὄκοιῶ ὡς αὐτός που φησὶν ὁ σωτὴρ, μὴ μεριμνῶμεν τί φάγωμεν, ἢ τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα, λογιζόμενοι δὲ ὅτι κρείττων ὅδε τῆς ἐσθῆτος ἡ ψυχὴ, καὶ τὸ σῶμα τῦ ἐνδύματος, ὅπως αὐ ἔχοι καλῶς τὰ ἡμιώτερα μᾶλλον τῶν τὸ λίμνι ἐνζυμώμεθα. * βιπειθοῦντες μὲν γὰ τῦ σώματος, καὶ ταῖς αὐτῶ καταλλήλοις παιτομένοις ἐσθῆσι, ὀνησις μὲν ὄδεμία τῇ ἀθλίᾳ ψυχῇ· ὄκ δὲ ἔτ' ἐναντίων, καὶ πολύ γε τὸ βλάβος ἀνάτελε. καταιχήσεται γὰ εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον, ἐπείπερ ἀνάγκη ἴσως τὸν ἀγαθῶν εἰργασμένους, τῆς ὅτι τοιάτης εἴσω μένεσθαι δίκης, λογισμῷ δὲ τῶ πρέποντι χαλιναγωγηθέντος τῦ σώματος, καὶ τοῖς τῦ πνεύματος ὑποζυγιένου νόμοις σώζεσθαι πάντως ἀνάγκη τὸ συναμφότερον. ἔστι τοίνυν τὰ ἀτοπώτατα, τῆς μὲν προσκαίρου, καὶ ὅσον οὐδέπω φθαρησομένης σαρκὸς ὕπως ἡμᾶς προνοῆν, ὡς οἰέσθαι δεῖν τοῦτο ὅλως ἀπολιμπάνεσθαι τὴν φιλοπατάτων αὐτῆ. ὄν πρέπει δὲ τάξει λαβεῖν, ἢ καὶ τῶν μηδενὶ παρισοῦν τὸ ὅτι ψυχῇ φερωνύμα, καίτοι τοσοῦτον οἴμαι προσήκειν ἐπιμελεῖας μᾶλλον ἡμᾶς προσεκλίσεις τοῖς ὅτι ψυχῇ φερωνύμασιν, ὅσον καὶ ὄν ἀμείνοσι, ἢ κατὰ σάρκα ὄντι· ὕπω γὰ ὄντως, καὶ τῶν ἡγεμένων προτιθέντες τὸ ὡς ὄν συγκείσῃ νικᾶν, καὶ δικαίαν τὸ ὅτι τούτοις ὀφείζοντες ψῆφον, ὅσοί τε καὶ σοφοὶ γενησόμεθα δικασταί, καὶ ὐχ ἑτέροις ἴσοι τὸν ὄκ λογισμῶν ἀγαθῶν ὀρθότητα χρεωλύτια, μᾶλλον δὲ τοῖς οἰκείαις ὅτι θησόμεθα κεφαλαίς. ἐργαζώμεθα τοίνυν, καθά φησιν ὁ σωτὴρ, μὴ τὴ βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην· χωρήσασα γὰ εἰς γαστέρα, καὶ εἰς ὀλίγον κομιδῆ τὸν χρεὼν πρὸς ὁλοτελεστάτην ἡδονὴν τὸν νοῦν διαπαίξασα πρὸς ἐφεδρῶνα χάρῃ, καὶ ὄκ γαστρὸς αὖθις μετοχετίσεται. ἡ δὲ βρῶσις ἡ πνευματικὴ τὴ καρδίαν στηρίζουσα, συνέχῃ τὸν νῦν θεσπον εἰς ζωὴν αἰώνιον, ἣν καὶ χορηγήσειν αὐτὸς ἡμῖν ὁ Χριστὸς ἐπαγγέλλεται, λέγων, ἐγὼ ὁ υἱὸς τῦ νῦ θεσπου ὑμῖν δώσω· συναναπλέξας ὁμοῦ τῷ θεοπρεπεῖ τὸ νῦ θέσπιον, καὶ συζεύξας ὅλον τῆς οἰκονομίας τὸ μὲν σαρκὸς τὸ ἐν κόσμῳ μυστήριον. ὑποσημαίνεται δέ πως τὸν μυστικὸν τε καὶ πνευματικώτερον ἔσθιον, δι' ἧς καὶ σῶμα, καὶ ψυχὴν ἁγιαζόμενοι ἀμφιζώμεθα ἐν αὐτῷ· γυμνότερον δέ πως ἐν τοῖς ἑφεξῆς τῦτο λεγόντα θεωρήσομεν. πεπηδάωται γὰ ἡμῖν ὁ λόγος τῷ χρεωστουμένῳ χωρῷ τε καὶ τόπῳ.

* Io. 6. 27.

ΚΕΦΑΛ. ε.

Ὅτι χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἐστὶν ὁ μονογενὴς, καὶ οὐχ ἕτερος παρ' αὐτὸν, ἢ ἔστιν, ἢ νοεῖται χαρακτήρ.

Ἣν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὑμῖν δώσει· τοῦτον γὰρ ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν ὁ Θεός.

CAPVT V.

Quòd character substantiæ Dei ac Patris vnigenitus, nec alius ab ipso character aut sit aut intelligatur.

Quem Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signauit Deus.

Οὐκ ἠγνόησε πάλιν, ὡς Θεὸς τὰ ἐκ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀμαθίας ἐσόμενα τυχὸν ἐγκλήματα, καὶ τὰ ἐφ' οἷς ὀργισθῆναι πολλάκις αὐτοῖς ἀπαραδύτως συμβέβηκεν. ᾔδει δὲ ὅτι λογιοῦνται καθ' ἑαυτοὺς, εἰς μόνην ὁρῶντες τὴν σάρκα, καὶ τὸν ἐν αὐτῇ Θεὸν λόγον οὐκ ἐννοήσαντες, τίς ἆρα ἐστὶν ὁ τοῖς θεοπρεπέσι λόγοις ἐπιπηδῶν; τίς γὰρ ἂν ἀνθρώποις χορηγήσαιτο ἔφοδον, ἣ εἰς ζωὴν συνέχουσαν τὸν αἰώνιον; φύσεως μὲν γὰρ ἀνθρωπίνης πάντελῶς ἀλλότριον ὂν τοιοῦτόν ἐστι, μόνῳ δ' ἂν πρέποι τῷ ὑπὲρ πάντας ὄντι Θεῷ. πρεσβολεύεται τοίνυν ὁ Σωτὴρ, καὶ δυσωπεῖ ταῖς ἐλέγχοις τὴν λόγων ἐπαγωγὰς, ἢ προσδοκωμένην αὐτῶν ἀθυρογλωττίαν. ἐπιδώσειν μὲν γὰρ τὴν βρῶσιν αὐτοῖς τὴν εἰς ζωὴν ἀποτελέσουσαν τὸν αἰώνιον, ἢ γὸν τοῦ ἀνθρώπου φησὶν, ἐσφραγίᾳ γε μὴν ἀπὸ τοῦ πατρὸς ἑαυτὸν παντάπασι δηλοῦσθαι. ἢ ὅ ἐσφραγίᾳ πάλιν, ἀντὶ τοῦ, κεχρίσθαι τεθνεώς· καθάσφραγίζεσθαι γὰρ ὁ χρίσμασι. ἤγουν ὅτι μεμόρφωται φυσικῶς πρὸς τὸν πατέρα δηλονότι. ὅμοιον οὖν ὡς εἰ ἔλεγεν, οὐκ ἀδυνατήσω βρῶσιν ὑμῖν ἐπιδοῦναι τὴν ἀνύουσαν εἰς αἰώνιον ζωὴν τε καὶ τρυφὴν ἀπαθῆ. εἰ γὰρ καὶ ὁρᾶσθαι καθάπαξ εἰς ἐξ ὑμῶν, ἀνθρωπος δηλονότι μὲν σαρκὸς, ἀλλ' ἐχρίσθαι, καὶ κατεσφραγίσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς εἰς ἀπαράλλακτον ὁμοιότητα, τὴν ὡς πρὸς αὐτόν. ὅψεσθε γὰρ, φησὶν, τὸ ἐμοὶ μὲν σκῆνος, ἐμὲ δὲ αὖ πάλιν τὸ ἐκείνου φυσικῶς, καὶ εἰ γεγέννημαι δι' ὑμᾶς ἀνθρωπος οὐκ ἀμοιρῶν τοῦ θείου καὶ ἀῤῥήτου τῆς οἰκονομίας λόγου. ἔχω γὰρ δὴ ὅ πάντα δυνάμει ὁρᾷν τὰ ὄντα θεοπρεπῶς, ἀπαλλοφθήσομαί τε κατ' οὐδένα τρόπον τῆς ἐνούσης ἰσχύος τῷ φυτεύσαντι· καὶ εἰ δίδωσι βρῶσιν ὑμῖν τὴν πνευματικὴν, ἢ ἀφθαρσίαν ἐργαζομένην εἰς ζωὴν αἰώνιον ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, δῆλόν ἐστι δηλονότι ὅτι καὶ ὁ υἱὸς, ἐν ὁμοίᾳ γεγονὼς, εἰκὼν ἀπαράλλακτος ὑπάρχων αὐτοῦ, νοουμένης δηλονότι τῆς κατὰ τὸν ὅλον ἐμφερείας, οὐ κατὰ τοὺς τῆς σαρκὸς χαρακτῆρας, ἀλλ' οὐδὲ κατά τι μέρος τοῦ ὅλως ἐν σωματικῷ νοουμένων σχήματι,

NOn ignorauit rursum, quà Deus, futuras ex Iudæorum insciti crimiationes, & quas ob res ipsos sæpe exasperari contigit. Sciebat verò apud se cogitaturos cum solam viderent carnem, neque Deum Verbum in ea esse putarent, Quis iste qui diuinæ sibi maiestatis verba arrogat? Quis enim hominibus cibum largietur illum qui in vitam conducit æternam? Alienum quippe istud planè est ab hominis natura, solique Deo supremo conuenit. Præuenit ergo responsionem Saluator, & eorum sermones excipiendo effrenem eorum linguam coërcet. Ait enim Filium hominis daturum cibum eis, illum nempe, qui in vitam æternam alit, veruntamen à Patre seipsum signatum esse confestim asseruit. Signatum verò se, vel pro vnctum esse posuit: (consignatur enim qui vngitur) vel quòd ostendit se naturaliter esse Patri conformatum. Idem igitur est ac si diceret, Non erit mihi difficile cibum vobis dare permanentem, qui ad vitam & delicias conducat sempiternas. Nam etsi tanquam vnus vestrûm appaream, homo nimirum cum carne, vnctus sum tamen & signatus à Deo Patre in omnimodam similitudinem cum ipso. Cernetis enim, inquit, illum quidem in me, me autem vicissim in illo naturaliter, tametsi propter vos natus sum homo ex muliere, secundum ineffabilem dispensationis rationem. Cuncta enim facere possum potestate diuina, nec minor vllo modo virtute genitoris mea virtus est: Et, si Deus ac Pater cibum vobis spiritalem præbet qui seruet in vitam æternam, præbebit etiam Filius, licet in carne sit, incommutabilis eius imago quum sit, effigie nimirum in omnibus perfectissima, non secundum carnis lineamenta, aut formam vllam corporis,

sed diuinâ gloriâ, & æquali virtute, ac imperandi potestate. Obseruandum autem est rursus, cum Filium hominis diuina dona largiturum ait, ipsumque ad imaginem Dei ac Patris signatum esse, nullam ferre separationem, quæ assumptum ex Virgine templum à vero Dei Filio seiungere queat, sed se vnum esse statuere, atq; ita intelligi velle. Etenim vnus reuera supra nos est Christus veste sua ceu regia purpura indutus, corpore nimirum humano, siue templo illo nimirum ex anima & corpore, tametsi vnus etiam ex ambobus Christus est. Ast ô bone, Christi hostis rursum inquiet: palmam veritati concede: noli cauillari, sermonem minus ingenuè quo velis detorquens. Ecce hinc quoque liquido constat Filium ex substantia Patris non existere, sed potius simulachrum substantiæ ipsius. cuiusmodi est sigillum, inquit, aut signaculum, quod cum ceræ, verbi gratia, aut alicui alteri materiæ excipiendæ formæ idoneæ solam sui similitudinem impressit, rursus ab eo qui impressit citra vllam sui iacturam recipitur: ita Pater, cum se totum indat & imprimat quodammodo perfectissima similitudine Filio, non habet vtique ex seipso partem veluti substantiæ aut quæ ex ipsa esse censeatur, sed velut imaginem solam & exactam similitudinem. Videat itaque denuò discendi studiosus aduersarium instar serpentis nunc quoque nobis insultare, & in altum veneno caput plenum erigere. *Sed qui confringit capita draconum*, istud etiam confringet, facietque vt versutas eorum malitias denuò subterfugere possimus. Respondeat itaque nobis qui grauibus modo verbis obstrepebat; Sigillum, siue signaculum ex ferro vel auro, seu quauis alia materia factum, an non in charactere quodam significat formam suam, & sine charactere futurum est, concipieturque signaculum? At quius etiam illorum vel inuitus veritatis vi adactus fatebitur, in charactere vtique signaturum; citra characterem verò, si vt par est philosophari velint, neutiquam. Cum ergo, sicuti nobis Scriptura diuina testatur, character substantiæ Dei ac Patris sit Filius, quippe qui in ipsa est, & ex ipsa

Psal. 73.

A ἀλλ' ἐν δόξῃ θεοπρεπεῖ, καὶ ἰσοσθενεῖ δυνάμει, καὶ ἐν ἐξουσίᾳ βασιλικῇ. ἐπιτηρητέον δὲ πάλιν, ὅπῃ τὸ μὲν τῆς ἀνθρωπότητος χορηγήσοντι εἰπὼν τὰ θεοπρεπῆ, καὶ κατεσφραγίσθαι φησὶν εἰς εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός, οὐκ ἀμέσως μεμορφῶσθαι τῷ ἀφθάρτῳ τοῦ κατ' ἀλήθειαν ἰδιότητος τὸ ἐν πρὸς ἓν ναόν, ἀλλ' ἕνα πάλιν ἑαυτοῦ δείξῃ τε καὶ νοῆσαι βούλεται· καὶ δὲ εἷς ὄντως ἐστὶν ἐφ' ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, καθ' ὃν ἀλουργίδα βασιλικὴν τὸ ἴδιον φόρημα περικείμενος, φημὶ δὴ τὸ ἀνθρώπινον B σῶμα, ἤτοι ναὸν τὸν ἐκ ψυχῆς λογικῆς, καὶ σώματος, εἰ καὶ εἷς ἐξ ἀμφοῖν ὁ Χριστός. ἀλλ' ὦ βέλτιστε, πάλιν ὁ ἀγεισμαίχος ἐρεῖ, δίδου τῇ ἀληθείᾳ τὸ δυνάσθαι κρατεῖν, μὴ καλλωπίζου τὸν λόγον, ἐφ' ὅτῳ αὐτὸς ἐπλήσας περιελκων σὸν διήλωσε. ἰδοὺ σφραγὶς, καὶ ἀφ' ὑφαντῶν ἡμῖν ὄντα ἐκ τῆς οὐσίας ἀπαράχων τῷ πατρὶ ὁ υἱὸς ἀναδείκνυται, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπεικόνισμα τῆς οὐσίας αὐτοῦ. ἐγὼ δὲ δὴ τί γίνεσθαι, φησὶν, ἀμείνω σφραγῖδος, ἤτοι τὸ σημαῖνον, κηρῷ τυχὸν, ἢ χρυσῷ C ἑτέρᾳ τινὶ ὕλῃ, ἐπιπεδίως ἐχούσης εἰς τὸ λαβεῖν ἐναλίβοντος καὶ ἀπομόσιτος μόνην ἐγχάραξαι τὴν ἑαυτῆς, πάλιν ἐπιμαχομένου τοῦ ἀπ' αὐτῆς τοῦ ἀναλίβοντος; ζημιοῦται δὲ ἐξ ἑαυτῆς μηδὲν· οὕτως ὁ πατὴρ πρὸς τὸν υἱὸν ὅλον ἑαυτὸν ἐκδίδωσι, καὶ ἀπομάσσεται ὅλον δι' ἀκριβεστάτης τῆς ὁμοιώσεως, οὐκ ἐξ ἑαυτῆς πάντως ἔχει μέρος ὡσανεὶ τῆς οὐσίας; ἤρκει δὲ αὐτῆς νοεῖσθαι, ἀλλ' ὡς εἰκόνα μόνην, καὶ ὁμοίωσιν ἀκριβῆ. ὁρᾶτε δὴ πάλιν ὁ φιλόμαθης, ὅτι καὶ τῷ ἡμῖν, ὡς ὄφις ὁ δι' D ἁμαρτίας ἐπιπεδᾶ, καὶ εἰς ὕψος αἴρεται τὸ ἰοῦ γέμουσαν κεφαλήν· ἀλλ' ὁ σὺν θεῷ θραύων τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος, συνθραύσει καὶ ταύτην, καὶ δώσει πάλιν ἡμῖν τὸ δυνάσθαι τὰς πολυτρόπους αὐτοῦ δυσκολίας ὑπεκφεύγειν. λεγέτω τοίνυν ἡμῖν ὁ ἀθέσμοις ἡμᾶς ἀγχίνοιαις περικτυπήσας λόγοις· εἰ σφραγὶς, ἤτοι τὸ σημαῖνον τὸ ἐξ ὕλης τινὸς ποιᾶς ποιεῖ μέσον ἤτοι σιδηρᾶς, ἢ χρυσοῦ, ἢ πάντως ἐν χαρακτῆρι διὰ κηροῦ ἢ τινος ἑτέρας ὕλης, καὶ δίχα χαρακτῆρος E ἔσται τε καὶ νοηθήσεται σημαῖνον; ἀλλ' οἶμαι πᾶς τις ἂν, ὅτι καὶ τὴν περὶ ἐκείνοις, καὶ οὐκ ἐκὼν ὁμολογήσει ἀπὸ τοῦ παρόντος πρὸς αὐτὸν συνελκόμενος τὴν ἀλήθειαν, ὅτι δὴ πάντως ἐν χαρακτῆρι σφραγὶς χαρακτῆρος δὲ δίχα, κατὰ τὸ παρόντι λογισμὸν, οὐδαμῶς. ὅτε τοίνυν, καθάπερ ἡμῖν ἡ θεία γραφὴ χαρακτὴρ ὑποστάσεως τοῦ Θεοῦ ἐστὶ καὶ πατρὸς ὁ υἱὸς, ἐν αὐτῷ τε ὑπάρχων ἐξ αὐτοῦ

φυσικῶς, αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ καθασημαίνεται, ἢ διὰ A naturaliter, in quonam ipse signatur, aut per quem alium Pater characterem suum signaturus est? Nemo enim certè Patrem dicet non esse in forma Deo conuenienti, id est Filio, qui forma est sui genitoris. quem siquis intellectu conspexerit, ipsum vtique Patrem videbit. Ideirco enim seipsum quoque ait in ipso esse naturaliter, quamuis ex ipso intelligatur propter propriam hypostasim: quemadmodum exempli gratia splendor in eo est quod splendorem emittit, & ex eo, atque diuersum quiddam cogitatione putatur, & rursus non diuersum, si ad illud comparatum spectetur, propterea quod ex ipso & in ipso rursus exsitit. Neque vero iuxta diuisionem aut abscessionem substantialem illhæc capiuntur: Nam cum iis à quibus sunt secundum substantiæ identitatem insint, etiam ex ipsis creduntur esse, & in aliud quiddam abire videntur intellectui, & seorsim, sed non separatim. Signatur itaque à Patre, non nudum aut carnis expers quod ex eius substantia est Verbum, sed potius per ipsum signantur ea quæ ad similitudinem cum Deo quoad fieri potest reuocantur, quemadmodum in illo intelligimus quod quidam dicunt: *Signatum est* *Psal. 4.* *super nos lumen vultus tui Domine.* Vultum enim Dei ac Patris Filium esse dicit, id est characterem. Lumen verò ex ipso, gratiam quæ per Spiritum promanat in creaturam per quam ad Deum reformamur per fidem, signaculo veluti quodam conformitatem cum Filio recipientes per ipsum, qui est imago Patris, vt seruetur in nobis, quòd ad similitudinem & imaginem Creatoris facti sumus. Cum autem procul dubio vultus sit Dei ac Patris Filius, erit vtique ipse quoque character in quo signat Deus. Esto verò, inquit aduersarius: Deum quidem sanctos consignare per Filium credimus: veruntamen quæ abs te sunt allata nihil planè ad propositam quæstionem faciunt. Proindeque eadem repetemus. Sigillum è ferro verbi gratia, vel auro sui similitudinem iis rebus imprimit quæ eo insigniuntur, ita tamen vt sumptus nihil amittat, sed solo impressionis actu ea in quibus recipitur insignat: sic intelligimus signatum esse à Patre Filium, quippe qui nihil substantiæ ipsius habeat, sed sola exacta similitudine fruatur, aliud ab ipso

ἑαυτοῦ σφραγίζεται χαρακτῆρα τὸν ἴδιον ὁ πατήρ; οὐδεὶς γὰρ ἂν εἴποι τὸν πατέρα μὴ ἐν μορφῇ τῇ πρέποντι αὐτὸν εἶναι θεοπρεπεῖ, ὅστις ἐστὶν ὁ υἱὸς ἐκ μορφῆς τῆς τεκόντος αὐτόν, ὃν εἴ τις ἐνόησε νοητῶς, αὐτὸν δῆλον ὅτι καθορᾷ τὸν πατέρα. διὰ γοῦν τοῦτο, καὶ ἑαυτὸν εἰς φησὶν ἐν αὐτῷ φυσικῶς, καὶ ἐξ αὐτοῦ νοεῖται διὰ τὸ ἰδιοούσιον, ὡσπερ οὖν καὶ τὸ ἀπαύγασμα τυγχάνον, ἐν τῷ ἀπαυγάζοντι, ἐξ ἐν τῷ ἀπαυγάζοντος, καὶ ἕτερόν τι καπάλιν τὸν ἐν τοῖς λόγοις, καὶ πάλιν οὐχ ἕτερον, ὡς πρὸς αὐτὸ θεωρούμενον, διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ λέγεσθαι, ἐξ ἐν αὐτῷ πάλιν ὑφ' ἀρχήν. ἐξ δή που χρὴ τὸ ἐν μερισμῷ, καὶ ἀποκοπῇ τῇ καθόλου, καὶ κατ' οὐσίαν τὰ ἰδιαῦτα λαμβάνειν· ἐμπεφύκασι γὰρ τῇ ταὐτότητι τῆς οὐσίας πῇς ἀφ' ὧν εἰσι, καὶ ἐξ αὐτῶν εἰς πιστεύονται, καὶ προϋπάρχοντα μή πως χρὴ τῇ ἐκφάσει τῇ ὡς ἐν νοήσει πρὸς ἕτερόν τι καὶ ἰδικῶς, πλὴν ἐν μεμερισμένως. σφραγίζεται δὴ οὖν καὶ τῆς πατρὸς, οὐ γυμνός, ἢ ἄσαρκος ὁ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ λόγος, ἀλλὰ μᾶλλον δι' αὐτοῦ τὰ πρὸς ὁμοίωσιν διαγράμματα τῇ ὡς πρὸς Θεὸν καὶ τὸ ἐνδεχόμενον, ὡς ἂν οὖν ἐκεῖνο νοοῦμεν, ἐν τῷ ὕλας λέγειν, ἐπιμένωμεν ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε· πρόσωπον μὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ παῖδα τὸν υἱὸν εἶναι φησὶν, ὅπερ ἐστὶ πάλιν ὁ χαρακτήρ. φῶς δὲ καὶ ζωὴ αὐτοῦ, τὸ διὰ τοῦ πνεύματος δοθὲν τὸ κτίσιν ἀνανεοῦσθαι χάριν, δι' ἧς ὡς πρὸς Θεὸν ἀναπλαττόμεθα διὰ πίστεως, οἱονεὶ σημαίνεσθαι τὸ πρὸς τὸν υἱὸν συμμορφίαν ἀναλαμβάνοντες δι' αὐτοῦ, ὃς ἐστιν εἰκὼν τοῦ πατρὸς, ἵνα σώζηται καλῶς ἐν ἡμῖν τὸ καθ' ὁμοίωσιν, καὶ εἰκόνα γεγόναμεν τοῦ κτίσαντος. ὅπερ ὁμολογουμένως πρόσωπον ἐστὶ τοῦ Θεοῦ ὁ υἱὸς, εἰ δή που πάντως αὐτὸς καὶ ὁ χαρακτὴρ, ἐν ᾧ σφραγίζει Θεός· ἀλλὰ ναί, φησὶν ὁ δι' ἐναντίας, ὅτι μὲν διὰ τοῦ πνεύματος καθασφραγίζει Θεὸς οἷς ἁγίοις πιστεύομεν, πλὴν οὐδὲν ὅλως τὰ πρὸ ἡμῶν πρὸς ἡμᾶς ἐπιχειρηθέντα ζήτησιν. διὸ δὴ πάλιν ἀναλαβόντες ἐροῦμεν· εἰ σφραγὶς εἴ ἀπό τινος τύχοι, ἢ χρυσοῦ τοιοῦτόν εἰ χαράγματι τὸ ὁμοίωσιν τῇ ἑαυτῆς τῇ ὕλαις, ταῖς ἐφ' αἷς ἂν γένοιτο, ἀποβαλοῦσα μὴν ἐξ ἑαυτῆς σθένει, μόνῳ δὲ κατ' ἐπέρεισιν τῷ ἐν τῷ προσπεθλίφθαι καθασημαίνουσα τὰ ἐγχειρήματα· ὅταν τοιοῦτόν ἐσφραγίζῃ πρὸς τοῦ παιδὸς τὸν υἱὸν, οὐδὲν ἔχοντα τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἀπολαυσάσης μέντοι τῆς ἀκριβοῦς ὁμοιώσεως, καὶ ἕτερόν τι πρὸ αὐτοῦ

ipso existit, non secus ac imago ratione archetypi. O furorem immanem, ac præceps iudicium! Quàm facile oblitus es eorum quæ modo dicebantur? Characterem etenim Patris Filium esse diximus, signari verò in ipso aliquid alienum ac non ipsum, ne ipse sumptus character censeatur. Tu autem perperam iis repudiatis, solam ei in agendo similitudinem affingere non vereris. In solis ergo characteribus Deus erit, ex vestra sententia, Filius, & naturâ quidem neutiquam, sed in eo quod rectè formatus & effectus est duntaxat ad genitoris effigiem. Sed ne forsan quidem genitoris: Consentaneum enim est, imo necessarium planè vt hinc generationem tollatis planè, etiamsi nolitis. Sed quòd credendum sit genitum esse ex Patre Filium, multa iam diximus, & suo tempore dicemus: Nunc satius est id quod in manibus habemus agere di, proposita blaterombus illis hac interrogatione: An non quod datur etiam auferri posse dicent, & quod aduenit, vtique remoueri ac deperdi fatebuntur? Nunquid enim quidnis interdum respui contingat, quod à natura in aliquibus radices non egerit? At manifestum illud est, tametsi nemo illorum annuat. Fieri ergo poterit, vt illa similitudine Filius nudetur. Fieri ergo poterit, vt illa similitudine Filius nudetur. Sola enim agendi efficacia vt ex Patre accepta ad eius similitudinẽ signatus est, vt asseritis, quippe qui naturalibus prærogatiuis innixus non sit, sed alius omnino censeatur & existat à genitore, & ab eius essentia planè resectus. Rectè enim, sapienterque videlicet Patri cauistis, dicentes nihil ex seipso Filio deditæ, similitudine sola excepta, ne quid in ipso passionis esse censeretur. hoc quippe est arcanum illud vestrum stultissimum. Ignoratis enim, vt apparet, Deum ac Patrem qui omnia facit extra passionem, gignere quoque absque passione, & igne potiorem esse (cogimur enim exemplo rudiori vti) qui calorem ex seipso gignit extra passionem vllam aut corpoream decisionem. Audiant itaque illi in comminiscendo strenui, quique temere blasphemiis vti impietatem non esse, sed pietatem potius existimãt; si sola similitudinis coniunctione Filiũ cum Patre collocatũ esse dicunt,

A ὑπάρχοντα, καθάπερ εἰκόνα πρὸς τὸ ἀρχέτυπον. ὦ τῆς ἀνοίας ἀμέτρου, καὶ ῥιψοκινδύνου φρενήματος· ὡς δύκολος ἐπιλαθέσθαι τῶν ἀρτὶ λεγομένων. χαρακτῆρα μὲν γὰρ τοῦ παιδὸς τὸν υἱὸν εἰρήκαμεν, σφραγίζεσθαι δὲ ἐν αὐτῷ τὸ ἀλλότριον, καὶ οὐκ αὐτὸν, ἵνα μὴ αὐτὸς ἑαυτῷ νοοῖτο χαρακτήρ. σὺ γοῦν οὐκ ὀρθῶς τὸν ὅτι τοῖς ἀπλακτήσας λόγον, μόνην αὐτῷ τὴν κατ' ἐνέργειαν ὁμοιότητα παρείληφας οὐκ ἐρυθριᾷς. ἐν μόνοις οὖν ἄρα χαρακτῆρσι Θεὸς ἔσται καθ' ὑμᾶς
B ὁ υἱός, καὶ φύσει μὲν οὐδαμῶς, τῇ δὲ τοῦ μεμορφῶσθαι μόνον, καὶ ἐγκεκολάφθαι καλῶς πρὸς τοῦ τεκόντος εὐφερέσθαι. ταῦτα δὲ ἐκεῖσε τεκμήρια ὅλως· ὥρα γὰρ ὑμᾶς ἀφ' ὧν αὐτῶν ἀναιρεῖ καὶ τὰ γόνιμα, μᾶλλον δὲ ἀναιρεῖ πάντα, καὶ εἰ μὴ βούλεσθε· τοῖς μὲν οὖν τὸν χρόνον πιστεύειν γεγονέναι τὸν υἱὸν οὐκ ἐκ πατρός, πολὺς ἡμῖν ἤδη δεδαπάνηται λόγος, ἢ καὶ ἐν οἰκείῳ καιρῷ δαπανηθήσεται· παρέπεται δέ πως ὅτι τὸ ἐν χεροὶ βαδιζόμενα, τοῖς ἀθυρογλωσσίᾳ ἀφυλάκτως εἰωθόσιν ἐκ ἐνὸς παρατείνοντες εἰς ἐρώτησιν· ἆρ' οὐχὶ πάντως τὸ δοτὸν ἐφεῖσθαι καὶ ἀφαιρετὸν, καὶ τὸ παρεγγενὸς ὅλως ἐγχωρεῖν ὁμολογεῖσθαι καὶ ἀποβάλλεσθαι; ἢ γὰρ ἐγχωρεῖ ἐπιστῆσαι πάντως ὁτιοῦν ἐαθ' ὅτε συμβαίνει, ὃ μὴ κατὰ φύσιν ἐνηρίζωται ἔχειν; ἀλλ' ἔστι δῆλον, κἂν εἰ μή τις ἐκείνων σεσηθύσθαι. ἔσται δὴ οὖν, καίτοι γε τῶν οὐκ ἐνδεχομένων λόγων, γυμνὸς ποτὲ τοῦ ὁμοιώσεως ὁ υἱὸς· μόνην γὰρ ὡς φατὲ κατ' ἐνέργειαν τοῦ ὡς ἐκ πατρὸς
D πρὸς αὐτὸν ἐσημάνθη, τὸ ἐκ φυσικοῦ πλεονεκτημάτος οὐκ ἔχον ἀσφαλές, ἀλλ' ἑτέρωθεν ἢ πάντελῶς νοούμενος καὶ ὑπαρχὸν τοῦδε τοῦ γνωσθέντος, ἐξ ὁλοκλήρου ἀποκεχωρισμένος τῆς οὐσίας αὐτοῦ. καλῶς γὰρ δὴ σοφὸν ποιοῦντες, ἐξ ἀφελεστάτοις τοῖς ῥητοῖς παρασκευάζοντες λογισμοῖς, ἀσφαλίσασθε τὸν πατέρα, μηδὲν ἐξ ἑαυτῆς λέγοντες ἐπιδοῦναι παῖ υἱῷ, πλὴν ὁμοιώσεως ἀξιῶσαι μόνης, ἵνα μηδὲ πάθος τοῦτο περὶ αὐτόν. τοῦτο γὰρ ὑμῶν τὸ ἀπόῤῥητον βύθος. ἠ-
Θεσπίσας ἤδη θαρρῶν θέλημα τοῦ πατρὸς, ἀπολυχνίᾳ πάλιν αὐτὸ, καὶ πλατύτερον εἰς ἐπισκέψεις τοῖς ἀκροωμένοις προτίθησι, λέγων τοῦ ἑαυτοῦ διαλαβεῖν τίς ἂν γένοιτο ὁ προσαγωγὸς ἔρως, καὶ τί ὄφελος τοῖς προσιοῦσι κερδανοῦσί τινες, ἐξηγεῖται λαμπρῶς. δίδωσι γοῦν ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ ζωοποιῆσαι τοῖς ζωῆς ἐπιδεέσι· δίδωσι δ' ὅτως, ὡς ἐμφανίσαντα, ἐκάστῳ ἀνελλιπῶς, τὴν ἐν υἱῷ κατάληψιν ἀληθῆ, καὶ δυνατὴν εἰς σωτηρίαν καθαρῶς, ὅπερ ἐστὶν εἶναι Θεὸν, ὁ ἐκ Θεοῦ πατρὸς δηλονότι, ἵν' ὅτως ἐλπίζηται, καὶ πῶς ἐπ' αὐτῷ θαρρεῖας κατηγλαϊσμένος, ἔσται δὲ ἐκ τῆς πίστεως ἀναφέρεται τέλος, τὴν ἐξ υἱοῦ μακαριότητα δηλονότι. προσαγαγὼν δὲ πάλιν ὁ πατὴρ ἐμφανίσεως καὶ γνωστικῆς ἰδέας τῷ υἱῷ, τοῖς οἷς αὐτὸς θείας ἐπιπνοίας ἐφίστατο χάριν. ζωοποιῷ δὲ λαβὼν ὁ υἱὸς, καὶ ὃ ἴδιον ἀγαθὸν εἰς ὀξυτέρειαν φύσεως καθαφθείρεσθαι πεφυκέναι σαπίαν, καὶ καθάπερ ἀστὶ πῦρ πρὸς ἑλκόμενος αὐτὸς τοὺς ζωοποιὸν τῷ πνεύματος δυνάμει, ὅλους δι' ὅλου μεταπλάττει πρὸς ἀθανασίαν. ἀκούων δὲ πάλιν, ὅτι προσκομίζει αὐτῷ ὁ πατὴρ, ὃ δὲ ἀναδοθῆναι χορηγεῖ τοῖς προσιοῦσιν ὁ υἱὸς, μὴ πρὸς ἐκτοπους ἀποδημίας ἐννοίας, ὡς ἴδιά τε μεμερισμένως ἑκάστῳ, παρὰ ἑκάτερον, πρὸς ὃν ἂν ἐλθοι φύσεως ὑποπιθέσθαι τύπος, ὅλον δὲ πάλιν εἰς ἕνωσιν ὑπισωρεύοντες μᾶλλον ἐστὶν ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ, καὶ ὁ υἱὸς αὖ πάλιν τοῦ πατρὸς, ἐν ἁγίῳ, ἵν' ὅτως εἴπω, τῷ ἁγίας τριάδος ἑστιν ἑρμηνεῖ καθ' ἡμᾶς σωτηρία, καὶ ἵν' ὅτως φαναι πάλιν εἰς ζωὴν ἐπάνοδος ἀνακύπτει. δεδοξῶσθαι δὲ τὸν πατέρα πρὸς τοῦτο ἐγκείμενον τῷ χρείᾳ, ὁμοίως δὲ καὶ τὸν υἱὸν, καὶ προσθεῖναι δεῖν ἐπιστέλλει δὲ ἁγία πάσης τριάδος τὰ εἰς ἡμᾶς ἀγαθὰ, καὶ τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ὁλοκλήρως διείσηται δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι

C Bona voluntate Patris iam definita iterum eam explicat, & auditoribus amplius conspiciendam exhibet, idem denuo repetens. Qua ratione enim adducantur ad se homines, & quid inde lucri reportaturi sint qui adducuntur, clarè exponit. Dat igitur Pater Filio qui viuificare potest, ea quæ vitæ indigent: Dat autem, vnicuique nimirum veram Filij cognitionem instillando, & efficiendóque vt clarè intelligat ipsum verum esse Deum qui de Patre vero sit, vt ita affectus, & cuiusmodi erga ipsum contemplationibus illustratus ad fidei præmium euchatur, longæuam illam nimirum vitam, ac sempiternam felicitatem. Pater itaque per cognitionem, & contemplationem Deo conuenientem eos quibus diuinam dare gratiam decreuerit, ad Filium addueit: recipiens autem illos Filius viuificat, & proprium sibi bonum iis qui naturâ suâ corruptioni subiacent interens, ac tanquam ignis scintillas viuificam nempe spiritus virtutem iis inferens, totos de integro ad immortalitatem transformat. Rursus autem, cum audies Patrem adducere quidem, sed Filium resurgendi vim accedentibus ad se tribuere, in absurdas cogitationes abduci noli, vt fortasse ac diuisim quemlibet facere id existimes ad quod naturâ sit idoneus: sed in animum tui fus induceto, Patrem quidē cooperari Filio, & Filium vicissim Patri, & salutem nostram, atque adeo ad vitam reditum, totius, ve ita dicam, sanctæ Trinitatis opus esse. Scias vero Patrem omni virtuti ac rei parem esse, Filiumque similiter, ac sanctum Spiritum; per sanctam vero Trinitatem bona in nos promanare, Deum ac Patrem in solidum reperiri omnia in omnibus per Filium in Spiritu.

D

E

ἁγίᾳ, καὶ τὰ πάντα ἐν πᾶσι ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ὁλοκλήρως διείσηται δι' υἱοῦ ἐν πνεύματι

Obseruandum tamen est fidei in Filium magnum esse operæpretium. huic enim præmij loco vita est propolita. Quòd si in Filio secundum naturam Deus agnoscitur, quis iam ferat eum à substantia Patris excludi, & blasphemis peti vocibus? At per quæ se posse mortuos ad vitam reuocare profitetur, per hæc ipsa, nullo intercedo discrimine ad identitatem naturæ cum genitore ascendit. Viuificare enim vitæ proprium est opus, & cum vita secundum naturam sit Pater, vtique is qui ex ipso secundum naturam est, id est vnigenitus, vita quoque esse censebitur.

v. 41. *Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset: Ego sum panis viuus qui de cælo descendi.*

Rursum stomachantur, cum nihil plane intelligant eorum quæ à Christo dicuntur. In his enim animi imperitia vt plurimum cernitur, qui cum non possit ea cogitando assequi, per quæ mutandus sit in melius, in absurdas angustias decidit. Nunquid enim de Iudæis id verè dici comperiemus? Cur indignantur enim? quæ ratio huc eos impulit? cur murmurant? quum alioqui studiosius dictis attendere deberent, & ex ipsis demum rebus dispicere veritatem atque ex miraculorum magnitudine certissimè explorare vtrum mentiretur Christus, dum seipsum panem qui de cælo descendit nominabat, an verè loqueretur, vsque moribus præditus reperiretur. Sic enim rectè iudicando, ad rei vtilis disquisitionem præclarè eruditi possent. Sed cum nihil quærant, indignantur, quamuis ex iis quæ antea dixit Christus seipsum reuera panem vitæ & verum obtenderit, seque manna quod in deserto per figuram & typicè patribus eorum datum fuit compararit. *Qui enim venit ad me*, inquit, *non esuriet vnquam*, quippe cum ij qui manna illud manducarunt breui & caduca voluptatis corporeæ vsura potiti sint: qui autem ad ipsum per fidem veniunt, non similem cum his vilitatem, sed potius perpetuam benedictionem, gratiam immortui percepturi sint. Fallitur itaque Iudæorum animus, terrena tantum spectando. Et hoc erat vtique quod de ipsis canebatur: *Obscurentur*

Ἐγόγγυζον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι περὶ αὐτοῦ ὅτι εἶπεν· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ.

Ἀγανακτοῦσι πάλιν οἱ τῶν ἀκουόντων οὐδὲν Χριστοῦ συνιέντες οὐδέν· πέφυκε δέ πως οἱ ζητοῦντες ὁρᾶσθαι τὸ πλάσμα ἀπαιδεύτους νοεῖν· ὁ γὰρ ἔχων ἀπειρίαν πρὸς τὸ σύνοιδε, δι' ὧν εἰς τὸ εἶναι μεταπλάττεσθαι πέφυκε τὸ ἄμεινον, εἰς ἀχρείους ὀλισθήσας χίας ἐκτέλεστα. ἢ γὰρ δὴ καὶ δήπου ἐπ' αὐτοῖς δὴ παλιν τοῖς Ἰουδαίοις τὸ εἰρημένον διῤῥήσομεν; γαλεπαίνουσι γὰρ δήπου πίστεως αἰτίαν; τίς γὰρ αὐτοὺς εἰς τοῦτο κέκληκε λόγος; ζητοῦσι δὲ ὄντως, καὶ μᾶλλον ἐχρῆν φιλομαθέστερον πως εἰσενεγκεῖν ἐπιζητοῦσαν τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐξ αὐτῶν ἤδη καταστοχάζεσθαι τῶν θαυμασίων τὸ ἀληθὲς, δήπου τοῦ τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβεβηκότα ἄρτον εἶναι ζωῆς αἰωνίου, καὶ ὅτι μᾶλλον ἐκείνου φιλομαθέστερον πως εἰσενεγκεῖν ἐπιζητοῦσαν τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐξ αὐτῶν ἤδη καταστοχάζεσθαι τῶν θαυμασίων τὸ ἀληθὲς, δήπου τοῦ τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβεβηκότα ἄρτον εἶναι ζωῆς αἰωνίου, καὶ ὅτι μᾶλλον ἐκείνου ψευδὴς Χριστὸς, ὃς πάντ' ἐαυτὸν, καὶ τοῦτο ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι καλῶν, ἀγοίω ἀληθεύῃ, καὶ τοῦτον ἔχειν αὐτοῖς τὸν ἐξ οὗπερ ἀλίσκοιτο. οὕτω γὰρ ἂν κρίνοντας ὀρθῶς παιδαγωγεῖσθαι καλῶς πρὸς τὸ συμφέροντος θύρεσιν· ἀλλὰ ζητοῦντες οὐδὲν γαλεπαίνουσι, καίτοι δι' ἣν ἤδη παρακόπτουσι, ἀρνούμενοι ζωῆς, καὶ δηλονότι ἐπιδιξάντος ἑαυτὸν τοῦ Χριστοῦ, αὐτοβοητέλλοντος τε πρὸς αὐτοὺς, καὶ σκιᾷ χορηγήσειν μέλλοντος, καὶ τοῖς ἐρημικοῖς παιδεύσειν αὐτῶν. ὁ γὰρ ἐρχόμενος πρός με, φησὶν, οὐ μὴ πεινάσῃ πώποτε· ὡς τὸ ἐκείνου φαγόντων θνητὸν, βραγεῖαί τινα, καὶ διὰ τέλους τὴν ἀπόλαυσιν ἐργάσασθαι τοῦ τέλους· τοῖς δὲ πρὸς αὐτὸν ἰοῦσι δι' αὐτὸν πίστεως, οὐκ εἰς ὁμοίαν τοῖς τότε τὸ ὄντως ἀναλησομένοις, καρπουμένοις δὲ μᾶλλον διηνεκῆ τὴν ἀφελείαν τοῦ χάριν. σφάλλεται τοίνυν τὸν Ἰουδαϊκὸν νοῦν, μόνα θνητῶν τὰ ὄντα ὁρῶντα· ἐκ τούτου δὲ ὁρᾶ τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἀδόκητον. σκανδα-

Psal. 68.

τῶν μὲν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ τὸ
νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς σύγκαμψον, ἵνα μη-
δαμόθεν πρὸς τὴν τῶν θείων μυστηρίων αἴσθησιν
ἥκωσιν, κακεῖ κακῶς ἀπώλοντο διὰ τὴν
σφῶν αὐτῶν ἀπόνοιαν, καὶ ὅλίαν ἀκρατεῖς εἰς ἀ-
πιστίαν. ἀναμιμνησκόμενοι δέ πως τὰ εἰς τοὺς
Μωσαϊκοῖς συγγράμμασι, πατρῷον ὡσανεὶ ἔνια
τοῖς Ἰουδαίοις κληρον εὑρόντα τὸν ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις
τε καὶ ἀγαθοῖς γογγυσμὸν εὑρήσομεν. ἀλλ' εἰς πι-
κρὸν καλαλῆγον ὁ τοιοῦτον πέλας, καὶ πάλαι
μὲν οὐκ ἐκείνοις ἡ πεῖρα, καὶ νῦν ἐπὶ τούτοις θεσ-
πῆσαι ἐπέδειξεν. ἐγόγγυζον γοῦν ἐκεῖνοι κατὰ τοῦ ἔρημον,
καὶ ἀχθόμενοι ἐποιοῦντο κατὰ Θεοῦ τὴν καθ-
ὁδόλιαν, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ὄφεων ἀπώλοντο, καθάπερ
που καὶ ὁ σοφὸς διεμαρτύρατο Παῦλος· γογγύ-
ζουσι καὶ ὅτι κατὰ Χριστοῦ, καὶ τὸν νομοθέτην, καὶ
λυτρωτὴν ταῖς ὕστερον μακραῖς ἀπειθείαις ὑβρί-
ζουσιν· ἀλλ' ἐντελῆ τὰ δέοντα, καὶ δίκαια
αὐτοῖς, κατὰ τὸ γεγραμμένον· προσκείσονται δὲ τοι-
νυν τῷ παμφάγῳ θηρὶ, καλαλῆγ γὰρ ὡς ἐξ ἀ-
νάγκης ἀεὶ πρὸς τέλος ἡ ἀπιστία τὸ παγχάλεπον.

A *oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua*, vt cum nullatenus ad diuinorum mysteriorum cognitionem oculos attollant, mali malè pereant, propter suam dementiam, & incredulitatem immanem. Sed si scripta Mosaica mente reuoluamus, paternam veluti quandam Iudæorum hæreditatem esse comperiemus de optimis ac præstantissimis quibusque murmurare: Verùm cùm illis olim, tum his nunc male cessisse ostendit. B Murmurabant illi in deserto, & ingrati animi voces aduersus Deum iactabant, sed à serpentibus perierunt, vt alicubi quoque sapiens Paulus testatus est: hi murmurant etiam contra Christum, & legislatorem atque redemptorem longa incredulitate contumeliam inferunt: *sed mandabis draconi, & mordebit eos*, vt scriptum est: & omniuoræ belluæ dapes apponentur. finem quippe habet tristissimum incredulitas. C

Καὶ ἔλεγον· οὐχ οὗτός ἐστιν Ἰησοῦς ὁ υἱὸς Ἰωσὴφ, οὗ
ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα; πῶς οὖν λέγει, ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατέβην.

v. 42. *Et dicebant: Nonne hic est* IESVS *filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem, & matrem? Quomodo ergo dicit hic, quia de cœlo descendi.*

Ὢ πολλῆς ἀμαθίας, καὶ ἀκράτου μύδης κατεσκο-
τισμένης ὀμιχλίας ἐπαχυνθη, καὶ ὃ γεγραμ-
μένον, πεπαχύνθη ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου. βαρὺ γὰρ ὄντως
ἔσται, ὧν ἔδει σωτήριαν λαμπρὰν, καὶ γλῶσσα
ἄξια καὶ φρενὶ, ἐφθέγγεται· χρεὼν γὰρ δήπου
μᾶλλον αὐτοὺς τὰ τῶν προφητῶν Μωσέως ἐκμαθεῖν
τας συγγράφων, τοῖς τε τῶν ἁγίων προφητῶν
ἐκπρεπέσι κηρύγμασιν ὑποφαίνειν, ὡς ὑ δι' ἡμᾶς
σαρκὸς, ἔσεσθαι τὴν ἐξ ὑμνῶν ἀμφιβολὴν, ὡς
ἡμᾶς ἀφίξεσθαι προσδοκᾶτο Χριστὸς, ἀλλ' ἐν
ἀνθρωπείᾳ μορφῇ φαντασθῆναι προσεκηρύττετο,
καὶ ἐν τῷ καινῷ δὴ τούτῳ πάντων ἐνδυσάμενον
χρώματι ἁγίαν τὸν τε μέλλειν πρόξενον ἐξ
ἐν παρθένου, τεκεῖν τε υἱὸν, προφητικὸς ἡμῖν
ἀναφωνῶν λόγος· ὁμόσας δὲ τῷ μακαρίῳ Δα-
βὶδ ἀληθῆ ἐνδείξεσθαι κύριος, ὡς δὴ καὶ ἀληθῆ
σφᾶλμα ὠδάμως ἐπιγνώσεται, ὅτι δὴ τοῦ τε ἐκ καρποῦ
τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, καθὰ γέ-
γραπται· ἐξελεύσεται δὲ ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης
Ἰεσσαὶ προσαπηγγείλατο· οἱ δὲ εἰς τοσαύτην ἀλο-
γίαν ἐκπεπτώκοτες οὐκ αἰσθάνονται, ὡς εἰ μὲν εἰ-

D O magnam insciti am, & immodica temulentia obscuratum animum! *Incrassatum est*, vt scriptum est, *cor populi huius*. Nihil enim profectò cernit eorum quæ clarè percipere deberet, & digna risu sentit, & loquitur. Satius enim esset eos, cum ex scriptis Mosaicis tum sanctorum Prophetarum præconum agnoscere Christum non absque carne, nec sine corporis amictu ad nos ventu- E rum, sed in humana forma apparaturum, & in communi hoc omnium habitu inuentum iri. Proindeque sanctam virginem habituram in vtero, & parituram Filium, Propheta nobis denunciat, & Dominus beato Dauidi iurauit veritatem, & non frustraturum eam promisit, *quoniam ponet de fructu lumbi sui super sedem eius*, vt scriptum est, ac præterea orituram virgam de radice Iesse prædixit: hi verò eò dementiæ delatos se non sentiunt, vt quoniam nouerant

Matth. 13.

Esa. 6.

Esa. 11.

Psal. 131.

rant matrem secundum carnem eius quem cum carne venturum Prophetæ prædixerant, idcirco nullo modo credendum putarent ipsum descendisse de cælo. Licet enim istud non vt sit in corpore factum reperiamus, erat tamen in virginis corpore, vt in proprio templo Verbum illud diuinum, quod cælitus ad nos peruenit, & propter omnium salutem *Abrahæ semen apprehendit, vt per omnia fratribus assimilaretur*, & vocaret in adoptionem filiorum Dei hominis naturam, Deus simul & homo declaratus. Sed cum Iudæi Saluatoris nostri dispensationem illam Incarnationis non perciperent, quia tamen matrem eius, & patrem, quamuis pater non esset, agnoscebant, succensere non verentur & indignari, quòd Christus se de cælo descendisse diceret. Hinc vtilissimum nobis exemplum se rursus offert. hinc enim discimus nocere plurimum, non intellectualibus cordis oculis virtutem sanctorum perspicere, & in latentem eorum gloriam penitus oculos defigere, sed ex neglectu corporis pro nihilo sæpe habere id quod magnum apud Deum & venerandum est. Ita de sanctis apud Prophetas alicubi Deus sub vnius persona de omnibus loquens, *Benedictus homo qui confidit in Domino, & erit Dominus spes eius, & erit tanquam lignum fructiferum secus aquas, & ad humorem mittet radicem suam: & in anno siccitatis non timebit, & facere fructum non desinet. Profundum est cor super omnia, & homo est, & quis cognoscet eum? Ego Dominus scrutans corda, & probans renes.* Si ergo nos cognitum apud Deum & prædictis virtutibus conspicuum hominem superbè despexerimus, externam tantum eius & caducam carnem intuentes, & ex corporis ignobilitate angustum animum esse statuerimus, nunquid ab vniuersorum Rege dissentire comperiemur, nec paruæ pœnæ obnoxij erimus, quod magnum est quandoque dicentes paruum, & lucem tenebras ponentes, & quod dulce est amarum statuentes? Seruandi sunt itaque sanctis sui honores, & interna potius nobilitate, quam carnis rationibus sunt æstimandi. Sed inter nos plurimi eum qui abiectus sit in hoc mundo, licet virtutibus conspicuus sit, nullo honore aut

Hebr. 2.

Hier. 17.

Esa. 5.

A δεῖσι τ' κ) σάρκα μητέρα τοῦ κ) σαρκὸς ἀφίξεσθαι προκεκηρυγμένα, διὰ τοῦτο γελῶσι δὴ πάντως ἀπειθοῦσιν, ὅτι κατεβέβηκεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· εἰ γὰρ μὴ κ) σῶμα τοῦτο γεγονὸς εὑρήσομεν, ἀλλ' ὡς ἐν ναῷ τῷ ἐκ παρθένου σώματι λόγος ὁ θεῖος ἐνῴκησεν ἐκ παρθένου ὡς πρὸς ἡμᾶς ἀφιγμένος, καὶ διὰ τ' ἀπάντων σωτηρίαν σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαβόμενος, ἵνα κ) τὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῇ, καὶ

B καλέσῃ πρὸς υἱοθεσίαν τὸν ὡς πρὸς θεὸν τὸν ἀνθρώπου φύσιν, θεὸς ἅμα, κ) ἄνθρωπος ἀναδεδειγμένος· ἀλλ' οὐ συνιέντες τὴν μ' σαρκὸς οἰκονομίαν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰουδαῖοι, ἀπὸ τοῦ τ' μητέρα γινώσκειν αὐτὸ, κ) τὸν πατέρα, κἂν μὴ ὄντα πατέρα, οὐκ ἐνθυμοῦνται ἀσχημονοῦντες, ὅτι καταβέβηκε λέγει Χριστὸς ἐξ οὐρανοῦ. τύπος δὲ πάλιν ἡμῖν ὠφελείας δυνατὴ κἀν τούτῳ πολλῆς· παιδευόμεθα γὰρ ἀφ' τούτων ἐν τοῖς καθ'

C ἡμᾶς, ὅτι πολλὰ ἂν ἡμῖν προσοίσει ζημίαν τὸ μὴ μᾶλλον τοῖς νοητοῖς τ' καρδίας ὄμμασι τὴν διάνοιαν τοῖς ἁγίοις τεθεαμένην ἀρεταῖς, καὶ εἰς τ' ἐγκεκρυμμένην αὐτοῖς δόξαν ἀφορᾶν, ἀλλ' ἐκ τ' φαινομένου σώματος σμικροπρεπείας πολλάκις οὐδενὸς ἀξίαν κρίνειν τὸ μέγα παρὰ θεῷ, καὶ τίμιον. ὅτω γὰρ τῶν ἁγίων ἐν προφήταις ὁ θεὸς φησὶν, ὡς ἐν ἐνὶ κ) πάντων ἁπλώσας τ' λόγον, μακαρισμὸς ὁ ἄνθρωπος, ὃς πέποιθεν ὅτι

D παρὰ κυρίου, κ) ἔσται κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ, κ) ἔσται ὡς ξύλον διαπεφυτευμένον παρ' ὕδατι, κ) ὅτι ἐν μέσῳ διαβαίνοντος ῥίζα αὐτοῦ, ἐν ἀναυχίᾳ δ' ἀβροχίας οὐ φοβηθήσεται, κ) οὐ διαλείψει ποιῶν καρπόν. βαθεῖα ἡ καρδία παρὰ πάντα, κ) ἄνθρωπος ὅστις κ) τίς γνώσεται αὐτόν; ἐγὼ κύριος ἐτάζων καρδίας, δοκιμάζων νεφρούς. ὅταν οὖν ἡμεῖς τὸν ἐγκεκρυμμένον παρὰ θεῷ, κ) ἐν ταῖς ἀρετῶν εἰρημέναις τετιμασμένον ἀρεταῖς, ταῖς ἀληθείας καταμικρύνωμεν, εἰς μάτην αὐτοῦ τ' δόξαν φανῶ-

E μεν βλέποντες ἀποβλέποντες σάρκα, κ) τ' ἐκ τοῦ σώματος ἀδοξίαν παρέφασιν τῆς ἐπ' αὐτῷ σμικροψυχίας ποιησάμενοι, πῶς οὐχὶ τἀναντία φρονοῦντες τῶν πάντων ἀληθεύσομεν βασιλῆ, δίκαιόν τε ὄντως ὑφέξομεν μισθαποδοσίαν, ἔνθ' ὅπου δύνηλον λέγοντες καπεινὸν, κ) τὸ φῶς ὑψηλοῦμεν σκότος, κ) τὸ γλυκὺ πικρὸν ὁριζόμενοι; φυλακτέον οὖν ἀφροσύνῃ τοῖς ἁγίοις ταῖς αὐτοῦ παροῦσιν ἡμᾶς, κ) σκωπτέον μᾶλλον αὐτοὺς ἀφ' τ' ἐσωθεν κ) κεκρυμμένης δικαιοσύνης, ἢ ἐν οἷς φαίνει ἀφ' τ'

σάρκα. ἀλλὰ γὰρ οἱ πλείους τῶν ἐν ἡμῖν, τ' μὲν ἐν κόσμῳ καπεινὸν, ἡμῖν μὲν ὅλως, ἢ καί τινος

δόξης ἀξιοῦσιν οὐκ ἐπὶ χρόνῳ, καὶ ὑπαρχοι A gloria dignum ducunt, sed ad solam
ζηλωτικῆς τὸ ἀρετῆς, εἰς δὲ μόνην ἀποβλέ- opum copiam & corruptibilem ac
πουτες τὴν ἐκ πλούτου πλεονεξίαν, καὶ τὴν δύ- iamiam perituram gloriam haud mul-
ξαν φθορέα τε καὶ ὄσον οὐδέπω τεθνηξομένην. tum æquis oculis respicientes, rectè-
Βύκλεια σκοροῦντες δ σφόδρα δικαίοις ὀφθαλ- ne an perperam iudicent nihil mo-
μοῖς πρὸ σοῦ ποιοῦνται τὸ κείνην ὀρθῶς. Τοὺς rantur. Hos enim meritò irridet Sal-
γὰρ δὴ τοιούτους, ἐς λίαν εἰκότως ἐλεγξας τῷ σω- uatoris discipulus dicens: *Hypocritæ,* Iac. 2.
τῆρος ὁ μαθητὴς, λέγων· *Ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν ἀνὴρ χρυσο- Etenim si introierit in conuentum ve-*
δακτύλιος ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, εἰσέλθῃ δὲ καὶ strum vir aureum annulum habens, in
πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι, εἶπατε λέγοντες, φησι, *veste candida: introierit autem & pau-*
ὦ μὲν πλουσίῳ καλῶς τῷ δεξιῷ καθίζεσθαι τόπου, *per in sordido habitu, deinde dixeritis,*
τῷ δὲ πτωχῷ εἶπατε· στῆθι ἐκεῖ, ἢ κάθου ὑπὸ τὸ ὑπο- inquit, *diuiti, vt in dextero loco se-*
πόδιόν μου, οὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς; καίτοι σκο- B *deat, pauperi autem: Tu sta illic;*
πεῖν ἐντεῦθεν ἀκόλουθον, πόσης αὖ εἴεν δὐλόγου *aut sede sub scabello pedum meorum,*
* δίκας * μορφῆς ὑπαίτιοι γεγηότες, οἱ τοῖς ἔξωθεν *nonne iudicastis apud vosmetipsos?* At-
περιβλήμασι, καὶ ὑπὲρ τοῖς ἔσωθεν ἀγαθοῖς τὸν ἀν- qui hinc obseruare consentaneum est,
δρα θαυμάζοντες. πλοῦτος μὲν γὰρ, καὶ ὁ ἐκ quantæ culpæ sint obnoxij, qui ex-
πλούτου λαμπρὸν, ἀλλοτρίαν τινὰ, καὶ νόθον terna specie non internis virtutibus
τοῖς κεκτημένοις περιτίθησιν αὐ εἰκότως τὴν δό- C hominem suspiciunt. Diuitiæ enim,
ξαν· ἡ δὲ τῆς καρδίας λαμπρότης, καὶ ὁ ἐν ἔρ- & earum splendor, alienam quan-
γοις ἀγαθοῖς ζηλωφανὴς, γνήσιος αὖ εἴη, καὶ ἐμ- dam & adulterinam gloriam posses-
περφυκὼς τοῖς ἔχουσι πλοῦτος, καὶ συναπομένων soribus afferunt: cordis autem & bo-
τῇ σαρκὶ, καὶ συνεκτῆς καθάπαξ ὤν, ἀλλ' ἐν- norum operum claritas, veræ sunt
δημοῦσα μένει ἔτι τῇ ψυχῇ κατ' τὸν βίον συνεφιστα- ac natiuæ diuitiæ, quæ non simul
μένους, ἐκ δημοῦσα δ' πάλιν συναφιστάμενος, ὅ- cum carne manent, aut cum ea si-
που περ ἂν ὁ τῆς πομπῆς νοῦσον ἡγεμών. πολλαὶ mul extinguuntur, sed quandiu ani-
γὰρ μοναὶ παρὰ τῷ πατρὶ, καθάπερ ἠκούσαμεν. mus in hac vita moratur cum eo ha-
Ἀμαυρὸν γοῦν λαμπρύνει πάντως ἡ αἰδεσιμώ- bitant, & cum discedit, simul ab-
τὸν ἐν πλούτῳ ζηλωφανῆ, καὶ τοῖς ὅπῃ γῆς δόξα- D eunt quò rectori huius vniuersi pla-
σίοις καθάπερ ἐν πίναξι καλλιτεχνουμένοις, cuerit. *Multæ enim sunt mansiones apud* Ioan. 4.
ἐκείνους δὲ μᾶλλον, οἷς ἐν τοῖς ἔργων φαιδρότης *Patrem*, vt audiuimus. Honorandi
ἀμάραντον ἀποκτᾶται παρὰ Θεοῦ τὴν δόξαν, sunt igitur non qui opibus clari sunt,
καὶ ὁ ἔσωθεν ἀστραπῇ κάλλος παρὰ πάσης ἰδίας ac terrenis gloriolis ceu pictura sunt
ἀγαθῶν ἐκλελαμπρυσμένους. obducti, sed illi potius, quibus ope-
rum splendor immarcessibilem nobi-
litatem conciliat, & in quibus inter-
num decus emicat omni specie bo-
norum illustratis.

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς μὴ γογγύζε- v. 43. &c. *Respondit* IESVS, *& dixit*
τε μετ' ἀλλήλων· οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν *eis: Nolite murmurare inuicem: Ne-*
πρὸς με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμψας με ἑλ- *mo potest venire ad me, nisi Pater qui*
κύσῃ αὐτὸν, κἀγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχά- E *misit me, traxerit eum: & ego resuscita-*
τῃ ἡμέρᾳ. *bo eum in nouissimo die.*

Καταμυκτηρίσουσιν Ἰουδαῖοι τὸν Ἰησοῦν, τὸν μὲν ἐν Iudæi despiciunt IESVM, Patrem
τοῖς οὐρανοῖς ἀγνοοῦντες πατέρα, καὶ ὅτι εἶη κατ' qui in cælis est ignorantes, nec vllate-
φύσιν υἱὸς τοῦ πάντων δεσπόζοντος, οὐδαμόθεν nus agnoscentes eum Filium esse om-
ἐπιγινώσκοντες, εἰς ἣν μόνην ἀποβλέποντες τὴν nium Domini, sed ad solam matrem &
ὅπῃ τῆς γῆς μητέρα, καὶ τὸν Ἰωσήφ. Ζηλωτὸν δὴ τὸν Ioseph respicientes. Proindeq; vehemen-
μέτρον πως αὐτοῖς ὑπαντᾷ, καὶ ὥσπερ χεῖρα tius, quodammodo eis occurrit, & ad ip-
πάλιν ἐπ' αὐτὸ θεοπρεπὲς ἀξίωμα χρησίμως sam rursum diuinam dignitatem vtiliter

assurgit, per eadem ipsa quibus no- A
uerat vt Deus quid intra se murmu-
rarent, & in animo haberent, cogi-
tandum eis relinquens à veritate se-
ipsos excidere, & abiectè admodum
de eo sentire. Qui enim omnino cor-
corda nouit, & cogitationes scrutatur, nihilque ignorat quod mente versetur, quomodo non gloria diuina exornandus sit, & supra hominum paruitatem in tantum efferendus, quantum supra homines Deus attollitur? Cogitationem itaque mutis adhuc formis insoliam, & murmurationem occulto susurro inter eos exortam ob
Ioan. 6. prædictam causam patefaciens, *Nolite murmurare inuicem*, inquit: tum ostendens Christi mysterium bonum esse diuinitùs hominibus traditum, & cognitionem eius, supernæ gratiæ opus esse, ad ipsam neminem posse peruenire aiit, nisi Patris admonitionibus pertractum. Hic autem nihil aliud rursus vt persuadet B
quam oportere fletu & acerbissimo dolore eorum quæ deliquerant veniam quærere, rogareque vt ad salutem per fidem in Christum quodammodo pertrahantur, consilio Patris & auxilio diuino iter eis planum ac facile reddente, quod ipsi peccando immodicè exasperauerant. Cæterum excitaturum se à mortuis fidelem vtiliter asserebat, hinc iterum crassis & indoctis se Deum esse secundum naturam ac verum, ostendens. Vi- C
uificandi enim, & mortuum ad vitam iterum reuocandi potestas, soli quidem naturæ diuinæ iure congruit, nec vlli creaturæ est adscribenda. Viuentis enim est viuificare, non eius qui ab altero vitæ gratiam accipit.

A. ἀναπηδᾷ, δι' ὧν οἶδεν, ὡς Θεὸς, τὸ δόλερα φρονεῖσθαι, καὶ εἰς νοῦν αὐτοῖς ἀναλεγόμενος, διδάσκει τοὺς αὐτῷ ὀπαδοὺς, ὅπως χρὴ φρονεῖν, ὅπως τῆς ἀληθείας ἐκπίπτοιεν, καὶ μικρᾷ γε ῥοπῇ τὴν ἐπ' αὐτῷ βεβαίαν ἐποιήσατο. τὸν γὰρ ὅλως εἰδότα καρδίας, ἐξετάζοντά τε τὰ ἐν τῷ κόσμῳ κινήματα, καὶ σοφὸν ἡγούμενον τὴν ἐν ἀνθρώποις βουλὴν μᾶλλον ἐχρῆν ὑπὲρ ἀνθρώπους ἐπαίρεσθαι, πῶς οὐχὶ μᾶλλον ἐχρῆν δόξῃ μὴ ἧττον καὶ σεμνότητι τῇ θεοπρεπεῖ, ἀναχωρεῖν ἢ εἰς τοσοῦτον τὸ ἐναντίον ἀσεβοῦς ἀπειθείας, ὅστε δὴ καὶ ἐξεκόπτειν τὸ ἔθνος ὁ Θεός; ἀναλαμβάνων ἔτι καὶ νῦν τὸν ἐν ἀφύλοις ἔθνεσιν ἐν μυρίαις καὶ ἀχαρίστοις λογισμοῖς, καὶ τὰ λανθάνοντα διαφεύγοντα λογισμοὺς ἐν αὐτοῖς φανερῶν καὶ ἁγίας δι' αἰτίαν ἡδονὴν τὸ εἰρηνεύειν, μὴ γογγύζειν μετ' ἀλλήλων εἶτα διδάσκει, ὅτι θεοδίδακτον ἐν ἀδελφότητι ἀγαθὸν ὃ τῷδε αὐτῷ μυστήριον, καὶ τὸ δύνασθαι λέγειν ἔργον ὄντως ἐν τῷδε αὐτῷ χάριτος, μηδὲ δύνασθαι, φησὶν ὡς αὐτὸν ἀφικέσθαι, μὴ κινηθέντα ταῖς τοῦ πατρὸς νουθεσίαις καὶ ἕλκυσιν. ὧν δὲ τοῦτο πάλιν ἕτερον πιστωτέον οὐδὲν, ἢ σχεπτέον αἰτιατέον, ὅτι δεήσει μὲν αὐτοῖς καμούσης, καὶ πτοηθησομένοις, ἐφ' οἷς μὲν ἤδη λελυπήκασιν ἑλκύσεσθαι ζητεῖν, ἀπέλκειν δέ πως καὶ εἰς σωτηρίαν διὰ πίστεως τὸ εἰς αὐτὸν, διὰ βουλῆς τοῦ πατρὸς, καὶ τὸ ἀνωθεν ἐπιχορηγούσης κατευθυνούσης αὐτοῖς τὴν εὐθυτέραν ὁδὸν, καὶ λείαν ὡσανεὶ ἀπατελεύτους, τὴν ἐπὶ τὸ ἡμέτερον ἀφίξεως ἐκτεραγωνίζων· διὰ ἡσυχῆ γε μὴν ἐκ νεκρῶν τὸν πιστεύοντα χρηστικῶς διεξεσόμενον, καὶ δι' ἑαυτοῦ πάλιν Θεῷ ὄντα κατὰ φύσιν, καὶ δηλονότι τοῖς ἀνοήτοις ἑαυτὸν παρίστας· τὸ γὰρ ὅλως διδάσκεσθαι ζωοποιεῖν, καὶ παλινδρομοῦσαν πρὸς ἀνάβιωσιν ἀνάγκασαν ὧν θανάτῳ κεκραμένων, μόνῃ μὲν ἂν ἐπὶ δικαίως τῇ τοῦ Θεοῦ φύσει, προσγράφοιτο ἡ τοῦ ζωοποιεῖν ἐνεργείᾳ. τὸ γὰρ ζωοποιεῖσθαι τὸ ζωοποιεῖν, καὶ οὐκ ἄλλο παρ' ἕτερον δηλοῦσθαι τὸν χάριν.

v. 45. Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei.

E Ἔστι γὰρ γεγραμμένον ἐν τοῖς προφήταις· καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ.

Auditorum contumaciam vt Deus agnoscens, testimonio affirmat quod dixit, & iam olim per sanctos Prophetas prædictum & prænunciatum ostendit, causas omnes præuertens et contradicendi, & Iudæorum inscitiam nihilominus retegens, ex eo quod illud ignorare denuò comperiuntur quam-

Τὴν οὖν ἀπείθειαν τῶν ἀκροωμένων ἐπιγνοὺς ὡς Θεὸς, οὐκ ἀμάρτυρον ἐᾷ τὸν ὑπὲρ τούτων λόγον, ἀλλὰ τὴν διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν προκεκηρυγμένον πάλαι καὶ προδιαφωνηθέντα δείκνυσι, καὶ ἅμα τὸ ἀντερῶν ὅτι πρέπει πάλιν αὐτοὺς διενθυμουμένων προσαιρῶν ἀφορμὰς, καὶ τὴν οὐ τὸν αὐτοῖς ἀμαθίαν οὖσαν ἢ τὸν ἀπορουμένων, διὰ τοῦ καὶ τοῦτο δὴ πάλιν ἀγνοουμένους ἐφ' ἅπασι,

χάτοι τοὺς παιδαγωγουμένους πρὸς τὴν τῆ
θουμένων κατάληψιν. ἀναπείθει τίνων καὶ οὐχ
ἑκόντας ἤδη συνιδεῖν· ἀ γὰρ ὧν εἰκὸς καὶ ταῖς τῶν
ἁγίων προφητῶν ἀκοαῖς ἀπιθάνοις φωναῖς, ὅτι τοῖς ἀ
ξίοις ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ὃ πρέπει αὐτῷ μυ
στήριον, καὶ ἀποκαλύπτει τὸν ἴδιον υἱόν, ἀπερρήτως
ἑκάστῳ προσλαλῶν, καὶ θεοπρεπῶς τὴν ὑπὲρ τού
των σοφίαν ἐπιῤῥέων. ἀνωτέρω δὲ λέγων, Πᾶς ὃν
δώσῃ ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ὁ πατὴρ ὁ πέμ
ψας με, ἑλκύσῃ αὐτόν, οὐκ ἀναγκαστικὴν, οὐδὲ
βιαστάτην ὅσην ὑπὸ ἀφύκτου τῆς ἕλξεως προσ
ῳδεῖς·

Πᾶς οὖν ὁ ἀκούσας παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ μαθὼν,
ἔρχεται πρός με.

Ὅπου γὰρ ἀκοὴ, καὶ μάθησις, καὶ ὃ ἐκ παιδεύ
σεως ἀγαθὸν, πολλῷ πλείονι δηλονότι, καὶ οὐκ ἐξ
ἀνάγκης ἡ πίστις· ἀπλανεστέρα γὰρ μᾶλλον, ὡς ἐξ
ἀγάπης τῆς ἀξίοις δι' ὅπλων Χριστοῦ πίστεως χορη
γεῖται παρὰ πατρός, ἢ παρ' ἀνάγκην· πεῖσαι γὰρ
ζεσθαι γὰρ ὁ δογματικὸς ἀνάγκης λόγος ἐν ἀμ
πέχουσιον, καὶ αὐτεπαίρετον τὴν τοῦ ἀνθρώπου
ψυχὴν, ἵνα δικαίους μένειν ἀγαθοῖς ἀπαιτῇ τοὺς
μιαθοὺς, σφαλλομένην τοῦ τοῦ προστάτου, καὶ ὃ τὰν
νομοθέτην δοκοῦν οὐ ῥᾳθυμίας ἐκλαίνοντα, τὴν
ὅπῃ ὃ κελεύοντος δίκην ἐλλιπόντων ἀποκε
μίζοιτο. ἰστέον δὲ ὅτι καὶν λέγοιτο ἵνας οὐ παι
δεύῃ ὁ πατὴρ ὃ ὅπῃ Χριστοῦ μυστήριον, ἀλλ' οὐ
μόνος ἐνεργήσῃ τοῦτο, ὁπότε τελέσῃ δὲ μᾶλ
λον ὡς διὰ σοφίας ἰδίας αὐτὸ τὸ γοῦν. σύνοιδε γὰρ
ἀκόλουθον, ὡς ἂν δι' ἣν σοφίας ἡ τῷ σοῦ ἐν τι
σιν ἀποκάλυψις ἔσαι παρὰ τοῦ παιδός. σοφία δὲ
τοῦ παιδὸς ὅστις ὁ υἱός. σύνοιδε ὡς διὰ σοφίας ἐνερ
γήσῃ τὸ ἰδίου γνώματος τὸν οἰκείοις ἀξίοις ἀπο
καλύψειν ὁ πατήρ. καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, δίκαιος δὲ ὃν
πλούτως, καὶ ὡς ἕτερος, οὐκ ἂν ἁμάρτοι,
πολλῷ ὅσα ἐστὶ τοῦ Θεοῦ καὶ παιδὸς ἐνεργή
ματα τὰ ὄντα ἴσιν, ἅπερ ἕνα μα πάντων ἐν
λέγειν τὰ ἁγίας τριάδος, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ αὐτῷ τοῦ
γοῦν, καὶ τὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος. διὰ γὰρ ταῦτ' ἐν
τοῦ, ὡς ἐρρέθη, τὸν αἰτίαν, τὸ Θεοῦ δὲ παιδὸς
ἀποκαλυπτὸν λεγόμενον τὸν ἴδιον υἱόν, καὶ καλὸν
ἐπ' αὐτῷ εἰς ὃ πιστεύσειν πολλοὺς ἕτοιμον ὄντας, καὶ αὐ
τὸς ὁ υἱὸς τοῦτο ποιεῖν ἀνείσκεται, ἐν ὃ πνεῦμα ὃ
σοῦν ἦν ὃ ἅγιον. Πέτρῳ μὲν γὰρ τῷ μακα
ρίῳ φησὶν ὁ Σωτὴρ, ὅτ εἰς αὐτὸν πίστιν βεβαιοῦσθαι
διαμελλησάσῃ· μακάριος εἶ Σίμων Βαριωνᾶ,
ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. αὐτὸς δὲ τὸν παιδὸν

A uis Lege ad rerum futurarum comprehenſionem eruditi. Eos igitur vel inuitos cogit aſſentiri. nec enim conſentaneum erat Prophetarum quoque vocibus repugnaturos, quibus prædictum eſt Deum ac Patrem eius myſterium dignorum auribus inſtillaturum, & Filium ſuum reuelaturum, arcana ratione quemlibet alloquendo, diuinitusque horum cognitionem infundendo. Cum autem ſuperius ait, *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater qui miſit me,*
B *traxerit eum*, attractionem illam non vi neque neceſſitate fieri ſignificat, addens:

Omnis qui audiuit à Patre, & didicit, venit ad me.

Vbi enim auditio, & diſciplina, & eruditionis fructus eſt, fides vtique perſuaſione non vi ac neceſſitate fit, opitulatrix autem potius eſt quæ ex charitate dignis à Patre præſtatur Chriſti cogni-
C tio, quàm coactiua: Etenim veritatis dogma libertatem voluntatis & arbitrij hominis animo ſeruare nos adigit, vt ob virtutes iuſta præmia depoſcat, ſin autem à recto deflexerit, & legislatoris voluntatem præ inertia prætergreſſus fuerit, iuſtiſſimam pœnam recipiat. Sciendum porro, tametſi Pater aliquos edocere dicatur Chriſti myſterium, non tamen ſolum in hoc operari, ſed peragere potius tanquam per ſuam ſapientiam, Filium nimirum. Intelligere quippe conuenit non abſque ſapientia reuelationem
D illam ſecundum ſcientiam in vllo fore à Patre. At ſapientia Patris eſt Filius: Igitur vt per ſapientiam, proprium genimen videlicet, reuelationem in iis qui digni fuerint operabitur pater. Et vt ſimpliciter, ac verè dicam, ſi quis omnia quæ Deus ac Pater erga nonnulla vnit & operatur, & Filius ſimiliter, ac ſanctus Spiritus, communia totius Trinitatis eſſe dixerit, non errabit. Ob hanc enim cauſam, vt exiſtimo, cum Deus ac Pater Fi-
E lium ſuum reuelare dicitur, & ad ipſum eos vocare qui promptо animo ad fidem veniunt, ipſe quoque Filius hoc facere deprehenditur, nec minus ſanctus Spiritus. Saluator enim beato Petro fidem in ipſum magna cum fiducia profitenti ait: *Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt.* Ipſe autem illud alibi Mat. 16.

facere cernitur. Beatus quippe Paulus triumphat, dum de Christi mysterio clamat: *Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem* IESV *Christi.* Quinetiam videre licet Spiritum sanctum nihilo minus nobis reuelare Christum. Vnde sapientissimus ille Ioannes scribit: *Et vos vnctionem quam accepistis ab eo, maneat in vobis: & non necesse habetis vt aliquis docet vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus.* Et ipse alicubi Saluator ait de Paracleto, hoc est Spiritu: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet, & loquetur, quæ ventura sunt annunciabit vobis.* Cum enim sit spiritus veritatis, illuminabit eos in quibus fuerit, & ad veritatis comprehensionem deducet. Atque hæc dicimus, non quasi Patrem à Filio, aut à Patre Filium, sed neque Spiritum sanctum à Patre & Filio diuidentes planè, atque separantes: sed quoniam vna reuera deitas est, & ita in sancta & consubstantiali Trinitate considerata prædicatur, quæ cuilibet tribuuntur & peculiariter adscribi videntur, cum operationes, tum consilia totius Trinitatis esse decernentes. Non enim per seipsam separatim diuina & inseparabilis natura operatur, quod ad vnam deitatis rationē attinet, quamuis sit in propria quisque hypostasi. Est enim Pater id quod est, & Filius similiter, ac sanctus Spiritus. Obseruandum porro nomina quæ ad aliud referuntur, alterum ex altero cognosci, & vnius significationem in significatione alterius spectari. Igitur necesse est planè per Patrem indicari Filium, & vicissim per Filium Patrem. Cum altero enim alterum simul intelligitur, & si quis nouerit Patrem naturâ Deum, vtique Filium ex ipso genitum intelliget, & vicissim. Qui enim confessus fuerit Filium, non ignorabit genitorem. Quare quatenus Pater est Deus atque ita intelligitur & prædicatur, cognitionem de suo genimine auditoribus infundit: qua vero Filius ex ipso secundum naturam nominatur ac reuera est, Patrem significat. Ideirco ad Patrem ait: *Manifestaui nomen tuum hominibus.* Quia enim cognitus est apud fideles

Ad Gal. 1.

1. Ioan. 2.

Ioan. 16.

Ioan. 17.

ὁ ἑτέρους ὁρᾶται. καὶ γοῦν ἐφ' ἑαυτοῦ καλῶς
A ὁ λίαν ὁ Παῦλος ἀποσεμνύεται, ὡς εἰ τὴν κτ'
Χριστοῦ μυστηρίου βοᾷν· οὐδὲ γὰρ ἐγὼ παρ' ἀν-
θρώπου παρέλαβον αὐτό, ἢ ἐδιδάχθην, ἀλλὰ
δι' ἀποκαλύψεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἴδοις δ' ἂν ὅτι
καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐδὲν ἧττον ἡμῖν ἀποκα-
λύπτει Χριστὸν. ἐπιστέλλων γοῦν ὁ θεσπέσιος Ἰωάν-
νης, καὶ ὑμεῖς τὸ χρῖσμα, ὃ ἐλάβετε ἀπ' αὐτοῦ
μένει ἐν ὑμῖν, καὶ οὐ χρείαν ἔχετε, ἵνα τις διδάσκῃ
ὑμᾶς, ἀλλ' ὡς τὸ αὐτοῦ χρῖσμα διδάσκει ὑμᾶς
B περὶ πάντων. καὶ αὐτὸς δέ που φησὶν ὁ σωτὴρ, ὡς
ἔτι τὸ βαστάζειν κτ', τῦτ' ἔστι τῷ πνεύματος,
ἔτι πολλὰ ἔχω ὑμῖν λέγειν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βα-
στάζειν ἄρτι· ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνο τὸ πνεῦμα τῆς
ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ πάσῃ· οὐ
γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἀκούσει λαλήσει,
καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν. πολλὰ γὰρ ἀλη-
θείας ἐστὶ τὰ ὄντα, φωτὸς ἀναγωγοῖς δὲ οὐκ ἐν
παντὶ, καὶ διὰ τῆς ἀληθείας χειραγωγήσει κατά-
ληψιν. καὶ ταῦτα φαμὲν, οὐχ ὡς καλαμίζοντες εἰς
C ἀλλοτριότητα, καὶ εἰς τὸ διηρημένως κτ' τὸ πατὴρ,
καὶ τὸ πατέρα εἰπόντες, τὸν υἱὸν, οὐχοῦν τὸν υἱὸν τοῦ
πατρὸς, ἀλλ' οὐδὲ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ πατρὸς,
καὶ τοῦ υἱοῦ, ἀλλ' εἶναι μίαν θεότητος ὁρῶντες τὸ ὄντως, καὶ
ὅταν κηρύττηται ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ ὁμοουσίῳ θεωρου-
μένην τριάδι, τὰ ἑκατέρου προσαπολαύοντα. καὶ ἰδίως
αἰτιατικῆς δοκιμώτατα, πόσης εἰς ἕνωσιν ὑφεστᾶ-
σης θεότητος, βουλῆς τε καὶ ἐνεργείας. ἐνεργησει γὰρ
δι' ἑαυτοῦ τὰ μεμερισμένως ἡ θεία τε καὶ ἀδιαίρε-
D τος φύσις, ὅσον ἐφικνεῖσθαι τὸ ἕνα τῆς θεότητος λό-
γον, εἰ καὶ ὑφέστηκε τὴν οἰκειότητα ἑκάστου ἰδιοτυπῶν
τρόπων ἐστὶ γὰρ ὁ ἐστὶν ὁ πατὴρ, ὁ δὲ υἱὸς ὁμοίως, καὶ
τὸ ἅγιον πνεῦμα. ὅτε δὲ τὸ τῆς εἰρηνικοῦ πνεύ-
ματος ἐπιτοπολαλεῖν, τὰ τοῦ υἱοῦ τί ποτε ἐστὶ τὸ
ὄνομα, αὐτὰ δὲ ἀλλοιοῦν γνωρίζεται, καὶ πῶς τοῦ
ἑνὸς δήλωσιν ἐν τῷ ἑτέρου καταδεῖξαι ἂν. ὁπόσα
οὖν αἰδέσιμα καὶ σεμνὰ τοῖς ἀποκρύπτεσθαι τὸν υἱὸν,
δι' ὑιοῦ δ' αὖ πάλιν τὸ πατέρα συνιστάσεται δὲ πρὸς τοῦτο γατέρων τὸ ἕτερον, καὶ εἰ τῆς
E εἰσιν πατέρα τῇ φύσει τὸν Θεὸν, ἐννοήσει δὴ
πρὸς τοῦτο τὸ ἐξ ἀνάγκης γινωσκόμενον, ὥσταν οὖν ἀμ-
φὼ τὸ ἕτερον. ὁ γὰρ υἱὸν ὁμολογῶν οὐκ ἀγνοή-
σει τὸν γεννήσαντα. οὕτω μὲν ἔστι πατρὸς
Θεὸς, ὅτε τε νοεῖται καὶ κηρύττεται, τῷ τοῦ τῆς
ἰδίας γεννήσεως τοῖς ἀκροωμένοις ἐπιδοῦναι γνῶ-
σιν· ἡνίκα δὲ αὖ αὐτὸν τῇ φύσει ὀνομάζεται. καὶ
ἔστι υἱὸς, διαγνῶναι τὸ πατέρα δηλοῖ τοῦτο
φύσιν, ὡς πρὸς αὐτὸν, ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις. ὅτῳ γὰρ ἐγνωσθη πρὸς τοῦς

πεπιστευκέναι ὁ υἱὸς, πεφανερῶσθαί φησι τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς ἑαυτοῦ· τὴν δὲ τοῦ ἰδίου ὀνόματος γνῶσιν ἐνδοῦναι ἡμῖν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, οὐ φωνῆς ἀὼσει καταβρηγνυμένης, καὶ βροντῆς τινος δίκην τὸν εἰκτυπούσης τῷ οἰκουμένῃ, ἀλλὰ θείας δηλονότι φωταγωγίας αἰθριαυπούσης ἐν ἡμῖν, πρὸς κατάνοησιν τῶν θεοπνεύστου γραφῆς· ῥήσεις ἢ πάλιν, καὶ πρὸς τοῦτο ἡμῖν συνεργὸν τὸν υἱὸν γεγραπται γὰρ που περὶ τῶν ἁγίων μαθητῶν, ὅτι πότε διῴοιξεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, εἰς τὸ συνιέναι δηλονότι τὰς ἁγίας γραφάς.

A Filius, manifestatum esse nomen Patris ait. Cognitionem autem sui geniminis nobis immittere Deus ac Pater censendus est, non voce fragoris ex alto aut tonitrui instar orbem circumsonante, sed diuina scilicet nobis illustratione præfulgente ad intelligentiam scripturæ diuinitus inspiratæ: ad quod nobis adiutorem quoque Filium esse competies. Scriptum enim est alicubi de sanctis discipulis, quia tunc aperuit oculos Luc. 24.
B eorum, vt intelligerent nimirum diuinas scripturas.

Οὐχ ὅτι τὸν πατέρα ἑώρακέ τις, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ Θεοῦ, οὗτος ἑώρακε τὸν πατέρα.

v. 46. *Non quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est à Deo, hic vidit Patrem.*

Προαισθόμενος πάλιν, ὡς Θεὸς, ὅτι τὴν ἀποκάλυψιν τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐδαμῶς ὑποδέξονται λίαν ἀθαμβῶς τὴν ἀφ' ὑπερτέρου φωτισμοῦ ἐπιφοίτησιν σπουδῇ, οὐδὲ τὴν ἄνωθεν μύησιν εἰς φαεινοτέρας ἐπινοήσεις σπεύσει, ἀπαντήσουσι δὲ ἀφ' ἑαυτῶν πολλῷ δυσθυμίαν καὶ αὐτὸ τοῦτο χρῆναι θεωρεῖν τὸν πατέρα, ἵνα ὥσπερ εἴπωμεν, δι' αὐθεντικοῦ προσώπου παιδευθέντες, ὅπερ ὡς ἔοικε τοῖς πατράσιν αὐτῶν οὐκ ἐνήργησε ποτὲ, καταφρονήσωσι ὅτι θνητὸς ὢν ἐκ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ προσαναστέλλῃ πάλιν, καὶ ὥσπερ τινὶ χαλινῷ τὸν ἐπείγοντα πρὸς τὸ χρῆναι μὴ παρεῖναι ἐχρῆν ὅτι τῷ Θεῷ τῷ ἀῤῥήτῳ, μηδὲ ὁρατὸν ἔσεσθαι ποτε τῇ ἀΐδιον οἰκείᾳ φύσιν· οὐδεὶς γὰρ πώποτε, φησὶ, τέθεαται τὸν πατέρα· ἔοικε δὲ πάλιν ἐκ αὐτὸν ἐκ αὐτοπτῶν πιστοῦσθαι Μωσέα. ὥοντο μὲν γὰρ αἰσθητὸν καὶ τοῦτο φρονοῦντες Ἰουδαῖοι σφόδρα καὶ τῦφο φρονοῦντες, Ἰουδαῖοι σφὲ δὴ εἰσελθεῖν εἰς τὸν γνόφον αὐτὸν, τετεθεᾶσθαι τὴν ἀῤῥητον τοῦ Θεοῦ φύσιν, καὶ τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς καθορᾶν, ὅπερ ὅστις ποτὲ φύσιν ὁ ἀκήρατος κάλλος· ἀλλ' ἵνα μὴ τι γυμνότερον λέγων ὅπερ τοῦ παιδὸς φῶ Μωσῆ, δοκῇ πως αὐθαδιάζεσθαι ὅτι οὐδεὶς πώποτε ἑώρακε θεόν, ἀδρότερόν πως ἐπὶ πάντας, ἀδιακρίτως τε ἅμα καὶ πάντων, καὶ ὡς ἐπ' ἐκείνῳ φησὶν, οὐχ ὅτι τὸν πατέρα ἑώρακέ τις. μόνῳ δὲ παντὸς τοῦ φύσει ἀπαστεῖν, φησὶ, μισθὸς εἰς ἅπασι τοῖς γεγενημένοις ἀνεύθετον προσβάλλοις φέρεσθαι τῆς ὁρμῆς. ἀπέδρα τε γὰρ, καὶ ἀφαλέληται πᾶσα ἡ ἀπερινόητος φύσις, οὐχ ὅπως τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὄντας μόνοις, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἀπάσης τῆς κτίσεως· οὐ γὰρ πᾶν, οὐδὲν, πᾶν τοῦτο περιχαρίζεσθαι, ἑαυτὸν ἢ ἐξ μόνον εἶναι τε ἐκ Θεοῦ, καὶ τεθεᾶσθαι τὸν πατέρα δηλονότι ἀκριβῶς· ἐξὼ τίθησι δηλονότι τὸ πάντα, καθ' ὧν ἂν εἴποι τὸ οὐδεὶς ἐπιφαλικῶς· ὅπερ ἐξὼ πάντων ἐστὶ, καὶ οὐδενὸς ἐρώτης τὸν πατέρα, μόνος αὐτὸς τῷ θελήσειν.

Præuidens rursum, vt Deus, reuelationem Spiritus sancti non susceptures, neque supernam illam illuminationem intellecturos, sed præ multa temeritate petituros vt Patrem liceret contemplari, atque vt ita dicamus, ipsomet eius aspectu erudiri, quod, vt existimabant, patribus eorum olim contigit, cum in montem Sina Dei gloria descendisset: eos denuò reuocat, ac fræno veluti quodam à tam crassa de Deo sententia retrahit, docetque non esse putandum inuisibilem naturam corporeis oculis cerni vnquam posse. *Nemo* Exod. 33.
enim, inquit, *Patrem vidit vnquam.* Videtur autem ipse rursus Moses hic quoque subinnui. Existimabant enim, idque stultissimè Iudæi, ex eo quod in caliginem ingressus erat, ipsum ineffabilem Dei spectasse naturam, & corporis oculis vidisse incorruptam illam naturâ sua pulchritudinem. Sed ne si apertius quiddam de sapientissimo illo Mose diceret, videretur eos ad solitam animi perturbationem acuere, indeterminatè de omnibus & quasi de illo ait: *Non quia Patrem vidit quisquam.* Nolite enim, inquit, poscere quæ naturam excedunt, & quæ creaturis omnibus inuia sunt temerario impetu ne flagitetis. Fugit enim diuina & incomprehensibilis illa natura non modo nostros, sed & creaturarum omnium oculos. Hac enim dictione, *nemo*, omnia complectitur: Cum autem se & ex Deo esse, & vidisse Patrem statuit, seipsum ex omnibus nimirum excludit, de quibus intelligenda vox illa est, *nemo*, negatiuè. Cum ergo extra omnia sit, & nemine Patrem vidente, solus cum ipse videat:

nunquid in omnium numero non esse censendus est, vt vnus ex ipsis, sed extra omnia, vt supra omnia? Et, si cum à Deo omnia existere dicantur, ac nemo Patrem videat, (omnia enim à Deo, vt Paulus ait) solus ipse eum videt: illud, *à Deo*, rectè intelligemus de ipso solo, quasi dicat, *ex substantia Patris*. Si enim ita non est, quam ob causam, vt antea diximus, cum omnia planè à Deo esse dicantur, solus ipse ad Patris visionem ascendit, propterea quod est à Deo? Quapropter de creaturis abusiuè quidem dicetur. A Deo enim sunt omnia opificij ratione, propterea quod in ortum per ipsum educta sunt: De Filio verò, alio quodam ac veriore modo, illud, *à Deo*, pro ex ipso secundum naturam, dicetur. Quare cum nec in omnium numero sit positus, sed extra omnia existat, & supra omnia cum Patre, non in eadem infirmitate cum omnibus erit, maximè cum eiusdem naturæ cum iis non sit, sed tanquam ad genitoris naturam recurrens cum vtique videbit ex quo est. quomodo verò aut qua ratione vel ipse Patrem videat, aut vicissim videatur à Patre, lingua nostra nequit explicare: existimandum tamen id modo fieri diuino.

A οὐχ ἁμαρτάνω, πῶς οὐκ αὐτοῦτο λοιπὸν οὐκ ἐν τοῖς πᾶσιν ἀπαριθμῶν, ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν, ἀλλ' ἔξω τῶν πάντων, ὡς ὑπὲρ πάντα; καὶ εἰ πάντων τῶν λεγομένων παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ μηδενὸς ὁρᾶντος τὸν πατέρα· τὰ μὲν πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ κατὰ τὸν τοῦ Παύλου φωνήν· μόνος αὐτὸς θεωρᾷ, ὃ παρὰ Θεοῦ λαμβάνοντες ὀρθῶς, ἐπ' αὐτοῦ δὴ καὶ μόνου ὃ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. εἰ γὰρ μὴ τοῦτον ἔχοι τὸν τρόπον, ὅτου δὴ χάριν, καθάπερ ἤδη προειπόμην, πάντων τῶν λεγομένων παρὰ Θεοῦ, μόνος αὐτὸς ὅτι τῶν γνησίως υἱοποιηθέντων ἀναβαίνοι θεᾶν, ἀφ' ὧν ἐστὶ παρὰ Θεοῦ; ἐκεῖνο μὲν εἰρήσεται μὴν ὅτι τῶν ποιημάτων καταδεεστέρως παρὰ Θεοῦ γὰρ τὰ πάντα δημιουργηθέντα ἀφ' ὧν πέφηνεν δι' αὐτοῦ πρὸς γένεσιν· ὅτι δὲ τοῦ υἱοῦ, καὶ ἕτερόν τε καὶ ἀληθέστερον τρόπον ὃ παρὰ Θεοῦ, ὡς ἐξ αὐτοῦ καὶ φύσιν λελέξεται. διὸ πῆς πᾶσιν ὑπεναειθμούμενος, ἀλλ' ἔξω πάντων ὑπάρχων, καὶ ἐπέκεινα πάντων μὲν πατρός, ὑπεναθεωρούμενος τοῖς πᾶσιν, ἅτε δὴ τῆς ἐκείνου ὁμοφυίας ἐξῃρημένος, ὡς δὲ εἰς τὸν τοῦ γνησίου υἱοῦ ἀπαρέχων φύσιν, κατόψεται πάντως, τὸν ἐξ οὗπερ ἐστί. ὃ δὲ ὅπως, ἢ καὶ τίνα τρόπον, ἢ αὐτὸς θεωρήσῃ τὸν πατέρα, ἢ αὖ πάλιν παρὰ πατρὸς ὀφθήσεται, τῆς ἡμετέρας γλώττης οὐκ ἔργον εἰπεῖν. οἰητέον δ' οὖν ὅμως θεοπρεπῶς.

v. 47. *Amen, amen dico vobis: Qui credit in me habet vitam æternam.*

Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.

Fides itaque ianua & iter est ad vitam, & à corruptione ad incorruptionem reditus. Mirari porro licet auditoribus singularem in his dispensationem. Quia enim cernit eos nihil planè intelligere, neque putare Prophetarum dictis fidem habendam esse, imbecillitatem eorum ad fidem ex rationibus humanis profectam iureiurando præcidit. Luculentis autem præmiis fidelibus propositis, non secus ac quibusdam machinis eos vel nolentes trahit, & ad id quod prædicatur impellit. Quid enim præstabilius æterna vita esse potest iis quibus mors acerba, & corruptionis casus duri videntur? Magistri porrò sapientis est, qualibet via ad vitam ducente imperitos ac vecordes in melius reuocare. Ipse verò cum

Θύραν εἰσάγουσι, καὶ ὁδὸς εἰς ζωὴν ἡ πίστις, καὶ ἀπὸ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν ἀναδρομή. θαυμάσαι μὲν οὖν ἔστιν ἄρρητον πρέπειαν πῆς ἀκροωμένοις, καὶ τὴν ἐν τούτοις οἰκονομίαν. ὅπῃ γὰρ οὖν ὃ παράπαν συνιέντας ἀληθὲς, ἀλλ' οὖν ὅτι προσκόπους τοῖς ἐκ προφητῶν ἱστορεῖται λόγοις οἰομένους ὀρθῶς, ὃ νῦν ὅσον ἐπ' ἀθετοῦσι εἰς πίστιν ὡς ἐκ λογισμῶν ἀνθρωπίνων, ὅρκῳ παρὰ πρὸς ἀλήθειαν ἱστορεῖται. μέρος δὲ τοῖς πιστεύουσι προτιθεὶς τὰ ἀξιοζήλωτα, καθάπερ τισὶν ὀλκοῖς, ὑπεπτοημένους ἀπαγόντι πρὸς εἰς αὐτὰ, μονονουχὶ καὶ οὐκ ἐκόντας ἐπισπάζεται, καὶ ἀναπείθει βαδίζειν ὅπῃ ὃ κηρυττόμενον. τί γὰρ ἂν γένοιτο τῆς αἰωνίου ζωῆς προτιμότερον, τοῖς οἷς γε πικρὸς ὁ θάνατος, καὶ τὰ ἐκ τῆς φθορᾶς ἀναφαίνεται πάθη; πρέπει δ' ἂν καὶ τοῦτο σοφῷ διδασκάλῳ, ὃ πάσης φημὶ τῆς εἰς ζωὴν καλούσης ὁδοῦ, τοὺς

ἀπειρότερον τῆ φρενὶ εἰλημμένους μεταπαιδεύειν ὅπῃ ὃ ἄμεινον· αὐτὸς δὲ ὑπάρχων τῆς αἰώνιος

ζωὴ, ἑαυτὸν τοῖς πιστεύουσιν ὁπηδώσην ἐπαγ- A xterna vita sit, seipsum credentibus tra-
γγέλλεται, ὅταν δὴ δι' ἡμῶν κατοικήσας Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ τῆς πίστεως. ditурum pollicetur. Quod est, *inhabitare Christum in cordibus nostris per fidem.*

ΚΕΦΑΛ. β.

Ὅτι ζωοποιὸν ὄν ἅγιον σῶμα Χριστοῦ, ἐν οἷς ὡς περὶ ἄρτου φησὶ τοῦ ἰδίου σώματος.

Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. οἱ πατέρες ὑμῶν ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀπέθανον. οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων, ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ, καὶ μὴ ἀποθάνῃ. B

CAPVT II.

Quod viuificum sit sanctum Christi corpus, vbi veluti de pane ait suo corpore.

Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cælo descendens: vt quis ex ipso manducauerit, non moriatur.

ΣΑφῶς δὲ λίαν ἐν τούτοις ἐκφῆναι καταπεπάσθαι περὶ τοῦ προφήτου προαναφωνούμενον Ησαΐου· ἐμφανὴς ἐγενόμην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν· εἶπα ἰδοὺ εἰμὶ τῷ ἔθνει, οἳ οὐκ ἐκάλεσάν μου τὸ ὄνομα· ὅλην τὴν ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, καὶ ἀντιλέγοντα· ὅλην γὰρ τοῦ λόγου τὴν λεπτομέρειαν προελών, καὶ πάσην, ἵν' ὕστερον εἴπω, περιττολογῶ ἀποφήσας, ἀκαλύπτως ἤδη τοῖς ἐξ Ισραὴλ ἑαυτὸν ἐμφανίζει λέγων· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, ἵνα δὴ μάθοιεν, ὡς, εἴπερ ἔχοιεν θελητὸν τὸ χρείττους εἶναι τοῦ φθορᾶς, καὶ αὐτὸν τὸν ἐκ παθαίσεως θανατηφόρα θάνατον ἀποδύσασθαι, δεήσει βαδίζειν αὐτοῖς εἰς μετάληψιν τοῦ ζωοποιήσοντος, καὶ ἀφανίζοντος ἐν τῇ φθορᾷ, καταργοῦντος καὶ τὸν θάνατον· ἔργον γὰρ ὄντως τοῦτο τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς ἴδιόν τε καὶ πρεπωδέστατον. ὅπερ δὲ δεδίασι τὸ μάννα καὶ τὸν ἔρημον τοῖς πατράσιν αὐτῶν διαβεβαιούμενοι, τὸν ἄρτον ἀληθῶς τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταφοιτήσαντα, τοῦτ' ἔστι τὸν υἱὸν οὐκ ἐδέχοντο, αἰσθήσεως δὲ τοῦ πρὸς τὸ ἀληθὲς ποιεῖται τὸν σύλλογισμὸν, ἵν' ὕστερον εἰδεῖεν οὐκ ἐκφυγόντα τὸν ἄρτον τὸν ἐξ οὐρανοῦ, ἀλλ' ἐν ἰδίᾳ τοῦ σώματος πείρᾳ θεσπίζοντα καὶ φύσιν ὄντα ἀθάνατον· οἱ μὲν γὰρ ὑμέτεροι, φησὶ, πατέρες τε καὶ πρόγονοι φαγόντες τὸ μάννα, τῇ τοῦ σώματος φύσει τὸ χρέος ἀποδιδόασι, πρόσκαιρον δ' ἐκείνου τὸν ζωὴν ἀποκερδήσαντες, καὶ ἐφήμερον τὸν ἐξ αὐτοῦ ἔφθιτον τῇ ζωῇ πρόσκαιρον ἀντιζητοῦντες, τὸ μὴ παντελῶς τεθνάναι μᾶλλον ἐπραγματεύσαντο. εἰ δ' ἀναρτήσατε, φησὶν, ἀπόδειξις δ' ἐστὶν οὐκ ἄρτον εἶναι τὸν ἐξ οὐρανοῦ καὶ τὸν ἀληθέστερον, τὸ μεταμόρφωσιν εἰς ἀφθαρσίαν ὠφελῆσθαι δι' αὐτοῦ τοὺς μετεσχηκότας. σημεῖον δὲ πάλιν ὁμοίως ἐκ φύσεως καὶ ἀληθῶς ἄρτος ἐστὶ ζωῆς τὸν ὄν, τὸ καὶ αὐτοῦ μιᾶς δίκην ἀπολαύσεως χρείττονας τοὺς ἐκ θανάτου

CLare admodum in his videre licet quod ab Esaia Propheta prædictum est. *Manifestus factus sum non quærentibus me, inuentus sum ab his qui me non interrogabant. Dixi, Ecce ego genti, qui non vocauerunt nomen meum. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, & contradicentem.* Sermonis enim pelle detracta, & vt ita dicam veste prorsus retecta, nudè iam seipsum Israëlitis exhibet, dicens: *Ego sum panis vitæ:* vt hinc discant, si velint corruptionis immunes esse, & ipsam ex corruptione ingruentem mortem exuere, necessariò accedendum esse ad participationem eius qui viuificare potest, & qui corruptionem delet, ac mortem destruit. Proprium enim istud reuera & conuenientissimum vitæ secundum naturam opus est. Quoniam autem Patribus suis datum esse manna in deserto asserentes, panem qui reuera de cælo descendit, id est Filium, non susceperunt, idcirco figuram cum veritate necessariò comparat, vt ita agnoscant non esse illum panem qui de cælo descendit, sed quem experientia talem secundum naturam esse declarat. Vestri enim, inquit, Patres & maiores manducando manna corpori consulebant temporariam ex hoc cibo vitam percipientes & diurnam escam carni afferentes, vix consequebantur ne statim interiret. Quòd autem cibus ad immortalitatem iis qui illo vescebantur nequaquam conduceret, argumentum certissimum est panem de cælo reuera illum non esse. Contra verò, signum est Filium propriè ac verè vitæ panem esse, quòd qui semel eius

Esa. 65.

facti

facti sunt, & ei per communionem quodammodo immixti sunt, ipsis quoque mortis vinculis redduntur potiores. Quòd enim pro imagine vel vmbra Christi manna sumatur, & panem vitæ significet, sed vitæ panis non sit, multis antea diximus: Nobis autem quodammodo suffragatur Psalmista clamans in spiritu: *Panem cæli dedit eis: panem Angelorum manducauit homo.* Videtur enim id de Israëlitis à Propheta dictum esse: sed non ita est, immò verò ad nos potius pertinet. Nunquid enim stultum ac dementiæ plenissimum est existimare sanctos Angelos, qui in cælo sunt, licet incorpoream sortiti sint naturam, crassiore cibo vesci, & iis adiumentis ad vitam conseruandam opus habere, quæ terrenum hoc corpus expetit? At difficile non est intelligere, quòd cum sint spiritus, cibo quoque spirituali & intellectuali indigent. Quomodo ergo panis Angelorum maioribus Iudæorum traditus esse dicitur, si verè hæc à Propheta dicuntur? Atqui manifestum est quòd cum manna esset typus & figura Christi, qui omnia in esse continet ac corroborat, & nutrit quidem Angelos, terrena verò viuificat, veritatis nomine id quod tanquam in vmbra significatur Propheta vocabat, ex eo quod non possint Angeli terreno illo cibo vti, auditores etiam inuitos à rudi & crassa illa mannæ consideratione abstrahens, & ad rationem spiritalem ipsius Christi: nimirum, qui & ipsorum sanctorum Angelorum panis est, reducens. Quare, qui manducauerunt manna, inquit, mortui sunt, vtpote qui nullam ab eo vitæ participationem acceperint. Non erat enim profectò viuificum, sed aduersus famem corporis remedio erat, & veri mannæ typus. Qui verò panem in se vitæ susciperunt, præmium immortalitatem habebunt, & corruptionis, ceterorumque malorum expertes ad æternum & perpetuum illud vitæ Christianæ spatium ascendent. Nec obstat quòd iis qui facti sunt Christi participes necessariò mors gustanda sit. nam licet humanitus eis mors accidat, tamen, vt Paulus ait, viuunt Deo victuri.

Psal. 77.

Rom. 6.

A δεσμῶν τοῖς ἅπαξ μετεσχηκόσι, & αἰχμαλωτιζομένους ὕστερον ὑπὸ τῆς κοινωνίας αὐτῶν. ὅτι γὰρ πάλιν εἰς εἰκόνα μᾶλλον, ἢ σκιὰν τοῦ Χριστοῦ τὸ μάννα λαμβάνεται, & τὸν ἄρτον ἐπαοιδὸν τῆς ζωῆς, αὐτὸ δὲ οὐκ ἔστιν ὁ τῆς ζωῆς ἄρτος, εἴρηται μοι καὶ ἔμπροσθεν. συνεργεῖ δέ πως καὶ ὁ ψαλμῳδὸς τὸ πνεύματι βοῶν· ἄρτον ἀγγέλων ἔδωκεν αὐτοῖς, ἄρτον αἰγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος. δοκεῖ μοὶ γάρ πως ὁ λόγος ὅτι τοῖς ἐξ Ισραὴλ εἰρῆσθαι πρὸς τοῦ πνευματοφόρου, ἐγγὺς δ' οὐκ ὄντα τὰ ἀληθῆ, ἐφ' ἡμῖν δὲ μᾶλλον ὁ τῶν εἰρημένων σκοπὸς συντείνεται· ἢ γὰρ οἷόν τε ἀΰλῳ καὶ ἀόρατον κεφαλὴν τοιούτοις καὶ τὰ ὁρατὰ ἀγγέλους, καίτοι φύσιν λαχόντας τὸ ἀσώματον, παχυτέρας μετέχειν οἰκείας ἕξεως, καὶ δεῖσθαι βοηθημάτων εἰς τὸ διαμένειν πρὸς ζωήν, ὁποίων ἂν αὖ χρῄζοι τὸ οὐκ ἐκ γῆς ἐπιθυμοῦν σῶμα; ἀλλ' οὐδὲν οἶμαι χαλεπὸν ἐννοῆσαι, ὡς ἐπείπερ εἰσὶ πνεύματα, τοιαύτης αὖ δέοιντο καὶ ἕξεως, πνευματικῆς δηλονότι, & νοητῆς. πῶς οὖν ἄρτος ἀγγέλων τοῖς τῶν Ἰουδαίων προγόνοις κεχορηγῆσθαι λέγεται, εἰ μὴ ἄρα ἐνῆν τῷ βοῶντι θεοφόρῳ; ἀλλ' ἔστι δῆλον, ὡς ἐπείπερ ἦν τὸ μάννα τὸ τυπικὸν εἰς εἰκόνα Χριστοῦ, τῶν συνέχοντός τε καὶ διακοσμοῦντος εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα, & ἀποτρέφοντος μὲν ἀγγέλους, ζωογονοῦντος δὲ τὰ ὅλα τῆς γῆς, τὸ ὡς ἐν σκιᾷ νοούμενον ὀνόματι τῷ τῆς ἀληθείας ὁ προφήτης ἀπεκάλει, τῷ μὴ δυναμένῳ ἄλλοις ἀγγέλοις γενέσθαι μετέχειν ἕξεως, παχείας ὥσπερ ἐννοίας, τῆς ὅτε τῷ μάννᾳ φημὶ, καὶ οὐκ ἐκοίλας ὀξέλαιον ἔχουσιν εἰς ἀκροωμένους, διαχεόμενόν δέ πως εἰς λόγον πνευματικόν, τὸ ἐπ' αὐτῷ δηλονότι τῷ Χριστῷ, ὃς καὶ αὐτὸς ἄρτος τῶν ἀγγέλων ὑπάρχει ἀγγέλων. σύνοιδα οἱ μὲν φαγόντες τὸ μάννα, φησὶ, τετελευτήκασιν, ὡς δηλονότι ζωῆς μετουσίαν οὐκ αὐτοῦ δεξαμένου· ὁ γὰρ ὢν τῷ ὄντως ζωοποιοῦντι, λιμοῦ γε μᾶλλον ὑπέκουσι θανατικοῦ, & ὡς ἐν τύπῳ τοῦ ἀληθεστέρου τοῦ σωτηρίου. οἱ γὰρ ἄρτοι ἐν ἑαυτοῖς εἰσκομίζοντες τὴν ζωὴν, μέσης ἐξοῦσι τῆς ἀθανασίας, φθορᾶς τε καὶ τῆς ἐκ ταύτης κακοῦ παντελῶς ἀπογενόμενοι, πρὸς ἀμήρυτόν τε, καὶ ἀτελεύτητον βίον τοῦ Χριστοῦ ἀναβήσονται μῆκος. διαλυμαίνεται γὰρ τοῖς περὶ τούτων ἡμῶν λόγοις ἐστὶν ὃ & ἀπαλλάττεσθαι δεῖν θανάτου θανατικοῦ ἀφ' ἑαυτῶν φύσει πρέπον, ἐν ᾧ μεγαλύνεσθαι γενόμενος τοῦ Χριστοῦ· ὅτι καὶ ἐν εἰ τῷ δι' αὐτοῦ παθόντι τὸ ἀνθρώπινον, ἀλλ' ὡς ὁ Παῦλός φησι, ζῶσι τῷ Θεῷ ζήσειν μέλλοντες.

B

C

D

E

A

Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς· ἐάν τις φάγῃ ἐκ τούτου τοῦ ἄρτου, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

v. 51. &c. *Ego sum panis vivus qui de cælo descendi. Siquis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.*

Καὶ τοῦτο δὴ μάλιστα θαυμάσαι προσήκει τὸν ἅγιον εὐαγγελιστὴν, ὃς ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, σαφῶς ἀναβοῶντα· οὐ γὰρ ὅτι γέγονεν ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ὅτι γέγονε σάρξ, ἀκατεπαρκήσαν εἰπεῖν, ἵνα δείξῃ τὴν ἕνωσιν. Καὶ οὐ δή που φαμὲν, ἢ τὸν ἐκ πατρὸς Θεὸν λόγον εἰς τὴν τῆς σαρκὸς μεταποιηθῆναι φύσιν, ἤγουν τὴν σάρκα μεταχωρῆσαι πρὸς λόγον· μενούσης γὰρ ἑκατέρου, ὅπερ ἐστὶ τῇ φύσει, καὶ εἷς ἐξ ἀμφοῖν ὁ Χριστὸς· ἀπορρήτως δὲ, καὶ ὑπὲρ νοῦν τὸν καθ' ἡμᾶς ἑνωμένου τῷ ἰδίῳ σαρκὶ, καὶ ὅλον ὡσανεὶ εἰς ἑαυτὸν μεταποιήσαντος καὶ ἐνεργήσαντος τὰ ἐν τοῖς ἰδίοις ὡς ζωοποιοῦ τὰ ζωῆς διαλήμματα· τὴν μὲν ἀπὸ προπάτορος φύσεως ἐξηλάσαι τὴν φθοράν, ἀλλ' ἐπὶ καὶ τὰ πάντα ἀφ' ἑαυτοῦ ἀμαρτίας ἰσχύσαντα θανάτου. Σὺν οἷς ὁ τρώγων τὴν ἁγίαν σάρκα Χριστοῦ, ζωὴν αἰώνιον ἔχει· ἔχει γὰρ ἐν ἑαυτῷ καὶ σὰρξ ὑπάρχουσα τὸν λόγον κατὰ φύσιν οὖσα ζωή. Ἀφ' οὗ δὴ τοῦτό φησιν, ὅτι ἐγὼ ἀναστήσω αὐτὸν ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. αὐτὸ δὲ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι ὡς αὐτὸν, τουτέστιν ἀναλυθησόμενον, τὸ ἐμὸν ἀναστήσω σῶμα, τὸ ἐγὼ τέθεικεν, οὐχ ὡς ἕτερος ὢν παρὰ τὸ ἴδιον σάρκα, καὶ οὐ πάντως τὴν φύσιν· ἀδιαίρετον γὰρ εἰς υἱοῦ δυάδα μένει τὴν ἕνωσιν οὐκ ἀνιεμένη. ἐγὼ τοίνυν φησὶν, ὁ ἐν αὐτῷ γενόμενος, ἀφ' ἧς ἐμῆς ἀναλυθησόμενον σαρκὸς ἀναστήσω τὸν ἐσόμενον τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ. ἐπεὶ γὰρ δὴ ἐκ ἀμήχανον μὴ οὐχὶ πάντως νικῆσαι τὴν φθοράν, καὶ κρατῆσαι θανάτου τὸν κατὰ φύσιν ὄντα ζωήν. Ἀφ' οὗ καὶ βιάζηται τὸ ἀναθεωρούμενον σῶμα πρὸς τὸ καταφθείρεσθαι δεῖν ὑπὸ ἀφ' ἧς παρέβασιν ἐπιπεπόνθασι θάνατον, ἀλλ' ἐπεὶ ἐν ἡμῖν ὁ Χριστὸς ἀφ' ἧς ἰδίας σαρκὸς, ἀναστήσομαι πάντως· ἀντὶ θανάτου γὰρ, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον μὴ ζωοποιεῖν τὴν ζωήν, ἐν οἷς ἂν εἰς ἡμῖν. ὥσπερ γὰρ εἴ τις σπινθῆρα λαβὼν ἀχύρεις ἐγκαταχώσαι πολλοῖς, ἵνα σωζόμενον ἐν τούτοις τὸ τοῦ πυρὸς σπέρμα· οὕτω καὶ ἐν ἡμῖν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἀφ' ἧς ἰδίας σαρκὸς ἐναποκρύπτει τὴν ζωὴν, ὡς ὥσπερ τι σπέρμα τῆς ἀθανασίας ἐντιθέντα, ὅλον τὸν ἐν ἡμῖν ἀφανίζον φθοράν.

A Ἡ γὰρ σάρξ μου ἀληθής ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθής ἐστι πόσις.

v. 56. *Caro enim mea verus est cibus, & sanguis meus verus est potus.*

Ἀνδιδάσκει πάλιν τῇ τοῦ μάννα χορηγίᾳ τὴν μυστικὴν εὐλογίαν, καὶ τοῖς ἐκ πετραίων λαγόνων ὕδασι χρῆσθαι τὴν γνῶσιν. ὅπερ δὲ ἤδη καὶ ἐτέρωθι εἰρηκὼς φθάσας, τοῦτο πάλιν εἰλικρινῶς φησὶ, πολυτρόπως τὸν αὐτὸν ἐξυφαίνων λόγον. οὐ γὰρ δεῖν χαλεπῶς λίαν ἀποθαυμάζειν αὐτοῖς τὸ μάννα παρῄνεσε, τοσοῦτον δὲ μᾶλλον αὐτὸν, ὡς B ἄρτον ἐξ οὐρανοῦ, καὶ χορηγὸν τῆς αἰωνίου ζωῆς. οἱ μὲν γὰρ πατέρες ὑμῶν, φησὶν, ἔφαγον τὸ μάννα ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀπέθανον· ἔστι δὲ οὗτος ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβαίνων, ἵνα τις ἐξ αὐτοῦ φάγῃ, καὶ μὴ ἀποθάνῃ· εἰ μὲν γὰρ τὸ μάννα ἔφη, τοσοῦτον ὀλίγον, φησὶ, κομιδῇ τὸν καιρὸν τοῦ σώματος χρείαν ἀφαιρούμενον, καὶ ὃ ἐκ τῆς οὐσίας δυσθρέψασα βλάβος, ἀνδύσασα πάλιν ἐκ ἐπιδώσει τοῖς βεβρωκόσι τὴν αἰώνιον ζωήν· ἐκ ἦν οὖν ἄρα βρῶσις ἀληθὴς, καὶ ἄρτος ἐξ οὐρανοῦ C τοῦτ' ἔστι, τὸ δὲ ἅγιον σῶμα Χριστοῦ, τοσοῦτον ἀθανασίας, καὶ ζωὴν αἰώνιον ἀποτρέφον, βρῶσις ὄντως ἔσται ἀληθής· ἀλλ' ἔστιν καὶ ὕδωρ ἐκ πέτρας ἐκεῖνοι. καὶ τί ὄ ἐκπιόντες, φησὶ, πεῖα δὴ ζῶς πεπωκόσιν ἦ ὄνησις; τετελευτήκασι γάρ. ἦν οὖν ἄρα καὶ τοῦτο πόσις ἐκ ἀληθὴς, ἀληθὴς δ' κατ' ἀλήθειαν διείσκεται πόσις ὃ τίμιον αἷμα Χριστοῦ, ὅλον ἐκ βάθρων ἀπορρίζον τὴν φθορὰν, καὶ αἱματοχλοῦν τὸν ἐν τῇ σαρκὶ ταύτῃ κατοικοῦντα θάνατον. αἷμα γὰρ ὅστις ἀνθρώπου τυχόντος ἁπλῶς, ἀλλ' αὐτῆς τῆς κατὰ φύσιν ζωῆς. ἀφ' οὗτος καὶ σῶμα, καὶ μέλη Χριστοῦ χρηματίζομεν, ὡς ἀφ' τῆς εὐλογίας αὐτὸν ἐν ἑαυτοῖς δεχόμενοι τὸν υἱόν.

Distinguit rursus mysticam eulogiam à manna largitione, & calicis communicationem ab aquis è petrarum scissuris turrentibus. Quod autem iam antea aliis quoque verbis dixit, hic denuò repetit, multis modis eundem sermonem contexens. Monet enim non oportere, eos manna vehementer mirari, sed se potius susciepiendum esse tanquam panem de cœlo, atque æternæ vitæ largitorem. Patres enim vestri, inquit, comederunt manna in deserto, & mortui sunt: hic autem est panis qui de cœlo descendit, vt siquis ex ipso manducauerit, non moriatur. Cibus enim manna, ad breue admodum, inquit, temporis spatium necessitate corporis delinita, & damno famis amoto, factus est rursus inualidus, quum vitam æternam non infunderet manducantibus. Non erat igitur cibus verus, & panis de cœlo nimirum: sanctum autem Christi corpus ad immortalitatem & vitam æternam nutriens, cibus profectò verus erit. Sed illi quoque de petra biberunt aquam. Quid autem inde consecutum est, inquit, & quæ vtilitas bibentibus? mortui enim sunt. Illud igitur non erat verus potus: sed verus, vt verè loquamur, potus esse comperitur pretiosus sanguis Christi, qui totam radicitus extirpat D corruptionem, & mortem in humana carne inhabitantem subuertit. Sanguis enim vtique est non vulgaris alicuius hominis, sed ipsiusmet vitæ secundum naturam. Quocirca nos corpus & membra Christi nuncupamur, vt qui per eulogiam ipsum in nobis susciepimus Filium.

B Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.

v. 57. *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.*

Πολυτρόπως ἡμᾶς ἀφ' τούτων μεταγωγεῖ, καὶ ἐπεὶ ὅτι δυσθήκτως τοῖς ἀμαθεστέροις ὁ λόγος, τὸ δὲ πίστει συνεῖναι φ' ἑαυτῷ μᾶλλον ἀπαιτῶν, ἢ ζητεῖν αἰῶνα καὶ κάτω τὸν αὐτῷ ἐλίττων, ἐξομαλίζει ποικίλως, καὶ πολλαχόθεν ἡμῖν τὸ ἐκ τοῦ κεφαλαιωτάτου καλλιεργούμενον θεμέλιον ὡσανεί τινα, καὶ κρηπῖδα τῇ πίστει τὴν εἰς αὐτὸν κελλίσσων ἐπιζητεῖν ἐρρίζου. ὁ γὰρ τρώγων μου, φησὶ, τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ· ὥσπερ γὰρ εἴπις κηρὸν ἑτέρῳ συναλεί-

Multifariam nos his verbis instituit, E & quoniam doctrina ista ab imperitis facile capi nequit, cognitionem per fidem potius requirens, quàm curiosam inquisitionem, eadem vltro citroque versando variis modis explanat, & rei vtilitatem omni ex parte nobis exponit, præclarum eius desiderium fundamentum veluti quoddam & basim fidei statuens. *Qui enim manducat meam carnem*, inquit, *& bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo.* Quemadmodum enim siquis ceram

ceræ coniunxerit, vtique alteram in altera esse videbit: eodem quoque opinor modo, qui Saluatoris nostri carnem susceperit, & bibit eius pretiosum sanguinem, vt ipse ait, vnum quiddam cum eo reperitur, commixtus quodammodo & immixtus ei per illam participationem, ita vt in Christo quidem ipse reperiatur, & vicissim Christus in ipso. Ita nos quoque Christus in Euangelio secundum Matthæum quodammodo edocebat, his verbis: *Simile est regnum cœlorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinæ sat. tres tribus, donec fermentatum est totum.* Quæ autem sit illa mulier, quæ sata tria, aut quid factum omnino significet, tuo loco dicetur: De solo fermento loquemur impræsentiarum. Quemadmodum ergo Paulus ait, *modicum fermentum totam massam fermentare*: sic minima eulogia, totum nostrum corpus in se miscet propriaque replet efficacia: atque ita Christus in nobis existit, & nos vicissim in ipso. Etenim verè dici potest fermentum quidem esse in tota massa, & simili ratione massam in toto fermento. Habes paucis eorum quæ dicta sunt sententiam. Sed si vitæ æternæ amore flagramus, si largitorem immortalitatis in nobis habere cupimus, ne quod quidem negligentiores faciunt, eulogiam suscipere recusemus, cauteamusque neve laqueum nobis & tendiculam Diabolus insigniter fraudulentus struat, damnosam nempe religionem ac metum. Ait enim scriptum est, inquies, *Qui manducat ex hac panem, & de calice bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit*: Vbi vero probauit meipsum, indignum me esse video. Quandonam ergo dignus eris, ô quisquis hæc dicis; quandonam teipsum Christo sistes? Nam si te peccata vsque deterreant, labi autem cessaturus sis nunquam: *quis enim delicta intelliget*, vt sanctus ait Psalmista,) vacuus omnino comperiere sanctificationis illius quæ in æternum nos seruat. Quare pie apud te statuas rectè honestèque degere, atque ita eulogiæ particeps fias, credens eam non mortis solum, verumetiam morborum nostrorum depellendorum vi pollere. Christus enim existens in nobis, sopit fœuientem in nostris membris carnis legem, & pietatem in Deum excitat, perturbationes mortificat, delicta in quibus sumus nobis non imputans, sed potius vt ægrotos sanans. Confractum

Mat. 13.

1. Cor. 5.

Psal. 18.

A χερῶ, πέμπτως δ' ποτὲ ἡ ἑτέρῳ ἑτέρου ἐσόμενα καταφήσαι τὸν αὐτὸν, οἶμαι. ὅστις γὰρ ὁ τὴν σάρκα δεχόμενος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, καὶ πίνων αὐτοῦ τὸ τίμιον αἷμα, κατὰ φησιν αὐτὸς, ἐν ὡς τοῦτο αὐτὸν εἰσκέκραται συμμιγὴς κεράσμενος ἑκατέρῳ ἑκατέρου κατὰ τὴν μέθεξιν, ὡς ἐν Χριστῷ μὲν αὐτὸν εἰσκεῖσθαι, Χριστὸν δὲ αὖ πάλιν ἐν αὐτῷ. ὅπως ποτὲ ἰδίας ἡ B δαμῶς λέγεται, οὐσία ἐστί. τὸ βασιλεία τοῦ οὐρανοῦ ζύμη, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἔκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον. τίς μὲν οὖν ἡ γυνὴ, τίς δὲ τὰ τρία σάτα ὅλως ἐστὶν, ἐν οἰκείῳ λελίξεται τόπῳ· νῦν δὲ γε τὸ πρὸν εἰς μόνον ἐροῦμεν τὸ ζύμωμα. ὥσπερ οὖν ὁ Παῦλός φησιν, ὅτι μικρὰ ζύμη ὅλον τὸ φύραμα ζυμοῖ, ὅτως ὁλκὴ πάλιν ἀλεξία, σύμπαν ἡμῶν εἰς ἑαυτὴν C ἀναφέρει τὸ σῶμα, καὶ τῆς ἰδίας ἐνεργείας ἀναπλήσει, ὅτε τε ἐν ἡμῖν ᾖ ὁ Χριστὸς, καὶ ἡμεῖς αὖ πάλιν ἐν αὐτῷ· καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀληθέστερόν ἐστιν ὅτε ἐν τῷ ζύμῃ τὸ φύραμα τοῦτον τρόπον ἐν ὅλῃ γὰρ τῇ ζύμῃ ἐχθὲς ὡς ἐβεβρέκει τὴν εἰσκρίσιν τοιοῦτο. ἀλλ' ἐπεὶ περὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐσπουδάσαμεν, εἰ τί γε ἀθανασίας χρημάτων ἐν ἑαυτοῖς ἐνδιδόμεθα, μὴ κατὰ λύπας τὴν ἀμεταστρόφως βλάπτουσαν, μηδὲ παιδιὰ καὶ βεβρωκόσι τὸ ἔμπαλιν ἐξαστεῖπτον τὸ ἐπιζήμιον ὑλακτοῦσαν ὁ καθαρτικὴ πανουργία διάβολος. καὶ γὰρ γέγραπται, φησὶν, ὁ ἐσθίων ἐκ τοῦ ἄρτου, καὶ πίνων ἐκ τοῦ ποτηρίου ἀναξίως, κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει, καὶ πίνει· δοκιμάσας δὲ τὰ κατ' ἐμαυτὸν, οὐκ ἄξιον εὑρίσκω. πότε οὖν ἄξιος ἔσῃ, καὶ πρὸς ἡμῶν ὁ τοῦτο λέγων ἀκούσεται, πότε σαυτὸν παραστήσεις τῷ Χριστῷ· εἰ δὲ μηδὲ ἀεὶ καθαρεύοντας ἡμᾶς ἁλιοφήμασιν, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ἐν D ταῖς ἐπιῤῥοαῖς τοῦ σώματος παραπτώμασι καὶ τοῖς ἀγνοουμένοις, ἀμέτοχος εὑρεθήσῃ πάντως τῆς αἰωνίου καὶ ἁγιασμοῦ. οὐκοῦν λοιπὸν ἡμῖν βιοτέον σώφρονα ἐπιπεδοῦντι βίον, μεγαλήτορι δὲ ὅτῳ τὰ ὑλακτίας, ἀθανάτου μόνον. ἀλλὰ καὶ τὰ εἰς ἡμᾶς ἀποκρουστικὰ εἰς πίστεως καθαιρεῖ· καὶ γὰρ εἰς ἡμᾶς γενόμενος ὁ Χριστὸς τὰ εἰς ἡμᾶς τῆς σαρκὸς ἀγεσιλάϊνοντα ἰᾶται, καὶ ἀναζωπυρεῖ μὲν τὴν εἰς Θεὸν διάθεσιν, ἀπονεκροῖ δὲ τὰ πάθη, μὴ λογιζόμενος ἡμῖν τὰ εἰς ἡμᾶς ἐγκλήματα, θεραπεύων δὲ μᾶλλον, ὡς νεκροποιὸς. καὶ ἀθανασμοῦ

γὰρ βουπετεύμενον, ἐγείρει δὲ πεσόντας, ὡς A enim alligat, erigit lapsum, ceu pastor
ποιμὴν ἀγαθὸς, ὃς τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τεθηκὼς bonus, & qui animam suam posuit pro
ὑπὲρ τῶν προβάτων. ouibus suis.

ΚΕΦΑΛ. γ.

CAPVT III.

Quòd vitæ aliunde acceptæ particeps non sit Filius, sed vita potius secundum naturam, vt ex vita secundum naturam, Deo nimirum ac Patre, genitus.

Οὐκ ἔστι ζωῆς τῆς παρ' ἑτέρου μέτοχος ὁ υἱὸς, μᾶλλον δὲ κατὰ φύσιν ζωὴ, ὡς ἐκ ζωῆς τῆς κατὰ φύσιν γεγεννημένος τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός.

Filius non est particeps vitæ quæ ab alio est, sed vita potius secundum naturam, vt ex vita secundum naturam, Deo nimirum ac Patre, genitus.

Καθὼς ἀπέσταλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμέ. B

v. 58. *Sicut misit me viuens Pater, & ego viuo propter Patrem; & qui manducat me, & ipse viuet propter me.*

Ἀσυμφανέστερος μὲν τῇ προκειμένῃ ὁ νοῦς, καὶ τῇ τυχούσῃ δυσχερείᾳ κατημφιεσμένος· πλὴν οὐ πάντελῶς ἀπροσπέλαστος τοῖς ὀρθῶς ἐθέλουσι νοεῖν. ὅταν γοῦν ἀπεσταλθαι φησὶν ἑαυτὸν ὁ υἱὸς, τότε σημαίνει μοι δηλονότι, καὶ ἕτερόν τι παρὰ τοῦτο λέγειν οὐκ ἔχω, ὁπόταν λέγωμεν, ἄνθρωπον ὅλον κτίσαι τὸν Θεὸν λόγον. ὡσαύτως γοῦν καὶ ἀνθρωπον με, φησὶ, πεποίηκεν ὁ πατὴρ, καὶ ἐπεὶ σὰρξ ἐκ τῆς κατὰ φύσιν ἐλήλυθεν ζωῆς Θεὸς ὢν λόγος ζωὴ, καὶ ἄνθρωπος γεγονὼς τῆς ἐμαυτοῦ φύσεως τὸν ἐμὸν ἐμπλήσας ναὸν, τοῦτ' ἔστι τὸ σῶμα τὸ αὐτοῦ δι' ἑαυτοῦ ἔχοντα καὶ ὁ πρὸ ἐμοῦ ἐλήλυθα ζητῶν δι' ἐμοῦ ἑλέσθαι νῦν γὰρ τὸν ἀποθνήσκοντα σῶμα, ἀλλ' ἐπεὶ σὰρξ οἰκείωσα ταύτην, ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ἅτε δὴ ὁ ἐκ ζωῆς πατρὸς εἰς ἐμαυτὸν ἀνεσκευασμένος. ἀνείληφα τὴν φθορὰν τῆς σαρκὸς, ἀνείληφα δὲ μᾶλλον εἰς τὸν ὡς Θεὸς ὢν αὐτὴν ἐρῶ γὰρ αὖθις ἀνιστᾶσαν αὐτήν· διὰ τί δ' ἂν χρήσαιμι εἰ μὴ γέγηθα, φησὶ, σὰρξ· τοῦτο γὰρ τὸ ἀπεσταλθαι σημαίνει· ζῶ πάλιν διὰ τὸν ζῶντα πατέρα, τοῦτ' ἔστι, τὸν τὸ γενέσθαι δι' ἐμὲ φύσει καὶ ἐναυτῷ ζῆν ἐμοὶ χορηγοῦντα· ζῶ δὲ καὶ ὁ διὰ τὸ μεγαλυνθῆναι τὸν ἐμὸν σαρκὸς ἐκ τοῦ ἀγροῦ θυμὸν εἰς ἑαυτὸν ζητοῦντα, πλήσας * ὅλως εἰς ἐμὲ μεταποιηθέντος, τὸ ζωοποιὸν ἰσχύοντα διὰ τοῦτο καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστῆσαι, τὸ ζωοποιοῦν, τοῦτ' ἔστι τὸ Θεοῦ καὶ πατρὸς σαρκὶ δὲ λέγει τὸ πνεῦμα, καίτοι τὸν ἐκ Σολομῶνος λέγοντος, ἡ Σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον τὸ δὲ μανθάνειν Γαβριὴλ τὸ τοῦ σώματος ἐνεργὸν εἰς τὸ τοῦ ἁγίου σώματος ἁπτόμενος ποιῆσαι, ὅτε τὸ ἁγίαν προσηγόρευσε παρθένον. πνεῦμα γὰρ, φησὶν, ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· ἵνα πάλιν ἑνοῖς, ὅτι μιᾶς ἴσης τῆς κατὰ φύσιν θεότητος, καὶ ἐν πατρὶ, καὶ

OBscurior est propositi textus sententia, nec vulgari difficultate inuoluta: veruntamen non est plane quærentibus inuia, comprehenditur enim ab iis qui rectè sentire volunt. Cum ergo seipsum missum esse Filius ait, nunc nihil aliud quàm se incarnatum esse significat. Cum autem incarnatum esse dicimus, hominem prorsus factum asserimus. Quemadmodum igitur, inquit, hominem me fecit Pater, & quoniam vita secundum naturam sum genitus, Deus existens Verbū viuo, & homo factus meâ ipsius naturâ meum templum, id est corpus, impleui: sic etiam *qui manducat meam carnem, viuet propter me.* Assumpsi enim carnem mortalem, sed quoniam in hac inhabitauit, vita secundum naturam existens, propterea quod ex viuente sum Patre, totam ad vitam meam transformauit. Non succubuit corruptioni, sed ipsam denici potiùs, vt Deus. Quemadmodum ergo (nec enim id propter vilitatem dentio repetere grauabor) licet factus sim caro, inquit, (hoc enim significat missum esse) viuo rursus propter viuētem Patrem genitoris videlicet naturalem in meipso dotem fouens: sic etiam qui per carnis meæ participationem me susceperit, in seipso viuet, vtique totus in me transformatus qui viuificare valeo propterea quod sum ex radice viuifica, hoc est Deo ac Patre. Ait autem incarnatum se esse à Patre, quâuis Salomon dicat: *Sapientia ædificauit sibi domum:* & beatus Gabriel virtuti Spiritus corporis diuini structuram tribuat, sanctam virginem his verbis compellans: *Spiritus* enim *sanctus*, inquit, *superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi:* vt rursus intelligas, quod cum vita secundum naturam deitas & in Patre & in

in Filio intelligatur, ac sancto Spiritu, non operatur quisque seorsim, sed quod per vnum esse dicitur, vtique id totius naturæ diuinæ est opus. Nam cum sancta Trinitas consubstantialitatis ratione vna sit, vna certè quoque in omnibus virtus erit. Omnia quippe sunt ex Patre per Filium in Spiritu. Cæterum quod sæpè diximus rursum hic asseremus. quod quidem repetere, licet graue sit, tutum nihilominus ac securum est. Solet Saluator Christus ea quæ humanas vires excedũt Patris virtuti commodè tribuere. Humiliauit enim ipsũ factus homo cumq; serui formam suscepit, seruilẽ cõditionẽ non auersatur: veruntamen non excludetur ab omnibus cum Patre faciendis: Operatur autem qui genuit ipsum omnia per ipsum, iuxta Saluatoris ipsius vocem: *Pater enim*, inquit, *in me manens, ipse facit opera.* Cum igitur dispensationi cum carne tribuat quod ei conuenit, ad Deum ac Patrem refert ea quæ vires excedunt humanas. Templum enim in virgine condere, vires hominis transilit. Sed ad hæc rursum inquietat aduersarius; Quomodo aliter quid secundum naturam sit Filius reuelasset, aut quomodo clarè ostendisset maiorem esse Patrem, quàm dicendo, *Ego viuo propter Patrem?* Nam si Pater vitæ largitor est Filio, quis in tantam erumpet insaniam, vt non planè intelligat id quod vitæ est particeps non idem esse cum vita secundum naturam, aut eo qui viuificare potest? Aduertus hæc doctrinam veritatis in aciem educentes, opportunè dicemus: *Fatuus fatua loquitur, & cor eius ad iniquitatem, & operari impietatem impiè, & loqui peruersa ad Dominum errorem.* Quid enim ista hæreticorum sententia esse potest impiius? Quomodo non summus error aduersus Christum viuificantem ab iis profertur, cum dicere non verentur dementissimi homines, ipsum viuere, accepta ab alio vita, non secus ac ea quæ creata sunt per ipsum? Filius ergo animal quoque erit, maximè cum vitæ sit particeps, sed non ipsamet secundum naturam vita. Animal enim, aliud esse planè oportet ab ea quæ est in ipso vita. Quod si idem esse posse existimant, dicatur omne animal vita: Sed nemo, vt reor, sanæ mentis id fecerit: Igitur neque animal nobis vnigenitus, sed vita secundum naturam censebitur. Quomodo enim verum fuerit

ἐγὼ νοεμῶμεν, καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, οὐ μεμερισμένως ἕκαστος ἐνεργήσει περί τι τῶν ὄντων, ἀλλ' ὅσα ἂν λέγοιτο κυρίως καὶ δι' ἑνός, τοῦτο πάντως ἐστὶν ὅλης ἔργον τῆς ἁγίας φύσεως. μιᾶς γὰρ ὄντος τῆς ἁγίας τριάδος κατὰ γε τὸ ὁμοούσιον τύπος λόγου, μία δὴ που πάντως καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἔσται δυνάμις. πάντα γὰρ ἐκ πατρὸς διὰ υἱοῦ, ἐν πνεύματι· ὃ δὲ πολλάκις εἰρήκαμεν, τοῦτο πάλιν ἐροῦμεν· τί αὐτὰ γὰρ λέγειν οὐκ ὀφθαλμόν, ἀλλ' ὅμως ἐμοὶ ὁ ἀσφαλὴς ἔγνως τοῦ θεραπεύειν ἀεὶ τὰ τοιαῦτα ἐπὶ τοῦτο αὐτὸν ἀναφέρων τῆς ἀσθενοῦς φύσεως τὰ ὑπὲρ ἄνθρωπον δυνάμει τῇ τοῦ πατρὸς ἐπιτελούμενα. ἐπεὶ γὰρ ἐν παρθένῳ ναὸν ἔπηξεν ὁ λόγος τοῦ ἀνθρώπου δυνάμεως ἐξαλλαγή· ἀλλ' ἔργῳ τοιούτῳ χαίρειν οὐκ ἐᾷ πάλιν ὁ ἀντίπαλος. ὃ πῶς ἂν ἕτερος ὢν τῇ κατὰ φύσιν ἔσει ὑπεξεκάλυψεν ὁ υἱός; ἢ πῶς ἀπεδείξατο σαφῶς ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ πατήρ, εἰ μὴ οὕτω τὸ λεχθὲν, ὅτι ζῶ διὰ τὸν πατέρα; εἰ γὰρ χορηγός ἐστι πατὴρ τοῦ ἐμοῦ τῆς ζωῆς, τῆς εἰς ζωὴν αἰώνιον τελειότητος ἐλαττοῖ λοιπὸν, ὡς μὴ πάντως εἶναι ὅπου ὁ μέτοχον ζωῆς ἑαυτὸν ἔχων ζῇ· ἆρα τί ἐστι ζωή, ἆρα τοῦ ζῆν τὸ εἶναι; πρὸς δὲ τούτοις, ἐκ λεπτοῦ τὰ πολλὰ ἀνατεμόντες λόγου, ἐροῦμεν ὅτι ὁ μερὸς μὲν ἀναλυτὸς, καὶ ἡ καρδία αὐτοῦ ματαιοῦται, τὸ πιστεῦσαι αἷμα, ἐναλλὰξ τρέφεσθαι νομίσαι πλανᾶσθαι τὸ ἀληθὲς τῇ αἱρέσει σπένδειν, ὁ ἀνθρωποκτόνος· πῶς δὲ οὐκ ἐφ' ἁπλοῖς λαλῆται πρὸς αὐτὸν καὶ ὑπὲρ τοῦ ζωοποιοῦντος Χριστοῦ, ὅτι λέγει οὐκ εὐνοήσειαν οἱ ἀνθρωποφρονέσταται, ζῆν αὐτὸν τὸ ἐξ ἑτέρου μετέχοντα ζωῆς, καὶ ἐκ τοῦ δι' ἄλλου γεγονέναι; ἀρ' οὖν ἔσται λοιπὸν ἐκ ζῶν λίθος· ὁμῶς, ἀπὸ δὲ ἐκ ζωῆς οὐκ ἀρχὴν μέτοχος. ἀλλ' οὐκ ἐστὶ κατὰ φύσιν ζῶον. ὃ δὲ ζῷον ἕτερον εἶναι δεῖ τοῦτο τῷ ἄνθρωπον εἰ ἀπὸ ζῴου. εἰ δὲ νομίζοιτο ἑαυτὸν εἶναι δύνασθαι, λεγέσθω πᾶν ζῷον ζωὴ· ἀλλ' οὐκ αἱ ὕλαι ἵνα ὕδωρ πίνουσι φεύγειν ἔοικεν ὑδρωπικὸν, οὐδὲ ζωὴν εἶναι ὁ μονογενὴς, ἀλλὰ ζωὴ κατὰ φύσιν νοηθήσεται· πῶς δὲ αἰὼν

ἀληθεύσας λέγων· ἐγώ εἰμι ἡ ἀνάστασις, καὶ ἡ ζωή· ζωὴ γάρ ἐστι τὸ ζωοποιοῦν, ὃ δὲ τὴν περὶ ἑτέρου ζωῆς ἔσπευδες, ὡς ἄρα οὐκ ἀμοιρῇ καὶ σοφίας νοηθήσεται τὸ σοφοῦν δυνάμενον, ἢ τὸ σοφοὺς ποιῆσαι ψυχάς. Οὕτω μὲν καθ' ὑμᾶς ἐξελύσατο μῦθος ἡ ἀλήθεια, εἰ οὐκ ἀληθεύσας λέγων ὁ Χριστὸς, ἐγώ εἰμι ἡ ζωή. Ψευδόμυστος ὁ πάλιν καὶ ὁ λαμπρὸς τῶν ἁγίων χορὸς, ὃς διὰ τοῦ πνεύματος ἐρευγόμενος λόγους, καὶ ζωὴν ἀποκαλῶν τὸν μονογενῆ. Ὁ μὲν γὰρ θεῖος ἡμῖν ψαλμῳδὸς οὕτως πρὸς τὸν πατέρα λέγων βοᾷσκεται, ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς· ὁ δὲ θαυμάσιος Εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης ἐν οἰκείαις ἐπιστολαῖς ὅτε φησὶν ὁ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς, καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη, καὶ ἑωράκαμεν, καὶ μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν. ὁρᾷς ἀληθεύοντα τὸν ψαλμῳδὸν, καὶ διὰ τοῦ Ἰωάννου φωνῆς, ὅτε φησὶ πρὸς τὸν ἅγιον πατέρα Θεὸν, ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς; ἰδοὺ γὰρ καὶ ἔστι πηγὴ ζωῆς ὁ υἱός· ὅτι γὰρ περὶ αὐτοῦ τὰ τοιαῦτα φησὶν ὁ πνευματοφόρος, ἀμέ τὴν αὐτὴν πάλιν πληροφορήσῃ λόγον· ἐπιστέλλει γὰρ ὅτως· καὶ οἴδαμεν ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἥκει, καὶ ἔδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινόν. καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστῷ· οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, καὶ ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος. εἶτα τίς εἰπεῖ μοι λοιπὸν τὴν ἑτεροζήλων περιφρεῖας ἀμείψεται; ἢ τίς τὰ ἐκείνων δυσσεβείας ἂν καθυβρίσειε δικαίως, ζωῆς τῆς περὶ ἑτέρου μέτοχον ἀποπολεμούντων εἶπεῖν τὸν υἱὸν, καίτοι τῆς ἁγίας, καὶ θεοπνεύστου γραφῆς θεσπίζειν μᾶλλον τοιοῦτον λεγούσης περὶ αὐτοῦ, διαῤῥήδην δὲ μᾶλλον βοώσης, ὅτι καὶ Θεὸς εἶη κατὰ φύσιν, καὶ ἀληθινὸς, καὶ πηγὴ ζωῆς, καὶ ζωὴ πάλιν αἰώνιος. πῶς γὰρ ἂν νοοῖτο Θεὸς ἀληθινὸς ὁ ζωῆς τῆς περὶ ἑτέρου διοιδυμος, καὶ ἀλλ' μᾶλλον οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ κατὰ φύσιν ζωή; ἢ πῶς ἂν λέγοιτο ζωῆς ἐπὶ πηγὴ, ταῖς περὶ ἑτέρου χορηγίαις εἰς τὸ δύνασθαι ζῆν βοηθούμενος; ἀλλὰ ναὶ, φησὶν ὁ διὰ σαρκὸς, καὶ τοῦτο ζωὴν εἶ δεδωκὼς τὸν υἱὸν, καθὸ καὶ αὐτὸς δύναται ζωοποιεῖν, ὡς ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν ζῶντα πατέρα. ἀλλ' οὐκ ἐρχόμεθα ζητοῦντα πρὸς ἀπολογίαν ὑμῖν, ὦ βέλτιστοι, τῆς κατὰ τὸ μονογενὲς δυσφημίας· ἀπαίδευτος δὲ καὶ πάνυ ἀληθῶς ἐξαπίνης ὁ λόγος ὑμῖν καὶ τοῦτο πάλιν ἀλώσεται. τὸ γὰρ χρῶμα λέγει ζωὴν ἀποκαλεῖν τὸν υἱὸν, ἐπειδὴ ζωοποιεῖν τὰ

illud quod ait: *Ego sum resurrectio & vita.* Vita enim est id quod viuificat, non quod opus habet aliunde vitam accipere, sicuti nimirum sapientia intelligitur id quod alij sapientiam largiri, non quod sapiens fieri potest. Ex vestra itaque sententia, mentietur quidem veritas, nec verè loquetur Christus dicens, *Ego sum vita.* Præterea mentietur splendidus ille sanctorum chorus, qui verba fundit per Spiritum, & vitam vocat vnigenitum. Diuinus etenim Psalmista ad Patrem ita dicere comperitur: *Quia apud te est fons vitæ.* Mirabilis autem Euangelista Ioannes in suis epistolis ita scribit: *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostræ contrectauerunt de Verbo vitæ, & vita manifestata est, & vidimus, & testamur, & annunciamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis.* Vides Ioannis quoque testimonio Psalmistam verè loqui, cum ad vniuersi Deum Patrem ait, *Quia apud te est fons vitæ.* Erat enim, & est apud ipsum fons vitæ Filius. Nam quòd de ipso hæc Propheta dicat, ex eius verbis rursum patebit. Sic enim scribit. *Et scimus quoniam Filius Dei venit: & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius* IESV *Christo. Hic est verus Deus, & vita æterna.* At quis demum aduersariorum feret argutias? aut quis aduersus illorum impietatem non iure exclamabit, qui dicere audent vitæ quam aliunde acceperit Filium esse participem, quum sancta & diuinitus inspirata Scriptura nihil tale de ipso dicat, sed apertè potius clamet Deum secundum naturam esse, & verum, & fontem vitæ, & vitam rursus æternam. Quomodo enim verus Deus esse censebitur cui vita aliunde accepta opus est, ac non est ipse potius vita secundum naturam? aut quomodo vitæ fons dicetur, qui vt viuere possit alterius largitione iuuatur? At enim inquient aduersarij: In hoc fatebimur Filium esse vitam, quòd ipse quoque viuificare potest, vtpote cum in seipso viuentem Patrem habeat. Sed non sufficient ista vobis, ô boni, ad tuendam illam aduersus vnigenitum blasphemiam, sed rudis & vana vestra hic quoque ratio deprehendetur. Dicere enim vitam nuncupari Filium, quia viuificare potest ea quæ

vitam capiunt, propterea quod habet Patrem in seipso, nunquid immensam prodit ignorantiam? Nescitis enim, vt apparet, quid sit esse secundum naturam, & esse ex eo quod est secundum naturam, positione nimirum. Verbi gratia, calidus quidem est ignis naturâ, sed & alia sunt, acceptâ ab eo virtute calida, putà ferrum videlicet, aut lignum: sed non idcirco dicentur ignis, quòd incaluerint. alienam quippe & non naturalem vim habent in seipsis. Idipsum exemplo à nobis sumpto confirmare licet. Grammatica, exempli gratia, aut Geometria cognitio quidē scientię ratione vtētis esse creditur, sed si quis Grammaticæ peritus aut alterius euaserit, ipse Grāmatica aut Geometria nequaquam esse censebitur, sed ex ea quam didicit Grammatica Grammaticus appellatur, aut à Geometria Geometra: sic vita secundum naturam aliud quiddam est planè ab iis in quibus est, transformans in seipsam id quod naturâ tale non est. Igitur cum dicatis in Filio Patrem existere, velut in materia scilicet, vt quoniam vita est secundum naturam, ipse quoq; viuificare possit, stultè vitam esse concederis, ac non potius vitæ ab alio acceptæ participem, & relatione, non substantialiter ad largitoris dignitatem excitatum. Et quemadmodum nemo calefactum ferrum ignem rectè vocauerit, licet ignis vim habeat, propterea quod ab eo calefactum est; Aut sicut nemo sanæ mentis Grammaticum Grammaticam nominauerit, propterea quod alios in ea quoque arte possit instituere: ita nullus, opinor, sanæ mentis vitam Filium appellauerit, ex eo quod possit alios quoque viuificare, cum ex eorum sententia à natura non habeat vt sit vita, sed ex virtute Patris insitum, siue propter inhabitātem Patrem. Quid autem prohibuerit quæso Filium vt vnum ex nobis intelligi, corruptibili nempe natura præditum, si viuit propter Patrem, hoc est vita à Patre accepta, vt illi existimant? Corrumpi enim planè sequeretur, nisi in seipso viuentem Patrem haberet. Et si verè eum loqui fatemur, cum ait, *Ego in Patre, & Pater in me est:* habet quidem ipse in seipso Patrem qui vita est secundum naturam: sed est ipse in Patre, quamuis vita non sit secundum naturam: Et, ne blasphemiam loquar, licet ad reuincendam Dei hostium impietatem proferenda sit, deprehenderetur Pater in seipso vita destitui, id

Ioan. 10.

ἔλεγχον τῆς γεγραμμένων ἀσεβείας· ἀλώσεται γὰρ ἔχων ὁ πατὴρ ἐν ἑαυτῷ τὸ ζωῆς ἔρημον, τοῦτ',

ἔστι, τῇ φθορᾷ, ἤτοι φύσει τῇ φθορῷ ὑπόκ. A
ὅτι γὰρ ἐκ τῶν προκειμένων φύσις ἡμᾶς
ἀναγκάζει περὶ τοῦ υἱοῦ, ζητητέον ἡμῖν καὶ ἐσαῦ-
θις, καὶ διὰ ποικίλων ἱστέον θεωρημάτων, ἐπεὶ δὴ
ἡμῖν σκοπὸς παῖς προσηκόντως ἀκριβείας κα-
τανοεῖσθαι τὸ ζητούμενον. ζωὴν εἶναι φῂς καὶ
φύσει τὸν Θεὸν καὶ πατέρα· καλῶς, ἔχει γὰρ οὕτω-
τως, ἀλλ' ἔστι καὶ ἐν υἱῷ. τοῦτο γὰρ καὶ ὁ πρὸ ὑμῶν
δέδωκε λόγος. ἐφεξῆς οὖν εἰκότως ἤδη λοι-
πὸν, ἐκεῖνο μανθάνειν ἐπιθυμῶ, τί ἐνεργήσοι
περὶ τὸν υἱόν, ὑπάρχων ἐν αὐτῷ; ἆρα μεταδώσει B
τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς τῷ ἰδίῳ γνησίῳ, καθάπερ
δυνατός, καὶ οὐχ ἕξοντι τὸ ζωὴν ἐξ αὐτοῦ; καὶ πῶς
οὐκ ἀνάγκη καὶ πᾶσα νοεῖν ἔρημον εἶναι ζωῆς τὸν υἱόν;
τὸ δὲ ζωῆς ἔρημον, τί ἂν ἕτερον εἴη λοιπὸν, ἢ
φθαρτόν; ἀλλ' ὁ μεταδώσει τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς τῷ
γνησίῳ· ζωὴ γάρ, καὶ εἰ μὴ δέχοιτο πρὸς αὐτοῦ.
πῶς οὖν ἔτι συκοφαντοῦσιν ἀλογιστοτάτως ὑπο-
κρινόμενοι ἀφυλάκτως, καὶ διὰ τοῦτο λέγουσι ζῆν τὸν
υἱόν, ἐπεὶ δὴ ἔχει ζωὴν ὅτι κατὰ φύσιν ἐν ἑαυτῷ C
τὸν πατέρα; εἰ μὲν γὰρ ζῇ καὶ δίχα τοῦ πατρὸς, ὡς
ὑπάρχων ὑποστατῶς καὶ αὐτὸς ζωὴ, οὐκέτι ζῇ
διὰ τὸν πατέρα, τοῦτ' ἔστι, διὰ τὴν ἐκ πατρὸς
μετάληψιν. εἰ δὲ χρῄζει τῆς ἰδίας ζωῆς ἔχειν τὸν
πατέρα, ζωὴν ἰδίαν οὐκ ἔχων αὐτὸς ἀναδείκνυ-
σιν· δηλοῖ γὰρ τὸ πρὸς ἕτερον, καὶ ὅπερ ἐξ
ἀρχῆς ἐλέγομεν, ζῶον μᾶλλόν ἐστιν, ἢ ζωὴ, καὶ
φθαρτῆς ἤδη φύσεως. πῶς οὖν ἑαυτὸν ἀπεκάλει
ζωήν; ἢ γὰρ ἐξέστη τι ἡμῖν ἀκινδύνως εἰπεῖν,
ἐγώ εἰμι ἡ ζωή; ἢ εἴπερ ἔστι σφαλερὸς ὁ λόγος·
ὁ γὰρ ἐξέστη ποιήματι τῆς θεοπρεπέσιν ἀξιώ- D
μασιν ἐπιπηδᾶν· οἶδεν ἀρχὰ ζωὴν ὄντα τὸν φύ-
σιν ἑαυτὸν ὁ υἱός· ἐπεὶ πῶς ἔστι χαρακτὴρ τῆς ὑπο-
στάσεως καὶ γνήσιον αὐτὸν, πῶς δὲ εἰκὼν, καὶ
ὁμοίωσις ἀκριβής; ἢ πῶς οὐκ ὀρθῶς ἐποίει λέ-
γων ὁ Φίλιππος· δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα, καὶ ἀρ-
κεῖ ἡμῖν; καὶ γὰρ δὴ ὄντως ἐννοῆσαι προσήκει,
ὅτι τὸν υἱόν τις τεθεαμένος, ὅπω τεθεώρηκε τὸν πα-
τέρα, εἴπερ ὁ μὲν ἔστι φύσει ζωὴ, ὁ δὲ ζωῆς
τῆς πρὸς αὐτοῦ μέτοχος. ὁ γὰρ αὐτὸς ἴδοι ἂν ζωο- E
ποιοῦντα τὸν ζωοποιούμενον ποτὲ, καὶ τὸν δι-
δόμενον τὸν ἀπολαμβάνοντα. οὐκοῦν καθ' ἕτερον ψεύ-
σεται δῆπον, εἰπὼν, ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν
πατέρα· ἀλλ' ἐρᾷ που πάλιν ὁ τῆς θεολογίας τῆς
ἐκκλησίας δογμάτων ἐραστὴς, ὅσα ταῖς ἐκείνων
φλυαρίαις ἀκόλουθά τε ἄτοπα. ἐκκλινέτω
τοιγαροῦν ἀπ' αὐτῶν, καὶ παραλλαττέτω τὸν
γεγραμμένον· καὶ ποιείτω μὲν ἐρχομένους ὀρθάς, τοὺς δὲ ὁδοὺς κατευθυνέτω τοὺς ἑαυτοῦ, καὶ στοὺς δ

est corruptionem, siue naturam corruptibilem. Quòd enim rei natura ita nos cogat sentire de Filio, quærendum nobis iterum, & per multas obseruationes eundum, quandoquidem propositum nobis est accuratè & subtiliter vt par est quæstionem expendere. Vitam secundum naturam Deum ac Patrem esse dicis. Rectè. ita quippe se habet: sed est in Filio quoque. id enim ex verbis etiam vestris sequitur. Percontari velim igitur deinceps, & ex vobis discere, quidnam operaturus sit erga Filium, cum in ipso existat? An suo genimini suam vitam impertietur, ceu experti & non habenti vitam ex seipso? Et quomodo necesse prorsus nõ erit intelligere expertem esse vitæ Filiũ? At quod vitæ est expers, quidnam aliud demũ sit quàm corruptibile? At non impertietur vitam suam genimini. Vita enim est, licet eam ab ipso non accipiat. Quomodo igitur quidam vltra cauillantur temere deblaterantes, atque idcirco viuere Filium dicunt, quia Patrem in se habet qui vita est secundum naturam? Nam si viuit etiam absque Patre, vt qui sit & ipse vita substantialiter, non iam viuit propter Patrem, id est, propter vitæ participationem ex Patre. Sin autem largitorem propriæ vitæ Patrem habeat, vita propria destitutus ipse apparebit. Eam enim alteri acceptam habet, & quod initio dicebamus, animal potius est quàm vita, & corruptibilis demum naturæ. Quomodo ergo seipsum vitã vocabat? Nunquid enim licebit quoque nobis citra periculum dicere, *Ego sum vita?* Aut si periculosum est ita loqui (non licet enim creaturæ in diuinas dignationes inuadere) scit vtique Filius se vitam esse secundum naturam. Alioqui, quomodo character erit substantiæ genitoris, quomodo imago, & perfecta similitudo? Aut quomodo non recte faciebat Philippus cum diceret: *Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis;* Vtiq; enim *Ioan. 14.* censere debemus, eum qui Filium spectauerit nondum spectasse Patrem, si hic secũdum naturam vita est, ille vitæ ab ipso acceptæ particeps. Nemo enim vnquã viderit eum qui viuificat in eo qui viuificatur, & qui non eget, in eo qui indiget. Igitur alio quoq; modo mentietur cũ ait, *Qui videt me, videt & Patrẽ.* Sed qui pia Ecclesiæ dogmata sectatur, videt rursus quantæ illorũ nugas absurditates sequantur. Declinet igitur ab iis, & dirigat vias

suas, atque ad simplicem veritatis pulchritudinem oculos conuertat, Deum ac Patrem vitam quidem secundum naturam esse credens, & vitam rursus qui ex ipso genitus est Filium. Sicut enim lumen de lumine esse dicitur, sic etiam vita ex vita: & quemadmodum lucis expertes Deus ac Pater illuminat, per suum lumen, Filium nimirum, & sapientes reddit sapientiæ capaces, vt per suam sapientiam, & confirmat infirmos atque corroborat vt per propriam virtutem, ita viuificat quæcunque vitæ indigent, per vitam propriam, & ex se promanantem, id est Filium. Cum dicit igitur, *Viuo propter Patrem*, noli existimare ipsum fateri se viuere propterea quod à Patre vitam accipiat, sed quia ex viuente genitus est Patre, idcirco viuere se quoque asseruisse. Nec enim fieri potest vt non viuat qui ex viuente est Patre: Et quemadmodum siquis nostrum dicat, Homo sum rationis compos propter patrem: hominis enim rationalis sum filius: sic etiam de vnigenito intelliges illa verba, *Viuo*, inquit, *propter Patrem*. Nam cum Pater qui me genuit vita sit secundum naturam, & natiuum ac verum sim eius genimen, proprietatẽ eius ego quoque mihi assumi secundum naturam, hoc est vita sum. Pater quippe vita quoque est. Cum autem vnus ex vno intelligatur & sit, (ex Patre enim est Filius, tametsi ab æterno simul erat) naturalibus genitoris dignitatibus vt propriis iure gloriatur.

A ἁπλοῦν τ̀ ἀληθείας ὀφθαλμὸν κάλλος, ζωὴν μὲν κ̀ τ̃ φύσιν εἶ) πιστεύων τ̀ Θεὸν κ̀ πατέρα, ζωὴν δὲ πάλιν τὸν ἐξ αὐτοῦ γεγεννημένον υἱόν. ὡς γὰρ φῶς ἐκ φωτὸς εἶ) λέγεται, οὕτω κ̀ ζωὴ ἐκ ζωῆς· κ̀ ὥσπερ τὰ φωτὸς διόλωα φωτίζει ὁ Θεὸς κ̀ πατὴρ, δι' υἱοῦ φωτὸς ἰδίου τ̃ ὑοῦ, κ̀ ζωοῖ τὰ ζωῆς ἰδίας δεκτικά, ὡς δι' ἰδίας, κ̀ δυναμεῖ τὰ δυνάμεως χρήζοντα, ὡς δι' δυνάμεως πάλιν ἰδίας, οὕτω ζωοποιεῖ τὰ ὅσα πρὸς ἐστὶ τ̀ ἐξ αὐτοῦ διόλωα ζωῆς, δι' ἰδίας ζωῆς, κ̀ ἐξ αὐτοῦ B προσγεγομένης, τοῦτ' ἔστι, τ̃ ὑοῦ. ὅταν οὖν λέγῃ ζῶ διὰ τὸν πατέρα, μὴ νομίσῃς ὅτι διὰ τὸ δέχεσθαι πλὴ παρὰ τ̃ πατρὸς ζωὴν, ζῆν ἑαυτὸν ὁμολογεῖ, ἀλλ' ἐπείπερ ἐκ ζῶντος ἐγεννήθη πατρὸς, διὰ τοῦτο κ̀ ζῆν ἑαυτὸν διϊσχυρίσατο. οὐ γὰρ ἐνεχώρει μὴ ζῆν τὸν ἐκ ζῶντος πατρὸς· κ̀ ὥσπερ εἴ τις λέγοι πρὸς κ̀' ἡμᾶς, ἄνθρωπός εἰμι λογικὸς διὰ τ̀ πατέρα, ἀνθρώπου γὰρ λογικοῦ γέννημα τέκνον· οὕτω νοήσεις κ̀ ἐπ' αὐτοῦ τ̃ μονογενοῦς· ζῶ, φησὶ, διὰ τ̀ πατέρα· ὅτι γὰρ ζωὴ κ̀ τ̃ φύσιν ἐστὶν ὁ γεννήσας με πατὴρ, ἀφυὲς δὲ εἰμὶ, κ̀ γνήσιον γέννημα, τὸ ἴδιον αὐτοῦ κ̀ τ̃ φύσιν ἐπαγόμενον, τοῦτ' ἔστι, τ̀ εἶ) ζωὴ, τοῦτο γὰρ ἐστὶ κ̀ ὁ πατὴρ. ὅθεν ἡ εἷς ἐξ ἑνὸς νοήσαι τε κ̀ ἔστιν· οὐκ παλὸς γὰρ ὁ υἱὸς, εἰ μὴ συνῆν ἀϊδίως· εἰκότως τοῖς φυσικοῖς τ̃ γεννήσαντος ἀξιώμασιν, ὡς ἰδίοις ἐπισεμνύεται.

v. 59. *Hic est panis qui de cælo descendit. Non sicut manducauerunt Patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

D Οὗτός ἐστιν ὁ ἄρτος ὁ ἐκ τ̃ οὐρανοῦ καταβάς. οὐ καθὼς ἔφαγον οἱ πατέρες ὑμῶν τὸ μάννα, κ̀ ἀπέθανον. ὁ τρώγων τοῦτον τὸν ἄρτον ζήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα.

Magna, inquit, esse oportet quæ à magnis sunt opera, & quæ supernâ gratiâ traduntur Deo conuenientia censenda sunt, & munificentia diuina digna. Si enim vtique credideris panem cælitùs delapsum, vitæ perennitatem indat iis necesse est qui appetierint ipsum, & immortalitatis indesinentem vim habeat. Clarum enim argumentum est, ipsum esse de cælo panem, id est à Deo. nam æternum æterna largiri decet, non autem cibi temporarij vsum, qui vel breuissimo spatio durare vix queat. Neque verò sapientis est putare panem illum esse diuinitùs ac supernè demissum, quem tametsi maiores nostri comederint, morti nihilominus

Μεγάλα, φησὶν, εἶ) δεῖ τὰ ἐκ μεγάλων ἀποτελέσματα, κ̀ τὰ διὰ τ̃ ἄνωθεν χορηγούμενα χάριτος, ὀφείλοντα τοιοῦτον θεοπρεπῆ, κ̀ τ̃ θείας μεγαλοδωρεᾶς ἄξια. εἰ γὰρ ὅλως ἐποίησω πιστὸν δεκτὸν ἐν πίστει τὸ ἐξ οὐρανοῦ καταβαῖνον E τὸν ἄρτον, ἐμποιείτω τοῖς ἐφιεμένοις διηνεκῆ τ̀ ζωὴν, κ̀ ἀκατάλυτον ἐχέτω τ̀ ἀθανασίας τὴν ἐνέργειαν. εἰ γὰρ μὴ ἀποδέξει αὐτὴ σοφὸς ἂν εἶ) τ̀ ἄρτον ἐξ οὐρανοῦ, τοῦτ' ἔστι, πρὸς Θεοῦ· ἐπεὶ κ̀ πρέπειν ἐστὶν αὐτὸν αἰώνια τοῖς αἰωνίοις χαρίζεσθαι, κ̀ μὴ * πρὸς καιρὸν ἔσεσθαι δόσεως ἀπόλαυσιν, εἰς ὀλιγιστον κομιδῆ τ̀ κατὸν κ̀ μόλις διατείνειν ἰσχύουσαν. λογίσῃ γὰρ τις οὐκ ἐπὶ σοφοῦς ἄρτον εἶ) τὸν πρὸς Θεοῦ κ̀ δῶρον, οὐ βεβρωκότες οἱ πρόγονοι θανάτῳ ἡττήθησαν, κ̀ πλὴν ἀπὸ τῆς

* fr. καιρὸν

φθορᾶς οὐκ ἀπεκρύσατε βλάβην, καὶ θαυμα- A
τὸν οὐδέν· ἄρτος γὰρ ἀπαθανατίζειν ἰσχύων, οὐκ-
νος οὐκ ἦν. ὅπου οὖν οὐδὲ ἐξ ὑφανοῦ δικαίως ἂν
εἰπεῖν τοῦ νοοῖτο, καὶ λέγοιτο. ἦν γὰρ δὴ καὶ ἔργον τοῦ
ἐκεῖθεν καθικνουμένου πρέπον, καὶ θανάτου καὶ φθο-
ρᾶς ἀμείνους ἀποτελεῖν τοὺς μετέχοντας αὐτοῦ. ἀ-
ναμφιλόγως δὲ πάλιν ἀποδείξει βεβαιωθήσεται,
ἄρτον εἶναι τοῦτον ἐξ ὑφανοῦ τὸν Δεσπότην Χριστὸν δη-
λαδὴ, τοῦτ' ἔστι, τὸ σῶμα αὐτοῦ. ζῆν γὰρ εἰς αἰῶ-
να ποιεῖ τὸν ἀπολαύσαντα μόνον. πολὺ δὲ δή τι τὸ ἀ- B
ξιόπιστον τῆς θείας φύσεως καὶ ἐν τούτοις ὁρᾶται,
οὐδὲν ἀξιούσης χαρίζεσθαι μικρὸν, πάντα δὲ
μᾶλλον ὑπερφυῆ, εἰ καὶ τῶν ἡμετέρων διανοιῶν
ὑπερτέλλοντα, ὡς δηλονότι τὸ μέγεθος ἤδη τῆς χάρι-
τος, καὶ ἀπιστείᾳ τοῖς ἁπλουστέροις. τῇ γὰρ
ὅτῳ πλουσίᾳ χεὶρ πῶς οὐκ ἔδει τοσοῦτον τὸ
πλούσιον χαρίζεσθαι θέλον; διὰ τοῦτο ὁ Παῦλος ἀπο-
θαυμάζει λέγων· ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ
ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ
ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· εἰ μικροῖς C
δὲ ὁ νόμος τὰ μεγάλα διετύπου, σκιὰν ἔχων τῶν
μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν
πραγμάτων, καθὰ γέγραπται· ὡς οὖν τὴν ἄμυ-
να βεβρῶσθαι τὴν διὰ τοῦ Χριστοῦ· σκιὰ γὰρ τῶν
μελλόντων οὐκ ἦν τοῖς ἀρχαιοτέροις
παρεκτεταμένη.

succubuerunt, & vos corruptionis il-
lius damnum retinetis: nec mirum: nec
enim panis erat ille qui reddere posset
immortales. proindeque nec de cælo esse
iure censebitur ac dicetur. Nam qui
de cælo descendit, ille potest morte
& corruptione potiores eos reddere,
qui sunt eius participes. Præterea pa-
nem hunc esse de cælo, qui per Chri-
stum nimirum traditur, hoc est corpus
eius, indubitato argumento confirma-
bitur. Facit enim vt in æternum viuat
qui eum comederit. Magna autem na-
turæ diuinæ dignitas etiam hic cerni-
tur, quæ nihil exiguum largiri velit,
sed omnia potius supernaturalia, licet
captum nostrum ob gratiæ magnitudi-
nem excedentia à simplicioribus non
credantur. Quî enim fieri posset, vt
tam opulenta manus non ditissima
largiri velit? Ideirco Paulus miratur,
dicens: *Oculus non vidit, nec auris au-* 1. Cor. 2.
diuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præ-
parauit Deus iis qui diligunt illum. In
paruis autem Lex magna præfigurabat,
vmbram habens futurorum bonorum,
non ipsam rerum imaginem, sicut scri- Heb. 10.
ptum est: vt in manna cibo eulogia illa
quæ per Christum est, cerneretur. Vm-
bra enim futurorum illa veteribus præ-
figurabantur.

Ταῦτα εἶπεν ἐν τῇ συναγωγῇ, διδάσκων ἐν Καφαρναούμ.

v. 60. *Hæc dixit in Synagoga docens, in Capharnaum.*

D

Θαυμαστῶν ἡμῖν μυστηρίων ἐξήγησιν εἰσενεγκὼν
ὁ σοφώτατος Εὐαγγελιστὴς, ἀναπέμπει εἰκότως
τὴν σωτῆρι Χριστῷ τὴν ἐπ' αὐτοῖς διδασκα-
λίας ἀρχὴν, τῇ τοῦ προσώπου προφανείᾳ τὸν
αὐτῇ προσιόντα δυσωπῶν, καὶ τοὺς οἷόν ἔμυθον
ἀντεροῦντες ἀφίζεσθαι προκαταλαμβάνων. εὐ γὰρ
μᾶλλον διδασκόντων ἔσθ' ὅτε λαμπρότης, εὐτολ-
μοτέρους πως εἰς πίστιν τὴν ἀκραιφνῆ ἐργάζεσθαι, καὶ
ῥᾳστοτέρους τοῦ παραδυομένου ἅπαντες τὴν
συναίνεσιν. οὐ δὲ δὴ λίαν ἐπάγει ὅ ἐν τῇ συνα-
γωγῇ· μόνον γὰρ οὐχὶ τοῦτο δηλοῦντος ὁ λόγος, ἀλλ'
οὐδὲ εἷς που τυγχάνει, ἢ δύο κατηκηχυσμένα ταῦτα λέ-
γοντος τοῦ Χριστοῦ, δηλαδὴ ὅτι πάντων ἐν
τῇ συναγωγῇ διδάσκας ὁρᾶται, ὥστε δῆλον αὐτὸς
ἦν ὁ διὰ τοῦ προφήτου Ἡσαΐου φησὶν, οὐκ ἐν κρυ-
φῇ λελάληκα, οὐδὲ ἐν τόπῳ γῆς σκοτεινῷ·
ἐποίησε γὰρ ἐν παῤῥησίᾳ τοῖς περὶ τούτων λόγοις,
ἀναπολόγητον τοῖς Ἰουδαίοις τὴν κρίσιν ἀποτε-
λῶν, καὶ τοῖς ἀπιστήσασι τὰ ἐν τοῦ μὴ πιστεῦσαι αὐτῷ δυσαρέστου ποιῶν ἐγκλήματα. ὅπου μὲν

Admirabilium mysteriorum expo-
sitionem sapientissimus Euangelista no-
bis afferens, initium eius doctrinæ
ad Saluatorem Christum meritò re-
fert, authoritate personæ aduersariis
metum iniiciens, eosque deterrens.
Magistrorum enim claritas audito-
rem ad credendum promptiorem fæ-
pe facit, & ad assentiendum sta-
tim adigit. Rectè autem subiungit
illud, *In Synagoga*, quasi diceret.
E Non vnus aut alter Christum hæc
dicentem audierunt: palam de om-
nibus in Synagoga docuisse cerni-
tur, quemadmodum ipse quoque
per Esaiam Prophetam dicit: *Non* Esa. 45.
in abscondito locutus sum, neque in
loco terræ tenebroso. Liberè enim de
his loquebatur, omnem Iudæis ex-
cusationem præcidens, & incredu-
los grauioris ob incredulitatem cri-
minis reos faciens. Nondum enim

tam venerandum illud edocti mysterium iure quidem pœnam deprecati essent, & ignorantiam causati mitiore iudice vti essent: Sed cum illud perspectum habeant, & sæpe edocti incredulitate sua despexerint, qui fieri potest vt non iure sublata omni misericordia puniantur, & acerbissimam ei quem contempserunt pœnas luant? Tale quiddam ipse quoque de

Ioan. 15. iis Saluator dixit: *Si enim non venissem*, inquit, *& locutus essem eis, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Cauenda igitur, imo verò fugienda ceu mortis pararia inobedientia, & fidem de iis quæ Christus docet vitæ conciliatricem putemus. Sic enim cum illis nequaquam puniemur. Addit porrò Christum hæc in Capharnaum dixisse, vt accuratè cuncta exposuisse appareat. Qui enim locum & vicum nouit, quomodo aberrauerit in explicandis iis quæ docuit?

A γὰρ ὅτω σκληρὸν παιδεύοντες μυστήριον, ἄλογον αἰτεῖσθαι τὸ κολάζεσθαι τὴν ἀπείθειαν, καὶ ὃ μηδὲ ὅλως εἰδέναι προφερόμενοι, μᾶλλον ἂν αὐτὴν τὴν κεῖνοις ἐπιμέμφοιντο κίνησιν. ἐγνώκοτες δὲ, καὶ πολλάκις μυσταγωγούμενοι, εἶτα ταῖς ἀπιστίαις ὑβρίζοντες, πῶς οὐκ ἀξίκτως πάντες ἀνηκέστου λοιπὸν ἐλέου κολάζοιντο, καὶ πικρᾶς τὴν ἀποστασίαν τῶν πρὸ αὐτῶν * ἀντιμαρτύρῳ τὴν δίκην; ἴσως δὲ καὶ τοῦτό τι ἐστὶ B αὐτὸς ἐπ' αὐτοῖς εἰρηκεν ὁ σωτήρ· εἰ γὰρ μὴ ἦλθον, φησὶ, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἴχοσαν· νυνὶ δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν. πᾶσα φυλακτέον ἐπιλαρῶν, μᾶλλον δὲ φευκτέον, ὡς θανάτου πρόξενον ὂν δυσήκοον, καὶ ζωῆς ἀπεκλικὴν τὴν πίστιν ἡγούμεθα τὴν ἐφ' οἷς ἡμῖν ἐδίδαξε Χριστὸς ἀφελούμεθα γὰρ ὅτω ὃ μετ' ἐκείνων κολάζεσθαι. πρὸς ἅπαντα δ' ὅτι καὶ ἐν Καφαρναούμ τοῦτο C λελάληκεν ὁ Χριστὸς, ἵνα φαίνηται μεμνημένος ἀκριβῶς. ὁ γὰρ εἰδὼς, καὶ τόπον, καὶ κώμην, πῶς οὐ μάλιστα πρὸς τὴν τῶν διδαχθέντων ἐξήτησιν;

v. 61. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Sciens autem IESVS *apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis.*

Πολλοὶ οὖν ἀκούσαντες ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, εἶπον· σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος, τίς δύναται αὐτοῦ ἀκούειν; εἰδὼς δὲ ὁ Ἰησοῦς ἐν ἑαυτῷ, ὅτι γογγύζουσι περὶ τούτου οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, εἶπεν αὐτοῖς.

Hæc indoctorum est consuetudo. subtiliorem doctrinam condemnant, & altiori quàm vt eam capere possint contemplationi detrahunt, quia non intelligunt ipsi: quum studium potius ad discendum afferre deberent, & vnà cum iis quæ dicuntur mentem acuere, non è contrario tam sapienti doctrinæ resistere, & durum vocare sermonem quem admirari debebant. Idem enim illis accidit quod edentulis, qui molliores cibos arripientes exquisitissima sæpe contemnunt edulia, & quod bonum est interdum vituperant, celantes morbum qui eos id auersari cogit. Imperitiæ vero alumni, & qui prauo sunt ingenio, à cognitione abhorrent, quam multis vtique laboribus, & vehementi studio venari potius deberent. Vir itaque spiritalis Saluatoris nostri sermonibus summoperè ob-

Psal. 118. lectabitur, & iure exclamabit, *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super*

Τοῦτο τῆς ἀνοήτου ἕδος· ἀεὶ γὰρ τῶν μαθημάτων καταπτύσματα τὰ λεπτότερα, καὶ τὴν ὑπηλοτέραν ἢ κατ' αὐτοὺς θεωρίαν ἀμαθῶς διαβάλλουσιν, ἐπεὶ μὴ νοοῦσιν αὐτοί· καίτοι μᾶλλον ἐχρῆν μανθάνοντας ἐπείγεσθαι, καὶ τοῖς λαλουμένοις σὺν ἀπολελειμμένῃ φιλίᾳ, οὐκ ἐκ τῶν ἐναντίων τῶν ὅτω ζοφερὰν κατεξαίσιον λόγων, καὶ σκληρὸν ἀποκαλεῖν, ὃ καὶ θαυμάζεσθαι χρέπει. πάσχουσι γὰρ τοιοῦτόν, οἷόπερ ἂν εἴ τις ἐστομωμένους βλέποι τοὺς ὀδόντων ἐστερημένους. ἐκείνοις μὲν γὰρ πρυφερωτέρας ὑπηρετέχοντες σιτίοις, ἀλιμάζουσι πολλάκις τὰ τῶν ἐδωδίμων χρησιμώτερα, καὶ ὃ χρήσιμον ἔαδ' ὅτε κακύουσιν, ὑπ' οὐ ὁμολογοῦντες τὴν νόσον, ὑφ' ἧς αὐτὸ τοῦτο πάσχειν βιάζονται. οἱ δὲ ἀμαθίᾳ σεσοφοί, καὶ φρενὸς τῆς ἀγαθῆς ἠπωμένοι, κακοφθείρουσι τὴν γνῶσιν, ἣν ἔδει μὲν σφόδρα πολλοῖς κακοπαθείας πόνοις, καὶ δι' ὀλίγου μᾶλλον ἐξανύειν ἀσφαλῶς. αὐτὰρ μὴν οὖν ὁ πυγμαλικὸς τοῖς τῶν σοφῶν λιμὸν σιτευφήσαι λόγοις, αἰσθοῖτο δ' ἂν μὲν ὀλίγῳ, ὡς γλυκέα τῷ λάρυγί μου τὰ λόγιά σου ὑπὲρ μέ-

λι, καὶ χρεῖον τῷ στόματί μου. ὁ δὲ ψυχικὸς Ιουδαῖος μωρίας ἔσται λεγόμενος ἀπωλείας ὃ πονηρὸν μυστήριον, καὶ ἁμαρτίαν τὸ σωτῆρος ῥῆμα· ὅτι τῷ ἀνθρώπῳ πρέπον σωθῆναι ἀναβαίνειν εἰς οὐρανὸν καλοῦμεν, ὅτι τῷ τὸν ἔφον ἀεὶ κατὰ τὰς ὠφελίας, ὃ μὲν πονηρὸν καλὸν λέγων, ὃ δὲ καλὸν πονηρόν· καὶ τῷ τὸ ἀνθρώπου φρονεῖν. παροιμιάζει δὲ πάλιν, καὶ τὰς τῶν πατέρων ἁμαρτίας ἐπιμιμνήσκων καὶ ζώσαις ἀπωλείαις· οἱ μὲν γὰρ τὸ μάννα τὸ ἐκ Θεοῦ χρηματίσαντες, καὶ τὰς αἰγύπτου μετιόντες βδελυρίας ὅτι τῷ σώματι ἦν χρεωστούμενα τρέφεσθαι, καὶ ἐξ Αἰγύπτου δυσωδίας ἐζήτουν, κρόμμυα ἐσθίειν καὶ κρεῶν λέβητας ὀπτωμένων τῶν ἰουδαίων· οἱ δὲ τῷ ζωοποιὸν τὸ πνεύματος χάριν δέχεσθαι ἀνεπιτηδείως ἔχοντες, καὶ τὸν ἄρτον τὸν ἀληθινόν, τὸν ἐκ Θεοῦ πατρὸς ἥκοντα τρέφεσθαι διδασκόμενοι, ταῖς τῶν ἑαυτῶν ἐπιθυμίαις πλείω, φιλήδονοι μᾶλλον ὄντες, ἢ φιλόθεοι· καὶ ὥσπερ οἱ τούτων πατέρες καὶ αὐτοὶ καταμέμφονται τὴν ἐξ ἡμέρας μάννα ἔδεσθαι, ἀποτολμῶντες λέγειν, Ἡ ψυχή μου ἐβδελύξατο τὸν ἄρτον τὸν κενόν· οὕτω καὶ οὗτοι πάλιν τὸν ἄρτον ἐπιποθοῦσι τὸν ἀληθινόν, οὐκ ἐρυθριάσαντες λέγειν, σκληρός ἐστιν ὁ λόγος οὗτος. δεῖ τοίνυν τοῦ σοφοὺς εἶναι τοὺς τῶν θείων μυστηρίων ἀκροατάς, δεῖ δοκίμους εἶναι τραπεζίτας, ὡς εἰδέναι τὸ δεκτὸν, καὶ τὸ ἀπρεπὲς νόμισμα, καὶ μήτε τοῖς πίστει προσδεχομένοις ἀκαίρως ἐπάγειν τὰ δυσεξίτητον ζήτησιν, μήτε τοῖς τῆς ζητήσεως ἀπορεῖν ἐπιθυμοῦσιν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐπὶ ὅτε τῷ ὄντι ζητεῖσθαι, ἀποδιδόναι δὲ ἑκάστοις πρέπον τὸν λογισμόν, καὶ διὰ εὐθείας ἰέναι τὴν ἰδίαν τρίβον, ὃ ἐκκλίνειν ἐπ' ἀμφότερα ἀπεστομωμένους. ὁδῷ γὰρ βαδιστέον πορευομένῳ πρέπει τὸν εἰς ὀρθότητα πίστεως τρέχοντα τὴν ἐν Χριστῷ.

mel & fauum ori meo. Animalis verò, Iudæus ineptè sibi persuadens spiritale mysterium stultitiam esse, & verbis Saluatoris ad intelligentiam homini conuenientem ascendere monitus, ad solitam tamen insaniam vsq; delabitur, malum quidē bonum dicens, & bonum malum iuxta Prophetæ dictum. Patrissare verò, & maiorum suorum stultitiam imitari hic quoq; deprehēditur. Illi enim manna à Deo suscepto, & benedictionis supernæ facti participes, ad solitam delapsi vaecordiam tertores Ægyptios desiderabant, allia, & cæpas, & carnium lebetes videre cupientes: hi verò ad viuificam Spiritus gratiam suscipiendam inuitati, & panem illum verum, qui ex Deo Patre venit comedere edocti, ad suum errorem se conferunt, voluptatis amantes potius quàm Dei: & quemadmodum horum maiores ipsum manna cibum damnabant, dicentes, *Anima autem nostra exerris in manna hoc*; sic etiam hi rursus panem illum verum abiiciunt, non veriti dicere: *Durus est hic sermo.* Diuinorum itaque mysteriorum auditores sapientes esse oportet, ac peritis numularis similes, qui probam pecuniam & adulterinam agnoscant, neque ad ea quæ fide suscipiuntur inextricabiles quæstiones intempestiuè afferant, neque rursus damnosam quandoque fidem temerè iis adhibeant in quibus opus est indagine, sed vnicuique eorum quæ dicuntur quod congruum est reddant, ac per rectam veluti semitam eant, neutram in partem deflectentes. Regia quippe via gradiendum est ei qui ad fidei Christianæ rectitudinem properat.

Num. 11.

Τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίζει; ἐὰν οὖν θεωρῆτε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαίνοντα; ὅπου ἦν τὸ πρότερον.

Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius.

Ἐκ πολλῆς ἄγαν τῆς ἀμαθίας τῶν ἀπὸ τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ μαθητευομένων ἐστὶ τὸ τοῖς πρὸς αὐτὸν λεγομένοις ἐσκανδαλίζοντο. ὅπερ γὰρ ἐπιφθέγγετο λέγων, ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ φάγητε τὴν σάρκα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πίητε αὐτοῦ τὸ αἷμα, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς· εἰς ὑπόνοιαν ἴσως θρεμματώδη καὶ ἄθεον σφᾶς ὑπελάμβανον, ὡς ἐκφαγεῖν μὲν ἀπανθρώπως, αἷμα δὲ πρόφασιν ὅπως πατάξωσι, καὶ ὅσα καὶ μόνοι ἀκούσ-

Præ multa insciti quidam ex Seruatoris Christi discipulis eius verbis offendebantur. Nam cum dicentem audissent, *Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinē, non habebitis vitam in vobis*, inuitari se ad belluinam aliquā crudelitatem putabant, ita vt carnibus quidem vesci inhumaniter, & sorbere sanguinem iuberentur, & quæcunque vel auditu solo

solo horrenda sunt facere cogerentur. Non enim mysterij illius decus nouerãt, & pulcherrimam ob ipsum excogitatam dispensationem, sed illud apud semetipsos vtique versabant: Quomodo corpus humanum æternam nobis vitam inseret; aut quid ad immortalitatem conducet id quod eiusdem est nobiscũ naturæ? Christus ergo eorum cõsilia intelligens, (cuncta enim nuda & aperta sunt in oculis eius) ad comprehensionem eorum quæ ignorabant eos rursus multis modis officiosè quasi manu deducit. Vos enim, inquit, stultè admodum sermonibus meis offendimini. Nam si nondum ad credendum adduci potuistis quamuis meũ corpus vitam vobis inditurum sæpe docuerim, quid sẽtietis, inquit, cum ipsum quoque in cælum euolare cernetis? Non enim solùm polliceor me in ipsum quoque cælum ascensurum, ne rursus obtrudatis illud *Quomodo*; Oculis vestris ipsammet rem spectabitis, vt quicunq; contradixerit confundatur. Si ergo spectaueritis, inquit, in cælum ascendentem Filium hominis, quid porrò dicetis? Non mediocriter enim insanire deprehendemini. Nam si carnẽ meam vitam vobis inferere non posse putatis, quomodo volucris instar in cælum ascendet? Si enim viuificare non possit, quia ad viuificandum natura sua comparata non est, quomodo per aërem incedet, aut quomodo in cælos ascendet? nã hoc æquè carni est impossibile. Quòd si præter naturã ascendat, quid prohibet demũ quo min⁹ etiã viuificet, licet naturã suã viuificare non possit? nã qui cæleste esficit id quod de terra est, viuificũ quoque reddet, tametsi naturã suã corruptioni sit obnoxium. Obseruandum autẽ rursus quo pacto se in duos Christos diuidi, vt nonnulli docẽt, nequaquam sustineat. Indiuisum enim se vbique seruat post Incarnationem. Filium enim hominis eò ascendere dicit, vbi erat priùs, quamuis corpus illud terrenũ antehac sursum non esset, sed solum & in seipso Verbũ priusquam in carnẽ conueniret. Rectè igitur Paulus in epistolis: *Vnus Dominus* IESVS *Christus*. Vnus enim est Filius, & ante Incarnationẽ, & post Incarnationem; nec alienum esse à Verbo propriũ eius corpus censebimus. Idcirco enim Filium quoq; hominis ait Verbũ quod cælitùs descẽdit. Caro enim factũ est, vt ait beatus Euangelista, non mutatione in carnẽ transeundo: (immutabile enim & inalterabile secundum naturam est, vt Deus,) sed vt in

1. Cor. 8.

A σαι φεύξεσθαι τοῦτο ποιῆσαι διαλογίζεται. ὁ γὰρ ἠδεσμός τως τοῦ μυστηρίου ὁ κάλλος, καὶ τὴν πυρπολοῦσαν ἐπ' αὐτῷ καλλίστην οἰκονομίαν· ὅπερ δή γε τούτῳ κἀκεῖνό που πρόδηλον καὶ ἑαυτοῖς ἐλογίζοντο· πῶς δὴ ἡμῖν τὸ ἀθάνατον σῶμα καὶ αἰώνιον ἐμφυτεύσαι ζωὴν, τί δὲ ὄνησι τοῖς ἀθανασίαν ὁ λίμπανόμενος; σαφεῖς διηλέγχων ὁ Χριστὸς τὰ ἐν αὐτοῖς βουλεύματα· πρόδηλα γὰρ γυμνὰ, καὶ πεπραγμένα ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ· θεραπεύει πάλιν εἰς καλὸν ἡμῖν τὴν ἀγνοουμένων ἔτι

B πολυτρόπως ἀγόμενον. ἀνόητος γὰρ λίαν, ὦ ὗτοι, φησὶν, ὅτι τοῖς πρὸ ἐμοῦ σκανδαλίζεσθε λόγοις. εἰ γὰρ ὅπως πιστεύειν ἐγνώκατε, καίτοι πολλάκις μυσταγωγούμενοι, ὅτι ζωὴν ὑμῖν ἐνήσει τὸ ἡμέτερον σῶμα, πῶς ἔτι δύνασθε, φησὶν, ὅταν αὐτὸ ἐς οὐρανὸν αἰτοπαλούμενον βλέπητε; καὶ γὰρ ἐπιχρόνιμα μόνον, ὅτι καὶ εἰς αὐτὸν ἀναβήσομαι τὸν οὐρανὸν, ἵνα μὴ πάλιν λέγητε τὸ πῶς· ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῖν ἴδια ἔσεται, πρόπαν

C δυσωποῦσα τὸν ἀντιλέγοντα. ἐὰν οὖν βλέπητε, φησὶν, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβαίνοντα τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τί ἐρεῖτε πάλιν; ἐλεγχθήσεσθε γὰρ οὐ μετρίως ἀφρονοῦντες. εἰ γὰρ μὴ δυνάμει τὴν ἐμὴν σάρκα τὴν ζωὴν ὑμῖν ἐνεῖναι λογίζεσθε, πῶς πλέον δύναμαι εἰς οὐρανὸν ἀναβῆναι; εἰ γὰρ μὴ δυνάμει ζωοποιῆσαι, ὅτι μὴ πέφυκε ζωοποιῆσαι, πῶς ἀεροβατήσει, πῶς δὲ εἰς οὐρανοὺς ἀναβήσεται; ἐκ τούτου γὰρ ὁμοίως ἀδύνατον τῇ σαρκί. εἰ δὲ

D ἀναβαίνει παρὰ φύσιν, τί δ' κωλύσει ἔτι καὶ ζωοποιῆσαι αὐτὴν, καὶ εἰ μὴ πέφυκε ζωοποιῆσαι, ὅσον εἰς ἰδίαν φύσιν; ὁ γὰρ οὐράνιον ἀποδείξας ὃ ἀπὸ γῆς, καὶ ζωοποιὸν ἀποτελέσει, καὶ εἰ πέφυκε φθείρεσθαι κατὰ τὸν ἴδιον λόγον. διατηρητέον δ' ὅπως οὐκ αὖ ἐκχεῖται πάλιν εἰς δύο καταμερίζεσθαι Χριστούς, κατὰ τὴν ἕνωσιν ἀδιαίρετον. ἀμέριστον γὰρ ἑαυτὸν πανταχῇ φυλάττει κατὰ τὴν οἰκουμένην. τὸν γὰρ υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου φησὶν ἀναβαίνειν, ὅπου ἦν πρότερον,

E καίτοι τὸ ἐκ γῆς σώματος οὐκ ὄντος ἄνω πρὸ τούτου, μόνου δὲ ἦν καθ' ἑαυτὸν τοῦ λόγου, πρὸ συνδρομῆς κατὰ σάρκα· καλῶς οὖν ὁ Παῦλος ὅτι, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν ἰδίαις τέθεικεν ὑποστάσεσι. εἷς γὰρ υἱός, καὶ πρὸ τῆς σαρκώσεως, καὶ μετὰ τὴν σάρκωσιν, καὶ οὐκ ἀλλότριον τοῦ λόγου τὸ ἴδιον αὐτοῦ λαμβάνομεν σῶμα· διὰ γάρ τοι τοῦτο, καὶ υἱὸν ἀνθρώπου φησὶν αὖθις ἐξ οὐρανοῦ καταβαῖνον τὸ σαρκοποιηθὲν λόγον· σὰρξ γὰρ ἐγένετο, κατὰ τὸν μακάριον Εὐαγγελιστὴν, καὶ οὐκ εἰς σάρκα μεταχω-

ρήσας ἐκ τοῦ ἐνὸς πάντως· ἄτρεπτος γὰρ, καὶ ἀναλλοίωτος κατὰ φύσιν ὑπάρχει, ὡς Θεός· ἀλλ' ὡς ἐν ἰδίῳ

καποικήσας ναῷ, ταῦ ὅν πρόσθεν φημί, καὶ αὖ- A suo templo, quod nimirum ex Virgine
θις πάλιν ἀνθρωπος γενόμενος καὶ λόγον ἀνθηνίον· ἀναβήσε- assumpsit, habitans, & reuera factus ho-
σθαι δὲ λέγων, ἔνθα καὶ πρότερον ἦν, δίδωσί mo. Cum autem ascensurum se ait, vbi
πως σύνοιδεν τοῖς ἀκροωμένοις, ὅτι καταβέβηκεν ἐξ etiam prius erat, auditoribus aliquo mo-
ὑψηλοῦ· ἦν γὰρ ὥσπερ εἰκὸς συνιέντας τὸν λόγου τὴν do innuit se descēdisse de cælo. Sic enim
δύναμιν, οὐχ ὡς ἀνθρώπῳ πειθαρχεῖν μόνον, consentaneum erat ipsos intellecta vi &
ἀλλ' εἰδέναι λοιπὸν καὶ τὸ σὰρκὶ Θεὸν λόγον, sententia eius quod dicebat ei obtempe-
πιστεύειν τε, ὅτι καὶ ζωοποιόν ἐστι τὸ σῶμα αὐτοῦ. rare non tantū vt homini, sed Deum de-
inceps in carne Verbū agnoscere, & cre-
dere corpus etiam eius esse viuificum.

Τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν· ἡ σὰρξ οὐκ ὠφε- B v. 64. *Spiritus est qui viuificat: caro non*
λεῖ σύδέν. *prodest quicquam.*

Οὐ σφόδρα, φησὶν, ἀσυνέτως τὸ μὴ δύνασθαι Non nimis absurdè, inquit, viuifican-
ζωοποιεῖν περιτεθείκατε τῇ σαρκί· ὅταν γὰρ μόνη di vim carni detraxistis. Nam si sola seor-
νοῆται καθ' ἑαυτὴν ἡ τῆς σαρκὸς φύσις πῶς, sim natura corporis intelligatur, non erit
οὐκ ἔσται δηλονότι ζωοποιός· ζωογονήσεως μὲν γὰρ vtique viuifica. nulla enim planè res
ἡμῖν ὅταν ὑδατώδης, δεῖται δὲ μᾶλλον αὐτὴ τοῦ creata viuificat, sed ipsa potius à quo vi-
ζωογονεῖν ἰσχύοντος. ἐπεὶ δὲ τῆς ἐναν θρωπήσεως uificari possit indiget. Si autem Incar-
πολυτροπωτέρως νοηθῆναι μυστήριον, εἶτα τίς ὁ nationis mysteriū propius expendatur, &
ἐνοικῶν τῇδε τῇ σαρκὶ μανθάνητε, ἀμφιβήσε- quis ille sit qui habitat in carne hac per-
σθε πάντως, φησὶν, εἰ μὴ καὶ αὐτῷ κατηναρήσητε τοῦ C ceperitis, credetis vtiq; inquit, nisi diui-
ἁγίου πνεύματος, ὅτι δύναται ζωοποιεῖν, κἂν no quoque Spiritui detrahitis, carnem
μηδὲν ὅλως ἡ σὰρξ ὄφελος ἐξ ἑαυτῆς ὠφελῇ. ὅπερ γὰρ viuificare posse, quamuis caro nihil pla-
ἴδιόν ἐστι τοῦ ζωοποιοῦντι λόγῳ, γέγονεν ὅλη ζωο- nè ex seipsa prosit. Quia enim viuifican-
ποιὸς πρὸς τὸ τῆς βελτίονος δύναμιν ἀναδραμοῦσα δύ- ti Verbo vnita est, idcirco facta est tota
ναμιν, οὐκ αὐτὴ πρὸς τὴν ἰδίαν βιασαμένη viuifica, ad potioris virtutem euecta, non
φύσιν, τὸν ὑδατώδην ἡμῶν ὄγκον. κἂν ἀσθενῇ δοι- in suam naturam vi adacto eo qui nulla-
γέρωῦ τῆς σαρκὸς φύσις, ὅσον ἦκεν εἰς ἑαυτὴν, tenus superari cogive potest. Licet igi-
εἰς τὸ δύνασθαι ζωοποιεῖν, ἀλλ' οὖν ἐνεργήσει τοῦ- tur natura carnis per se viuificare ne-
το γὲ τὸ ζωοποιὸν ἔχουσα λόγον, καὶ ὅλην αὐτὴν τὴν D queat, idipsum tamen præstat Verbum
ἐνέργειαν ὠφέλησα. σῶμα γὰρ ἐστι τῆς κατὰ φύσιν viuificum in se habens, & totam eius ef-
ζωῆς, καὶ οὐχ ἑνὸς τινος τῶν ἀπὸ τῆς γῆς, ἐφ' οὗπερ ficacitatem proferens. Corpus enim est
ἂν καὶ ἰσχύσαι δικαίως, ὃ, τὶ σὰρξ οὐκ ὠφελήσουσα eius qui vita est secundum naturam, non
οὐδέν. οὐ γὰρ τὶ Παύλου τυχόν, ἀλλ' οὐδὲ τὶ Πέτρου, autem alicuius terreni hominis, de quo
ἤγουν ἑτέρου τινὸς τῶν τὰ τὶ μὴν ἐργάσεται· μόνη D iure dici possit illud, *caro non prodest quic-*
γὰρ ἡ ἐξαιρέτως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, ἐν *quam.* Non enim Pauli verbi gratia, aut
ᾧ κατῴκησε πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σω- Petri, vel cuiusuis alterius caro id in no-
ματικῶς. καὶ γὰρ ἂν εἴη τῶν ἀτοπωτάτων τὸ μὴ bis præstabit: sed vnica & sola Seruatoris
μέλι τοῖς οὐκ ἔχουσι τὴν φύσιν τὸ γλυκὺ τὴν ἰδίαν nostri Christi, *in quo habitauit omnis pleni-* Colos. 2.
ἐνέργειαν ποιότητα, ἢ εἰς ἑαυτὸ μεταποιάζειν E *tudo deitatis corporaliter.* Absurdissimum
τὸ, ὥσπερ ἂν εἰκὸς μίσγηται, τὴν δὲ τοῦ Θεοῦ λόγου namq; esset mel qualitatem suam iis quæ
ζωοποιὸν φύσιν μὴ οἰκειοῦσθαι οἷός τε εἶναι πρὸς τὸ nihil habent in se dulcedinis imprimere,
ἴδιον ἀγαθόν, ὃ ἐν ᾧ κατῴκησε σῶμα. οὐκοῦν & in seipsum id cui permixtum fuerit
ὅτι μὴ τὴν ἄλλων ἀπάντων ἀληθῆς ἐστι λόγος, transferre: Dei verò Verbi naturam vi-
ὅτι τὶ σὰρξ οὐκ ὠφελήσει σύδέν· ἀγνοήσει δ' ὅτι μό- uificam non existimare in suam perfe-
νος Χριστὸς, ἀφ' ὃ ἐν αὐτῷ κατοικήσας τὸ ζωὴ, ctionem id in quo inhabitarit corpus ad-
τοῦτ' ἔστι, τὸ μονογενὲς· πνεῦμα γὰρ φησὶν ἑαυτόν· ducere. Quapropter de reliquis omni-
πνεῦμα γὰρ ὁ Θεός· ἢ τὸν μακάριον Παῦ- bus verè dicetur, quòd caro non pro-
λον, ἢ γὰρ κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν. ἢ οὐκ αἰσχυνῶ τις τὸ ἰδίως ὑφεστῶσαν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πα- sit quicquam, de solo Christo non po-
terit, propterea quod in eo vita habi-
tet, hoc est vnigenitus. Spiritum verò
seipsum appellat. Spiritus enim Deus
est. Et iuxta beatum Paulum: *Ete-* 2. Cor. 3.
nim Dominus Spiritus est. Neque verò
hæc dicimus, quòd Spiritum sanctum

subsistere propriè dicamus: sed quemadmodum Filium hominis seipsum dicit, quia factus est homo; sic à proprio Spiritu seipsum Spiritum appellat. nec enim alienus est ab ipso Spiritus eius.

A τοιαῦτά φαμεν, ἀλλ' ὡς καθ' ἡμᾶς υἱὸν ἀνθρώπου φησὶν ἑαυτόν, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, οὕτω πάλιν ἀπὸ τοῦ ἰδίου πνεύματος ἑαυτὸν ὀνομάζει. οὐ γὰρ ἀλλότριον αὐτοῦ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ.

Verba quæ ego locutus sum vobis, Spiritus & vita sunt.

Τὰ ῥήματα, ἃ λελάληκα ὑμῖν πνεῦμά ἐστι καὶ ζωή ἐστιν.

Totum demum suum corpus viuifica virtute Spiritus replet. Spiritum enim deinceps carnem suam nominat, ita tamen vt non propterea carnem esse neget: sed quia perfectè ei est vnita, & totam eius viuificã vim induit, idcirco Spiritum quoq; eam nominat. nec est quod mireris, aut ea re offendaris. Si enim qui Domino adhæret spiritus cum eo vnus est, quomodo non potius proprium eius corpus vnum cum ipso nominabitur? Sententia igitur horum verborum est huiusmodi: Ex internis vestris cogitationibus sentio, inquit, stultè vos existimare à me dictum esse terrenum hoc corpus naturâ sua esse viuificum. Sed non est verborum meorum iste scopus. Tota edissertatio mea vobiscum est de Spiritu diuino, & de vita æterna. Nec enim carnis natura viuificum reddit Spiritum, sed virtus Spiritus viuificum corpus facit. *Verba* itaque *quæ ego locutus sum vobis, Spiritus sunt*, id est spiritalia, & de Spiritu; *& vita sunt*, id est viuifica, & de vita secundum naturam. Quæ quidem dicit, non quòd irritam carnem suam esse velit, sed vt veritatẽ nos edoceat. Sed quod modò diximus, operæpretium censemus denuò repetere. Natura carnis per se viuificare non potest: quid enim amplius esset in deo secũdũ naturã. Sed nec vnica & seorsim in Christo quoque esse censenda est. habet enim Verbũ vnitum, quod secundum naturam est vita. Cum ergo Christus eam viuificam nominat, non æquè illi ac sibi, siue suo Spiritui viuificandi vim attribuit. Propter ipsum enim proprium eius quoque corpus viuificum est, quoniam illud in suam ipsius vim reformauit. quonam autem pacto, nec mente capi potest, nec lingua exprimi, sed silentio tantùm ac fide mentem excedente debet honorari. Quòd autem Filius in diuinis Scripturis Spiritus quoque sancti nomine sæpe nuncupetur, ex iis quæ subiecta sunt agnoscemus. Scribit enim beatus Ioannes de ipso: *Hic est qui venit per aquam &*

Ὅλον ἤδη τῇ ζωοποιῷ τοῦ πνεύματος ἐνεργείᾳ ὃ ἴδιον σῶμα πληροῖ. πνεῦμα γὰρ λοιπὸν τὴν σάρκα καλεῖ, οὐκ ἀναιρέτων ὅ ἐστι σάρκα αὐτήν· B ἀφῃρῆσθαι δὲ τὸ ἄκρως ἑνοῦσθαί τε αὐτῷ, καὶ ὅλην αὐτοῦ τὴν ζωογόνον ἐνδύεσθαι δύναμιν, ὀφείλουσαν ἤδη καλεῖσθαι καὶ πνεῦμα· καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, μηδὲ γὰρ ἐπὶ τούτῳ σκανδαλιζώμεθα. εἰ γὰρ ὁ κολλώμενος τοῦ κυρίου ἓν πνεῦμά ἐστι, πῶς οὐχὶ μᾶλλον τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα ἓν ὡς πρὸς αὐτὸν ὀνομασθήσεται; σημαίνειν δοκῶ ἐξ ἀρχῆς τοῖς προκειμένοις τοιοῦτόν τι πάλιν. ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν ὑμῶν διαλογισμῶν ἐπαναθήσομαι, φησὶν, ἀσυνετοῦντες οὐ διαλογίζεσθε, γεγενέναι μοι λόγον περὶ τοῦ σῶμα τοῦτο εἰπεῖν ὑμᾶς, ὅτι τῇ φύσει ζωοποιόν ἐστι τὸ ἀπὸ γῆς σῶμα· ἀλλ' οὐχ ὅτι τοιοῦτος ἐν τοῖς ἐμοῖς ῥήμασιν ὁ σκοπός· ὅλη γὰρ ἐμοὶ πρὸς ὑμᾶς περὶ C θείου πνεύματος ἡ ἔκθεσις, καὶ περὶ τῆς αἰωνίου ζωῆς. οὐδὲ γὰρ ἡ τῆς σαρκὸς φύσις ζωοποιόν τὸ πνεῦμα ἐργάζεται, ἀλλ' ἡ τοῦ πνεύματος δύναμις, ζωοποιὸν τὸ σῶμα ποιεῖ. τὰ ῥήματα τοίνυν, ἃ λελάληκα ὑμῖν διείλεγμαι, πνεῦμά ἐστι, τοῦτ' ἔστι πνευματικά, καὶ περὶ τοῦ πνεύματος, καὶ ζωή ἐστιν, αὐτὴ δὲ ζωοποιά, καὶ περὶ τὴν κατὰ φύσιν ζωήν. καὶ οὐκ ἀφῃρῆσθαι D ἰδίαν σάρκα τὰ τοιαῦτα φησιν, ἀλλ' ὅταν ᾖ ἐν ἡμῖν, τότε διδάσκων ἡμᾶς· ὅταν γὰρ εἰρήκαμεν ἀρτίως, τότε πάλιν ἐροῦμεν ἀναλαβόντες λέγειν τὸ χρήσιμον· ἡ σαρκὸς φύσις, αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν οὐκ ἂν δύναιτο ζωογονῆσαι· ἐπεὶ τί τὸ πλέον ἐν τῇ κατὰ φύσιν Θεῷ; ἀλλ' ὁ μόνη καθ' ἑαυτὸν, καὶ οὐ Χριστῷ νοηθήσεται· ἔχει γὰρ ἑνωθέντα τὸν λόγον, ὃς ἐστι κατὰ φύσιν ζωή. ὅταν οὖν ζωοποιὸν αὐτὸν ὀνομάζῃ Χριστὸς, οὐκ αὐτῇ θεωρεῖται, ὅσον ἑαυτῷ, εἴτε τῇ ἰδίῳ πνεύματι τὸ ζωογονῆσαι δύναται μάρτυρᾷ. δι' αὐτοῦ γὰρ καὶ τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα ζωοποιὸν ἐστιν, ἐπείπερ αὐτὸ πρὸς τὴν ἰδίαν αἰσθησιν ἐνώσατο δύναμιν· τὸ δὲ ὅπως, ὅτε νῷ καταληπτόν, ὅτε γλώττῃ λεκτὸν, σιωπῇ δὲ καὶ πίστει τῇ ὑπὲρ νοῦν τιμᾶσθαι χρεών. ὅτι δὲ πολλαχοῦ ἐκ τοῦ πνεύματος ὀνόματι καὶ ταῖς θείαις γραφαῖς καλεῖται καὶ ὁ υἱός, ἐκ τῶν ὑποτεταγμένων εἰσόμεθα. γράφει τοίνυν ὁ μακάριος Ἰωάννης περὶ αὐτοῦ· οὗτός ἐστιν ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος, καὶ

1. Ioa. 5.

πνεύματος Ιησοῦς Χριστὸς, οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ὕδατι, καὶ ἐν τῷ πνεύματι, Α
Τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν, ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια. ἰδοὺ γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἀλήθειαν ὀνομάζει, καίτοι βοώντος ἀμφοῖν δηλονότι Χριστοῦ· ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. Παῦλος δὲ πάλιν ἡμῖν ἐπιστέλλων φησίν· οἱ ἐν σαρκὶ ὄντες Θεῷ ἀρέσαι οὐ δύνανται· ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστὲ ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι Θεοῦ, εἴπερ πνεῦμα Θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν. εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. εἰ δὲ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, τὸ μὲν σῶμα νεκρὸν Β
διὰ τὴν ἁμαρτίαν, τὸ δὲ πνεῦμα ζωὴ διὰ δικαιοσύνην· ἰδοὺ γὰρ δὴ πάλιν ἐν τούτοις τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα κατοικεῖν ἐν ἡμῖν ἀποφαίνων, αὐτὸν εἶπεν ἐν ἡμῖν εἶναι τὸν Χριστόν. ἀδιάφορον γὰρ τῷ ἑνὶ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καίπερ γε τὸν ἐν ταὐτότητι φύσεως λόγον, εἰ καὶ νοοῖτο κατ' ἀρχὴν ἰδιοσυστάτως. διὰ τοῦτο πολλάκις ἀδιαφόρως ποτὲ μὲν τὸ πνεῦμα, ποτὲ δὲ ἑαυτὸν ὀνομάζων.

Ἀλλ' εἰσὶν ἐξ ὑμῶν τινες, οἳ οὐ πιστεύουσιν· ἤδει γὰρ C
ἐξ ἀρχῆς ὁ Ἰησοῦς, τίνες εἰσὶν οἱ μὴ πιστεύοντες, καὶ τίς ἐστιν ὁ παραδώσων αὐτόν. καὶ ἔλεγε· διὰ τοῦτο εἴρηκα ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς δύναται ἐλθεῖν πρός με, ἐὰν μὴ ᾖ δεδομένον αὐτῷ ἐκ τοῦ πατρός μου.

Ἐν τούτῳ δὴ πάλιν ἐστὶ διαρρήδην ὁρᾶν πεπληρωμένον τὸ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν προκεκηρυγμένον. ἀκοῇ δὲ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τὰ ὦτα αὐτοῦ ἐβάρυναν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μή ποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσομαι αὐτούς. αὐτήκοοι γὰρ τῆς σοφίας γενόμενοι διδαγμῆς, καὶ οὐ παρ' ἑτέρου τινὸς τῶν ἁγίων μανθάνοντες, ἀφῆ φωνῆς δὲ μᾶλλον τῶν πάντων διακόσμου μυσταγωγούμενοι, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῆς τοῦ σώματος ὁρῶντες αὐτὸν ὀφθαλμοῖς, ταῖς σφῶν αὐτῶν ἀνοίαις ἐξεπαχύνοντο, καὶ τὴν σφῶν ἀμαυρώσεως ὀφθαλμὸν, τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ἀπεστρέφοντο, τὴν οὐκ τῆς θείας γλυκείας παιδεύσεως φωλισμὸν οὐ προσδεχόμενοι· πονηροὶ γὰρ ἦσαν, καὶ πολλοῖς ἤδη τοῖς πρόσθεν ἐνοχοι πεπλήσμασι. διὰ τοῦτο ἐκ πώρωσιν ἀπὸ μέρους γεγονὼς τῷ Ἰσραὴλ ὁ σοφὸς ἡμῖν διεμαρτύρατο Παῦλος. ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν τυχούσης φρονήσεως τὸν ἐν ἀνθρωπίᾳ μορφῇ κρυπτόμενον ὑπεροψίαν

sanguinem IESVS *Christus: non in aqua solùm, sed & in aqua, & Spiritu. Spiritus est qui testificatur quoniam Spiritus est veritas.* Ecce enim Spiritum veritatem nominat, quum Christus palam prædicet: *Ego sum veritas.* Rursus autem Paulus nobis scribens, ait: *Qui in carne sunt Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu Dei, si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Siquis autem Spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, Spiritus autem vivit propter iustitiam.* Ecce enim rursus hic Dei Spiritum habitare in nobis asserens, ipsum in nobis dixit esse Christum. Indiuisus enim est à Filio Spiritus eius, secundum rationem identitatis naturæ, licet in propria hypostasi intelligatur existere: proindeque indifferenter loquitur, modò Spiritum, modo semetipsum nominans.

Ioan. 14.
Rom. 8.

v. 65. &c. *Sed sunt quidam ex vobis, qui non credunt. Sciebat enim ab initio* IESVS, *qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat: propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo.*

Hic rursus clarè videre licet impletum esse id quod per vnum è sanctis Prophetis prænunciatum est. *Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis: incrassatum est enim cor populi huius: & aures suas grauauerunt, & oculos compresserunt, ne forte videant oculis suis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertant se, & sanabo illos.* Nam cum ab ipsomet Saluatore non ab alio quouis sanctorum præcepta haurirent, necnon voce Domini omnium instituerentur, adeóque corporis oculis ipsum cernerent, dementia tamen sua incrassati, & mentis oculo capti Iustitiæ solem fugiebant, Euangelicæ doctrinæ illuminationem non suscipientes. Improbi quippe erant, & multis iam præteritis obstricti peccatis: proindeque cæcitatem ex parte contigisse in Israël, sapiens nobis Paulus testatus est. Cum autem non vulgaris sapientiæ sit Deum in humana forma latentem agnoscere,

Esa. 6.

Rom. 11.

non posse venire ad se ait cum qui cognitionem videlicet à Deo & Patre nondum acceperit. neque id abs re. Si enim *omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum*: quomodo non donum quoque dexteræ Patris erit Christi agnitio, & veritatis comprehensio quomodo non gratiam omnem excedere censebitur? Quanto enim suprema nobis largiri bona videmus, tanto magis ipsam à diuina liberalitate pendere conuenit. Impuris porrò iis Pater non dat Christum agnoscere, nec in immanem incredulitatem abire conantibus vtilissimam Spiritus gratiam immittit. non enim decebat pretiosum vnguentum in cœnum infundi. Vnde beatus Propheta Esaias boni cuiusuis operis studio prius purgandos esse præcipit eos qui ad Christum accedere velint, his verbis: *Quærite Deum, & in inueniendo eum, inuocate. Et postquam vobis appropinquauerit; derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & conuertatur ad Dominum, & misericordiam consequetur, quia multum dimittet peccata vestra.* Vides vt prius derelinquendam esse dicat veterem viam, & ab iniquis recedendum consilus, vt peccatorum remissionem reportemus, per fidem nimirum in Christo. Iustificati enim sumus non ex operibus Legis, sed per gratiam quæ ex ipso est, & datam nobis supernè peccatorum obliterationem. Atenim dicet forsan aliquis; quid prohibuit quo minus obliuioni tradiderit, & Iudæis ac Israëli nobiscum peccatorum remissionem largitus sit? Ita quippe facere decebat eum qui perfectè bonus est. Sed quomodo veracem se præbebit, inquit, cum ad nos ait, *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Quid ergo dicemus ad hæc? Solis Israëlitis ac primis gratia Saluatoris destinatur: missus enim est, vt ipse asseruit, ad solas illas oues quæ perierunt domus Israël. Et quidem credere volentibus ad æternam quoque vitam properare licebat. Sed qui moribus ingenuis vtebantur, & veritatem indagabant, illi Dei ac Patris opitulatrice gratia, in salutem per fidem seruabantur. Arrogans autem Pharisæus, & duræ ceruicis cum illis Pontifices ac seniores populi, credere nolebant, quamuis à Mose & Pro-

Iac. 1.

Esa. 55.

Matt. 9.

A Θεόν, μὴ δύνασθαί φησι πρὸς αὐτὸν ἰέναι τὸν μήπω λαβόντα συνέσεως δὲ διανοητὴ τοῦ παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ παντὸς, καὶ μάλα εἰκότως. εἰ γὰρ πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι καταβαῖνον ἐκ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων· πῶς οὐχὶ μᾶλλον καὶ τὸ ἐπιγνῶναι Χριστὸν, δῶρον αὐ γένοιτο τῆς τοῦ πατρὸς δεξιᾶς, καὶ ἡ τῆς ἀληθείας κατάληψις; πῶς οὐκ ἂν νοοῖτο κάσης ἐπέκεινα χάριτος; ὅσῳ γὰρ αὐ φαίνοιτο τῶν ἀνωτάτω προέχων ἀγαθῶν, τοσούτῳ μᾶλλον ἂν πρέποι τῆς θείας αὐτοῦ ἠρτῆσθαι φιλοτιμίας· ἃ δίδωσι γεμιεῖ αὐτοῖς ἀκαθαρσίας ὁ πατὴρ τὸ ἐπιγνῶναι Χριστόν, οὐδὲ ἔοικε εἰς ἀκατόπτους ἀπιστίας ἀποφέρειν μυρεπίσασι τιμῇ ἐπωφελεστάτῳ τοῦ πνεύματος οἴησι χάριν· ἃ γὰρ ἔδει βορβόρῳ τὸ πλεῖον ἐπιχεῖσθαι μύρον. καὶ γοῦν ὁ μακάριος προφήτης Ἡσαΐας, προαποκαθαίρεσθαι δεῖν τοὺς εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐπιθυμίας, ἵνα εἰλικρινῶς ἐθέλοντες τῷ Χριστῷ προσῇ ἡ πίστεως ἐπιτυχὴς βοσύν· ζητήσατε τὸν Θεὸν, καὶ ἐν τῇ ἐπικλήσει αὐτὸν ἐπικαλέσασθε. ἵνα δέ· ἐγγίζῃ ὑμῖν, ἀπολιπέτω ὁ ἀσεβὴς τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ ἀνὴρ ἄνομος τὰ βουλεύματα αὐτοῦ, καὶ ἐπιστραφήτω ἐπὶ κύριον, καὶ ἐλεηθήσεται, ὅτι ἐπὶ πολὺ ἀφήσει τὰς ἀμαρτίας ὑμῶν. ὁρᾷς ὅπως προεξαίρεσθαι χρῆναί φησι τὰ ἀγοραῖα ὁδοὺς, καὶ τὰ προσήκοντα ἀπωθεῖσθαι βουλεύματα, ἵνα τοῦ τῆς ἀμαρτίας ἄφεσιν κομισώμεθα, διὰ πίστεως δὲ δηλονότι τὴν εἰς Χριστὸν. διδιχωρίσθαι γὰρ οὐκ ἐξ ἔργων νόμου, ἀλλὰ χάριτι τοῦ ἐξ αὐτοῦ, καὶ τὴν διωρηθεῖσαν ἡμῖν ἄνωθεν ἀμνησικακίαν. ἀλλ' ἐρεῖς τυχόν· τοιγαροῦν τί τὸ καλὸν ἀμνησικακῆσαι τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ δὲ Ἰσραὴλ σοὶ ἡμῖν τοῦ ἄφεσιν ἐπιδανείσασθαι; ἵνα γὰρ δὴ καὶ ὅπως πρέπον τὰ τελείως ἀγαθῷ. πῶς δὲ ἂν ἀληθεύοι, φησὶν, ὅταν λέγῃ πρὸς ἡμᾶς· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. τί οὖν πρὸς ταῦτα; μόνοις τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ καὶ προφητικὴ δηλοῖ τὰ σωτῆρος προσκλήσεως χαρίς· ἀπεσάλη γὰρ, ὡς αὐτὸς διεβεβαιώσατο, πρὸς μόνα τὰ ἀπολωλότα πρόβατα οἴκου Ἰσραὴλ. καὶ γοῦν τοῖς ἐθέλουσι πιστεύειν ἔξωθεν καὶ εἰς τοῦ ζωὴν αἰώνιον ἀπέχειν τὸ αἰώνιον. ἀλλ' οἱ μὲν βυθυνόμενοι σὺν ζόφῳ, καὶ τὰ ἀληθείας ὄντες ἐρῆμοι, τοῦ τῶν Θεοῦ καὶ πατρὸς χάριν συνεργὸν λαβόντες εἰς σωτηρίαν διὰ πίστεως αἰσθάνονται· ὁ δὲ ἀλαζὼν Φαρισαῖος, καὶ οἱ σκληροκάρδιοι μετ' ἐκείνου ἀρχιερεῖς, καὶ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ, πιστεύειν οὐκ ἤθελον, καίτοι προπαιδευόμενοι διὰ Μωσέως, καὶ τῶν προ-

φητῶν. ὅθεν δὲ ἀφ' ἑαυτῶν δυσβουλίαν, ἀπάξιοι λοιπὸν τῆς αἰωνίου ζωῆς ἀφεδείκνυντο, τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς οὐκ ἐνομίζοντο φωτισμόν. ἔχεις δὲ τούτου τοῦ τύπου τὸ ἀρχαιοτέρωις συγγράμμασιν. οὐ γὰρ δὴ ζῆτον τοῖς ἐξ ἔρημον ἀπιστήσασι τῷ Θεῷ, τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ὑ δέδοται, ὅτω καὶ τοῖς ἀφ' ἧς ἀπειθείας ἁλισκόμενοι τὸν Χριστὸν, οὐκ ἐδόθη τὸ εἰσελθεῖν εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν, ἣν ἰδίως ὁ τύπος ἦν ἐπαγγελίας ἡ γῆ. καὶ οὐκ ἄδικος ὁ Θεὸς ὅπου φέρων ἐκείνου τὴν ὀργήν· δίκαιος γὰρ ὢν κατὰ φύσιν ὀρθὰς, καὶ τὸ οἰκεῖον ἀπαθὲς κεῖμα παρεπόντως τῇ ἰδίᾳ φύσει, κἂν μὴ νοοῖμεν αὐτοῦ τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς οἰκονομίας τὸ ὅδιν. χρησίμως μὴν ὁ μακάριος Εὐαγγελιστὴς πάντα φησὶν εἰδέναι τὸν Ἰησοῦν, καὶ οὐκ ἀγνοῆσαι πάλιν τίνες μὲν οἱ ἀπειθήσοντες μαθηταὶ, τίς δὲ ὁ τῆς εἰς αὐτὸν δυσσεβείας ὑποφήτης, ἵνα πάλιν νοηθῇ Θεὸς, ὡς εἰδὼς τὰ πάντα, πρὶν γενέσεως αὐτῶν.

A phetis prius instituti. Sed cum ob suam vecordiam indigni demum æterna vita facti essent, illuminationem quæ à Deo & Patre proficiscitur non receperunt. Habes istius quoque rei typum in veteribus scripturis. Quemadmodum enim quicunque in deserto Deo diffiderunt datum non est in terram promissionis ingredi, sic & iis qui per incredulitatem Christum aspernantur, datum non est in regnum cælorum ingredi, cuius typus erat terra promissionis. *Neque tamen iniquus est Deus, qui* Rom. 3. *inferat iram*: Cum enim iustus sit secundum naturam, recta vtique statuet, & suum iudicium conuenienter naturę suæ disponet, quamuis ordinationis illius quę supra nos est modum non intelligamus. Vtiliter porrò beatus Euangelista dicit IESVM cuncta nosse, nec ignorare quinam crediturі sint, & quis impietatis futurus sit in ipsum minister: vt rursum intelligatur esse Deus, quippe qui cuncta norit, antequam fiant.

B

C

Ἐκ τούτου πολλοὶ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ οὐκέτι μετ' αὐτοῦ περιεπάτουν.

v. 67. *Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò: & iam non cum illo ambulabant.*

Σκληρὰ πῶς ἔστι τοῖς ἀσυνέτοις ἀεὶ τὰ σοφὰ, καὶ ὅταν αὖ οἴηταί τις ὑ μετρίως ὀνήσειν αὐτοὺς, τοῦτο πολλάκις ὀφθὲν καὶ ὀπτέχνιον. ὅνπερ γὰρ τρόπον τοῖς πρὸς ὄψιν ἀλγοῦσι πρὸς σωματικὸν μάχεται μὲν τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, ἡδὺ δέ πως ἔστι τὸ ἀφεγγέσιν ἐν καθηδρύεσθαι τόποις, ὅτω τοῖς νοσοῦσι τὰ κατὰ τὸν νοῦν, ἀπεχθῆ μὲν τὰ μαθήματα τὰ περισκελέστερα, καὶ τὰ δυσευρέτοις ἐννοίαις ἐπεσκιασμένα, βδελυρώτατα, καὶ πολὺ τὸ ὠφέλιμον ἔχοι, περισφιλῆ δὲ μᾶλλον τὰ μικρὰ, καὶ ἡδέα, κἂν μηδὲν ἔχῃ ὅτε περιποιῇ τὸ λισιτελές. ἢ γὰρ οὐκ ἐκ τῶν περικειμένων τὸ εἰρημένον ἀληθὲς ὂν δύνησόμεθα; τὸ θεῖον καὶ μέγα μυστήριον περιβλέποντος Χριστοῦ, καὶ ἀφορῶντος ποικίλων θεωρημάτων ἀνοιγομένου τὸν ἐπ' αὐτῷ κατάπλουν, καὶ μονονουχὶ περιστέλλοντος ἤδη τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ, καὶ τὸ ἐσωτέρω σκηνῶν ἐκκαλύπτοντος, καταμωσάμενοι μὲν τὸν ὕτω σοφόν τε καὶ ὑψηλὸν λόγον, ἀποτρέπονται πάλιν εἰς ἀμαθίαν κατάπτερον, καὶ ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καθάπερ φησὶν ὁ Εὐαγγελιστὴς, καὶ τὸ περιπατεῖν ἔτι σὺν αὐτῷ παραιτούμενοι. τοῦτο γὰρ ὄντως ἔστι τὸ, ὀπίσω πορεύειν. ἀφ' οὗπερ, καὶ ἀφ' οὗ τῶν προφήτων φησὶ πάλιν Ἱερεμίου πρὸς τὸν ἀγνώμονα, καὶ φιλόνεικον Ἰερουσαλὴμ, τὸν ἀπειθούντων δηλονότι θεῷ· σὺ ἀπέστραφής με, λέγει κύριος, καὶ ὀπίσω πορεύῃ· καὶ

Dura ferè sunt insipientibus quæ sapientiâ sunt prædita, & quod non mediocriter eis profuturum putaueris, hoc plerunque noxium esse comperitur. Quemadmodum enim ij quibus oculi dolent corporis lumen Solis officit, & in obscuris locis versari gratum est, ita qui mente laborant doctrinam arduam auersantur, & quæ difficili sensu obscurata sunt, ea fastidiunt, licet in se vtilitatis multum habeant, minuta verò quæque suscipiunt iisque oblectantur, licet nihil interdum vtilitatis afferant. Nunquid enim istud verum esse ex hoc textu comperiemus? Cum diuinum & magnum mysterium Christus exponeret, variisque contemplationibus aditum ad eius comprehensionem patefaceret, ac velo templi propemodum collecto intus tabernaculum reuelaret, tam sapientem ac cælestem sermonem fastidiosè reiiciunt, & in belluinam ignorantiam recidunt, retróq; abeunt, vt ait Euangelista, nec amplius ambulare cum eo volunt. hoc enim reuera est, retro cadere. Idcirco per Prophetam quoque Hieremiam ad ingratam & contentiosam Hierusalem, illam nempe incredulorum nutricem, ait: *Tu auersata es* Hier. 15. *me, dicit Dominus, & retrorsum ibis.*

D

E

Etenim, vt verè dicamus, qui à bonis auertitur, sequitur vt retro cadat. Deus autem omne bonum est. Igitur abierunt retro, & auersi ceciderunt miseri, non amplius cum Saluatore ambulantes, sed ad alias vias quodammodo conuersi, & in suos retrusi morbos. Sed videamus iterum nunquid eius quoque typum in scriptis Mosaicis reperiamus. Cum decursis longis itineribus, & vasta illa solitudine peragrata terram ipsam promissionis propemodum terigissent, missi sunt, Deo ita mandante, qui eam explorarent, Iesus nempe filius Naue, & vnà cum ipso alij quidam. Cum autem eam totam perlustrassent, ad Mosem reuersi congregationi horroris plena quidam retulerunt: Terra enim, inquiebant, quam lustrauimus, sæuos habet incolas, & filios Gigantum ibi vidimus, & quæcunque metum & horrorem auditoribus incutere poterant, addere non cessabant. Iesus verò post illos multis laudibus terram efferre co-
Num.14 nabatur: *Terra, quam exploraui mus valde bona est. Si eligit nos Dominus, introducet nos in eam.* Sed Iudæorum maiores Iesum lapidandum esse contendebant: cumque omnipotentem Deum nihil posse censerent, sedentes lugebant, vt scriptum est, atque eam ob rem Dominum vniuersorum iure concitarunt. Quoniam verò adeo increduli ac petulantes erant, promissione exciderunt. *Iurani* enim,
Psal. 94. inquit, *in ira mea, si introibunt in requiem meam.* Quid porro? Reuerti eos & retrocedere Deus rursum
Num.14 præcipit. Ad Mosem enim ait: *Cras reuertimini per viam in mare rubrum.* Quia enim ingredi noluerunt in terram ad quam vocati sunt, reuerti iubentur, & eandem denuò viam reuoluere coguntur. noluerunt enim obtemperare Iesu sermonibus, neque cum terram esse bonam audirent, eius consiliis acquieuerunt. Quod illis igitur contigit, idipsum nunc his quoque accidit. Nam iter æternæ vitæ edocti, & ad regnum cælorum inuitati, incredulitate sua contumeliosè dedignantur. Idcirco iure abierunt retro, sua peruersitate id etiam damni consecuti, quòd non amplius vnà cum ductore suo pergunt ad salutem.

A γὰρ δὴ κατ' λόγον τὸν ἀληθῆ τῇ τῶν ἀγαθῶν ἀποστροφῇ τὸ ὀπίσω πίπτειν ἀκολουθεῖ· Θεὸς δὲ τὸ πᾶν ἀγαθόν. Οἴκοιν ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ πεπλώκασιν ἀνόπιν οἱ δίλαιοι, τῶν σωτῆρι μὴ συμβαδίζοντες ἔτι, πρὸς ἑτέρας ἢ ὡσπερ πρὸ μθοι τείβους, καὶ εἰς τὰ σαυτὸν θη καλασυρόμθοι πόδη· ἀλλ' ἴδωμθ πάλιν, εἰ μὴ κ τούτου τὸν τύπον ἐν τοῖς τῦ Μωσέως εὑρίσκομθ λόγοις. Οἴκοιν ὅτε μακρὰς διϊπορευσάμτες ὁδοὺς, καὶ τὴν
B ἀλείαν ἐκείνην διελθόντες ἔρημον, ἐπ' αὐτῇ λοιπὸν ἤδη τ ἐπαγγελίας τῇ γῇ, καλασκεψόμενοι ταῦτην κ' θεῖον ἀπεστέλλοντο πρόσταγμα Ἰησοῦς τε ὁ τῦ Ναυῆ, & σὺν αὐτῷ τινες ἕτεροι. ὡς δὲ διερευνησάμτες ἅπασαν ὅλην Μωσέα πάλιν ἀνεκομίζοντο, πρόσκλησιν τῇ συναγωγῇ πικρὰ μθ τινες· γῆν γὰρ, ἔφασκον, ἣν κατεσκέψάμθα αὐτὴν, χαλεποὺς ἔχ τοὺς οἰκήτορας, καὶ ὑπερμεγέθη τῶν ἐωρῶμθ ἐνόντα· καὶ ὅσα περ ἐπὶ
C τοῖς ἀκροωμένοις ὀρρωδεῖν ἀναπείθοντα πρόσκλησιν διετείνοντο. Ἰησοῦς δὲ μετ' ἐκείνους πολλοῖς μθ ἐπαίνοις καταστέφειν ἐπειρᾶτο τ γῆν, πρεσκαλῶ λέγων, ἣν γῆν, ἣν κατεσκεψάμθα αὐτὴν, ἀγαθὴν σφόδρα· εἰ αἱρετίζ ἡμᾶς κύριος, εἰσάξ ἡμᾶς εἰς αὐτήν· ἀλλὰ τ Ἰουδαίων οἱ πρόγονοι καταλιθοῦν μθ ὅτι πρέποι τὸν Ἰησοῦν διετείνοντο· τῦ δὲ παντὸς ἰσχύοντος Θεοῦ τὸ μηδὲν δυνατὸν καταψηφιζόμθοι, καθίσαντες ἔκλαιον, καθὰ γέγραπται, καὶ προξυόμενοι μθ
D ὅτι τούτοις εἰκότως τ ἀπιστούντων διακόπτει. ὅθεν ὀλίγοι ἤσαν ἀπειθεῖς ὄντες καὶ ὑβρισταί, τῆς ἐπαγγελίας ἀποπεπλώκασιν· ὡς γὰρ ὤμοσα, φησὶν, ἐν τῇ ὀργῇ μου, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου. εἶτα τί τὸ ὅτι τούτοις; παλινδρομεῖν αὐτοῖς, καὶ ὀπίσω βαδίζειν ἐσαῦθις ὑπτιάζει Θεός· λέγ γὰρ πρὸς Μωσέα· αὔριον ἀπάραντες ὑπερράφητε ὑμεῖς ὁδὸν θάλασσαν ἐρυθράν. ὅθεν γὰρ εἰσελθεῖν οὐκ ἐβουλήθησαν, εἰς τὸν ἐκλήθησαν γῆν,
E πέμπονται πρὸς ἀναστροφὴν, & τ αὐτὴν αὖθις ἀμελίτην ὁδὸν ἀναλαμβάνειν· ὁ γὰρ ἠθέλησαν ἀκολουθῆσαι τοῖς Ἰησοῦ λόγοις, οὐδὲ ἀγαθὴν ἀκούοντες γῆν, ἐπίμων τῇ σωτηρίᾳ τ σύμβουλον. ὅπερ δῶν οἰκῆται πεπόνθασι, τοῦτο κ ὑμεῖς νυνί. διδασκόμθοι γὰρ τ ὁδὸν τ ἀφθάρτου ζωῆς, & εἰς τ τῶν οὐρανῶν βασιλείαν εἰσπέτεσθαι παρακαλούμθοι, ταῖς ἀπειθείαις ὑβρίζουσι· διὰ τοῦτο δικαίως ἀπῆλθον εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὸ συμβαδίζειν ἔτι τῷ καθηγουμθῳ τοῖς σωτηρίαν ταῖς ἑαυτῶν δυσκρασίαις ζημιώμθοι.

A

Εἶπεν οὖν τοῖς δώδεκα ὁ Ιησοῦς· μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν;

v. 68. *Dixit ergo* IESVS *ad duodecim: Nunquid & vos vultis abire?*

Οὐ προτρέπει πρὸς ἀπόστασιν τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς, οὐδὲ ἐλευθέραν αὐτοῖς, καὶ ἀκατηγόρητον τὴν παράβασιν ἐπιδείκνυσι τὴν ἄδειαν, ἀλλ' οὐδὲ προπετῶς ἀπιέναι φήσιν, ὡς οὐδὲν πεισομένους ἐκ τούτου τὸ βλάβος· ἀπειλεῖ δὲ μᾶλλον εὐφυῶς, ὡς εἰ μὴ φαίνοιντο χρείττους τῆς Ιουδαίων ἀπαιδευσίας, ὀπίσω καὶ αὐτοὶ πεμφθήσονται, καὶ οὐκέτι σὺν αὐτῷ βαδίσουσιν, καταισχύνονται δὲ προπετῶς ἀπολιπόντες. ὁ γὰρ ὁ πολὺς ἐν ἀριθμῷ προσκυνητὰς πρὸ τοῦ Θεοῦ καὶ ἡμῖν, ἀλλ' ὁ ἐν ὀρθῇ δόξῃ τρέπων πίστει, καὶ εἰ φαίνοιτο βραχύς. διὸ τοῦτο πολλοὺς μὲν εἶναι τοὺς κεκλημένους ἡ θεία λέγει γραφὴ, ὀλίγους δὲ μόνους τοὺς ἐκλεκτοὺς, καὶ δοκιμωτάτους ὀλίγους ὄντας κομιδῇ. καὶ τοῦτο γὰρ αὐτὸς ὁ θεῖος ἡμῖν διεμαρτύρατο λόγος. ὁμοίως τοίνυν, ὡς εἰ καὶ ἔφασκε τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὁ σωτήρ· εἰ μὲν τοῖς ἡμετέροις ἀμώμητοι καταπίστευθε λόγοις, εἰ τὸ κατηγορῶ σκληρὸν διαζήν ἀφέντες ἀπεργάσῃ πίστει λοιπὸν παραδέξασθε τὸ μυστήριον, εἰ πικρὸν ἡμῖν φαίνεται, καὶ βδελυρίας ὑπὲρ τυχούσης ἀμάμαστον τὸ σκληρὸν τῶν ἐμῶν κατηγορήσαι λόγων, εἰ πρὸ γε τοῦ λέγειν Ιουδαϊκῶς, πῶς δυνατὸν ἡμῖν σοῦ δοῦναι τὴν σάρκα φαγεῖν, ὁ φόβος τε σωτῆρος ἡδέως, καὶ συνδιατρίψομεν χαίρων, καὶ γνησίους ὄντας ἀγαπῶ· εἰ δὲ τοῖς ὀπίσω πεσοῦσι τὰ ἴσα φρονεῖν ἐγνώκατε, καὶ συναποτρέχειν ἐθίμοι, καὶ συναπελαύνω δικαίως. ὁ γὰρ ὀπτιλείψιος προσκυνητὰς, τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων οὐκ εἰς μόνην λαληθησομένων τὴν Ιουδαίαν, ἀλλ' εἰς πᾶσαν ἡνδινωμένων τὴν οἰκουμένην, καὶ καθάπερ εἰς θέατρον ἕνα τοὺς ἀπανταχόσε καλουμένων, καὶ συναγερόντων δικαίως ἐπὶ τὴν ἀληθείας ἐπίγνωσιν. ἴδε τοίνυν χρηστότητα, καὶ ἀποτομίαν Θεοῦ, καθάπερ ὁ Παῦλός φησι· καὶ ἀποτομίαν μὲν ὅτι τοῖς ἀπειθήσασι, χρηστότητα δὲ πάλιν ὅτι τοῖς μὴ θέλουσιν ἐπιγινώσκειν αὐτὸν, ἐὰν ἐπιμένωσι τῇ χρηστότητι, καθάπερ που πάλιν ὁ Παῦλος διεμαρτύρατο. ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ ἐκκοπήσονται· ὁ γὰρ τῇ κατὰ φύσιν ὑφαιρεθεὶς κλάδος, οὐδὲ τῷ ἐξ ἐναντίας φύσιν ἐμφυτευθέντων φείσεται· ἵνα τοίνυν μὴ παραδραμόντες ἀφ' ἑαυτῶν ὁ καλῶν ἐξ αἰσίας πρὸς τὴν πίστιν, ὡς εἰμὴ βούλοιτο τοιαύτης καταλῆξαι νόσου, βαδίσῃ μὲν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ τὴν καθημένην ἐπὶ πρὸς ζωὴν αἰώνιον οὐκ ἔχων

Dominus noster IESVS Christus sanctos discipulos ad discedendum non excitat, neque liberam & culpæ immunem fore istam licentiam ostendit, sed nec temerè discedere permittit, quasi nihil inde noxæ perpessuri sint: verùm grauiter potius interminatur, retrò quoque ipsos missum iri, nec amplius secum ambulaturos, sed ruituros in exitium, nisi potiores se Iudæorum inscitia præstiterint. Adoratores enim apud Deum multitudine non æstimantur, sed recta fide, licet exiguus sit eorum numerus. proindéque multos quidem esse vocatos scriptura diuina prædicat, sed susceptum iri tantum electos, & probatissimos esse quam pauciſſimos. id enim ipse quoque nobis diuinus sermo testatur. Idem quippe est ac si discipulis suis Saluator diceret: Si nostris verbis incunctanter creditis, si indubitata fide mysterium susciptis, si acerbum vobis videtur & cumprimis detestandum, quòd mei sermones duritiei accusantur, si cauetis Iudaïco more dicere, *Quomodo potest nobis hic dare carnem suam ad manducandum*, lubens ego vos mecum versari conspiciam, & vobiscum lætus conuersabor, adeóq; tanquam veros ac legitimos amicos recipio. Sin autem idem quod ij qui retro ceciderunt sentitis, & vnà vos amando, & iure vos cum iis expello. Nec enim adoratores deerunt, Euangelico præconio non vnam tantum Iudæam, sed totum terrarum orbem peruadente, ac in vnam veluti societatem omnes vndique vocante, & ad veritatis agnitionem facile congregante. Vide ergo bonitatem & seuer- *Rom. 11.* ritatem Dei, vt Paulus loquitur: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: bonitatem verò rursus in eos qui agnituri sunt ipsum, si permanserint in bonitate, vt alicubi rursum beatus Paulus asseruit. nam & ipsi excidentur: qui enim naturalibus ramis non pepercit, nec insitis parcet. Intelligat ergo, & ex his discat qui præ amentia in fide claudicat, nisi velit morbum illum excutere, retro quidem se abiturum, & duce amisso qui ad vitam æternam deducat,

ducat, in infernum detrusum iri, & suam temeritatem ibi defleturum. *Ibi enim erit*, inquit, *fletus & stridor dentium.* Porrò aliud quiddam hic vtile subinnui videtur, cum IESVS discipulis suis ait: *Nunquid & vos vultis abire?* Ne putarentur enim etiam ipsi Iudaïca temeritate simul abripi & labi cum incredulis, aut alioqui cum illis in eum murmurare quasi dura doceret, & impossibilia auditoribus suis proponeret, commodùm rogauit vtrum statuissent ipsi cum illis discedere, vt eos hac interrogatione ad confessionem rectæ & inculpatæ fidei prouocaret, vti quoque contigit.

Matt. 8.

CAP. IV.

Quòd sanctum tabernaculum quod in deserto populo præferebatur, figura Christi erat, & quod arca quæ in eo tabernaculo erat, & lucerna, adeoque altaria cùm thymiamatis, tum oblationum, ipsum significabant Christum.

v. 61. *Respondit ergo ei Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.*

PEr vnum illum qui cæteros inter eminebat loquuntur omnes, sanctam vtique & sanctis congruentem seruantes disciplinam, vt etiam hoc pacto posteris exemplum præberent prudentiæ singularisque modestiæ. Decet enim non omnes confusè nec alios præ aliis ad loquendum temere prosiliendo magistri aures obtundere, sed dicendi locum iis cedere qui consilio & ordine cæteris præsunt. Eam ob rem Paulus: *Propheta*, inquit, *duo aut tres dicant, idque vicissim.* Quia enim Prophetiæ gratia ornati erant, idcirco suos auditores alloqui maiori cum sapientia iubebantur. Opus igitur erat sanctis dignæ prudentiæ, ei soli cunctorum nomine respondendi vices deferre, qui loco & ordine maior erat. *Ad quem igitur ibimus*, inquit, pro eo quod est, Quis nos similia docebit? vel, apud quem meliora inueniemus? *Verba vitæ æternæ habes*, non dura, sicuti aiunt illi, sed quæ ad rem omnium præstantissimam deducunt,

1. Cor. 14.

ΚΕΦΑΛ. Δ.

Ὅτι τύπος ἦν τοῦ Χριστοῦ προηγουμένη τοῦ λαοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡ ἁγία σκηνὴ, καὶ ἡ κιβωτὸς ἡ ἐν αὐτῇ, καὶ ἡ λυχνία, καὶ τὰ θυσιαστήρια, τό, τε τοῦ θυμιάματος, καὶ ὃ τῶν καρπωμάτων αὐτὸν ἐσήμηνε τὸν Χριστόν.

Ἀπεκρίθη αὐτῷ Σίμων Πέτρος· κύριε, πρὸς τίνα ἀπελευσόμεθα; ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις.

Δι' ἑνὸς οἱ πάντες ἐλάλουν τοῦ προέχοντος, τῇ ἁγίᾳ οὔσῃ προπωδίᾳ τὴν ἀποσώζοντες βάσιμον, ἵνα δὴ τύπος τοῖς μετ' αὐτοὺς καὶ οὗτος πάλιν διείσκηται, σώφρονός τε καὶ ἀξιαγάστου λογισμοῦ· χρὴ γὰρ εἰς διδασκάλου λαλεῖν ἀκοὰς, καὶ μὴ πάντας ἀδιακρίτως προπηδῶντας τὸν ἄλλον προσαλέσεσθαι, ἢ ὃ ἀμφοτέρους οὐκ αὐτοῖς παρέποντας ἀρπάζοντας, μᾶλλον δὲ μᾶλλον ἐπείγεσθαι σφῶν τοῖς οἴοις τε εἶεν καὶ βουλῇ, καὶ τάξει προτεταγμένοις. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Παῦλος· προφήτας, φησὶ, δύο, ἢ τρεῖς λαλείτωσαν, καὶ ἀνὰ μέρος, * ὁ γὰρ ἐπειδήπερ τῇ τῆς προφητείας τετιμῶνται χάριτι, διὰ τοῦτο δὴ μᾶλλον βάσιμος τοῖς ἀκροωμένοις προσλαλεῖν διεκελεύετο. Οὐκοῦν βάσιμος ἦν ἔργον ἀκροατοῦς ὁ γοῦν πάντων ἀπολογεῖσθαι μόνον ἐᾶν τὸν ὡσπερεὶ τοῦ μείζονος ἐν τάξει. πρὸς τίνα γοῦν ἀπελευσόμεθα, φησὶν, ἀντὶ τοῦ, τίς ἡμᾶς μυσταγωγήσει τὰ βελτίονα; ἢ ἐν τίνι προσελθόντες τὸ κρεῖττον εὑρήσομεν; ῥήματα ζωῆς αἰωνίου ἔχεις· ὁ σκληρὰ, καθάπερ οὗτοι φασὶν, ἀλλ' εἰς τὸ πάντων ἐξαίρετον ἀναφέρον-

τοῦτ' ἔστιν, εἰς ἀΐδιον καὶ μακρόχρονα βίον, καὶ φθορᾶς ἀπόσπαστον ἐξῳκισμένῳ ζωήν. δῆλον δὲ ὅπου πάντως ἡμῖν καὶ ἀφ' ἑαυτῶν ἔσται τῶν λόγων, ὡς ἑνὶ μόνῳ διδασκάλῳ δεῖ προσκαθέζεσθαι τῷ Χριστῷ, καὶ προσιόντας ἀσφαλείστατόν τε καὶ ἀπεμπόδιστον αὐτῷ, καὶ αὐτὸν ποιεῖσθαι καθηγητὴν, πορεύειν εἰδότα καλῶς εἰς ζωὴν τὴν ἀπέραντον. ὕστω γὰρ ὕστω, καὶ εἰς τὴν ὑπερκόσμιόν τε καὶ θείαν αὐλὴν διακεκόμβα, καὶ εἰς τὴν τῶν πρωτοτόκων ἐκκλησίαν εἰσελαύνοντες, πῶς οὐκ ἐφ' ἡσυχίαν τὸν αἰθέριον ἀπευφήσομεν ἀγαθοῖς. ὅτι γὰρ ἔστιν ἀγαθόν τε καὶ θεῖον χρῆμα τὸ μόνῳ βούλεσθαι καθακολουθεῖν τῷ Χριστῷ, καὶ αὐτῷ σεσῶσθαι ἀφ' ἑαυτοῦ, καὶ αὐτὴ μὲν ἀναμφιλόγως ἡ τῶν πραγμάτων πληροφορήσει φύσις. σαφὲς δὲ ἦν ἦπου καὶ ἐκ τῶν ἀρχαιοτέρων γραμμάτων εἰσόμεθα. σκοπῶ δὲ ὅτι τοὺς Αἰγυπτίων πλεονεξίας ἀποδυσάμενοι πρὸς τὴν ἐπαγγελίας γῆν οἱ ἐξ Ισραὴλ ἠπείγοντο, σὺν ἀπλάκτοις ποιεῖσθαι τοὺς πορείας αὐτοὺς Θεὸς, οὐδὲ ὁποιωσοῦν αὐτοὺς ἐθελήσας βαδίζειν ὁ νομοθέτης ἠφίει· πλανηθήσεσθαι γὰρ πάντως σὺν ἔσεσθαι τὸν ἡγούμενον σὺκ ἀμφίλογον ἴσως. διὸ τοῦτο γέγραπται πάλιν πρὸς αὐτοὺς ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν ἀριθμῶν· καὶ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἐστάθη ἡ σκηνὴ, ἐκάλυψεν ἡ νεφέλη τὴν σκηνὴν τὸν οἶκον τοῦ μαρτυρίου, καὶ τὸ ἑσπέρας ἦν ὡσεὶ τῆς σκηνῆς ὡς εἶδος πυρὸς, ἕως πρωΐ. οὕτως ἐγίνετο διὰ παντός. ἡ νεφέλη ἐκάλυπτεν αὐτὴν ἡμέρας, εἶδος πυρὸς τὴν νύκτα· καὶ ἡνίκα ἀνέβη ἡ νεφέλη ἀπὸ τῆς σκηνῆς, καὶ μετὰ ταῦτα ἀπῆρον οἱ υἱοὶ Ισραὴλ, καὶ ἐν τῷ τόπῳ, οὗ κατέστη ἡ νεφέλη, ἐκεῖ παρενέβαλον οἱ υἱοὶ Ισραὴλ· διὰ προστάγματος κυρίου ἀπῆρον. καὶ φυλάξουσι οἱ υἱοὶ Ισραὴλ τὴν φυλακὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἐξάρωσι. διὰ φωνῆς κυρίου παρεμβαλοῦσι, καὶ διὰ προστάγματος κυρίου ἀπαροῦσιν· ὁρᾷς ὅπως ἀκολουθεῖν ὀφείλουσι, καὶ συναπαίρειν μὲν ἀπαιτοῦσα τῇ νεφέλη, συγκαλύπτειν δὲ πάλιν αὐτῇ, καὶ συγκατακλείειν; τὸ γὰρ συνεῖναι τῷ ποδηγοῦντι σωτήριον καὶ τότε μὲν ἐν τοῖς ἐξ Ισραὴλ, καὶ ἡμῖν δὲ νυνὶ τὸ μὴ χωρίζεσθαι Χριστοῦ. αὐτὸς γὰρ ἐν τοῖς ἀρχαιοτέροις, καὶ ὡς σκηνὴ, καὶ νεφέλη, καὶ ὡς πῦρ μορφοῦμενος· μετοικήσασα δὲ πάλιν, ὡς ἔφικτον, τῆς ἰσοείας ὁ λόγος ὅτε τὸ πνευματικὸν· ὅτε γὰρ ἡ σοφία, καὶ τὸ κεκραμένον, ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, καὶ τὸν ἀληθέστερον ἔστησε σκηνὴν, τοῦτ' ἔστι, τὸν ἐκ παρθένου ναὸν, κατεβίβασεν εἰς αὐτὸν ἀφράστως τε καὶ θεο-

A hoc est ad æternam & longæuam vitam, & ab omni corruptione alienam. Ex his autem verbis discere profectò poterimus, vni ac soli magistro Christo esse adhærendum, eumque nobis ducem adhibendum qui nos ad vitam sempiternam rite deducere potest. Sic enim sic in cælestem ac diuinam ingrediemur aulam, & in primogenitorum ecclesiam intromissi bonis cumulabimur quæ humano ingenio capi nequeunt. Rem quippe bonam ac salutarem esse, vnum Chri-
B stum sequi velle, cum eóque perpetuo versari, ipsa rei natura manifestè demonstrabit, sed nihilominus ex veteribus scripturis id agnoscemus. Cum Ægyptiorum excussa tyrannide ad promissionis terram Israëlitæ pergerent, non incertis & vagis itineribus neque quocunque vellent ferri permisit Deus: dubium quippe non erat eos vagos fore si duce destituerentur. Quapropter scriptum est rursus ad informationem nostram in libro qui
C Numerorum dicitur: *Et die qua* Num. 9. *statutum est tabernaculum, texit nubes tabernaculum, domum testimonij: & vespere erat super tabernaculum velut species ignis vsque mane. Ita fiebat semper: nubes tegebat illud die, & species ignis nocte. Et cum ascendisset nubes à tabernaculo, & postea promouebant filij Israël: & in loco vbicunque steterat nubes, ibi castra collocabant filij Israël. Per præceptum Domini promouebunt. Et custodient filij Israël custodiam Dei, &*
D *non promouebunt. Per vocem Domini in castris erunt, & per vocem Domini promouebunt.* Vides vt sequi iubeantur, & castra mouere simul cum ascendente nube, & rursum cum ipsa subsistere & conquiescere? Adhærere quippe ductori suo, cum ipsis Israëlitis tunc temporis, tum nobis impræsentiarum non separari à Christo salutare est. Ipse enim erat veteribus vt tabernaculum, & nubes, & tan-
E quam ignis adumbratus, sed quantum in nobis est rei historiam ad spiritalem sensum transferemus. Postquam *sapientia ædificauit sibi domum*, vt scri- Prou. 9.
ptum est, ac verius tabernaculum, id est templum illud ex Virgine, sibi extruxit, descendit in ipsam

incomprehensibili ac diuina ratione qui est in sinu Dei ac Patris sui Deus Verbum, & homo factus est, vt iam illuminatis, ac tanquam in die ambulantibus, iuxta Pauli dictum, nubes fieret obumbrans, & perurbationum æstum qui ex infirmitate oritur extinguens: ignorantibus autem adhuc, & in tenebris versantibus, ignis illuminans, & in ardorem Spiritus eos transformans. Qui namque boni sunt, calidos Spiritu esse credimus. Nec enim aliam ob causam existimo nubem interdiu supra tabernaculum apparere, ignem verò noctu. Quod autem sequitur, non suopte nutu progrediendum, sed consistendum aut pergendum ad nubis motum, figura rursum erat, vt intelligeres id quod à Christo dictum est: *Si quis mihi ministrat, me sequatur: Et, vbi ego sum, illic & minister meus erit.* Ioan. 12. Constantia enim in eo sequendo, eique iugiter adhærendo significatur dum ab eius latere ministrum discedere non oportere dicitur. Simul autem cum Seruatore Christo incedere, & eum sequi, non vtique secundum corpus intelligitur, sed operum virtute potius peragitur, quam firmo animo respicientes sapientissimi discipuli, & retro abire cum incredulis ceu pernicioſum recusantes, iure aiunt: ad quem ire possumus? quasi dicant: Tecum semper versabimur, tuisque mandatis obtemperabimus, ac sermones suscipiemus, ne leuiter quidem culpantes aut cum vxcordibus illis durum esse putantes quod ad nos edocendos proferis, sed exclamabimus potius, *Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & fauum ori meo.* Psal. 118. Hæc est ergo loci propositi sententia. Quòd autem tabernaculum veteribus Christi figura esset, rursus agnoscemus, si ad ea quæ à Mose de ipso dicta sunt ingenij nostri aciem intendamus. Etsi autem digressio nonnullis forte hîc videri possit, non parum tamen iuuabit. Decet enim, opinor, de his subtilius disserere, reiectis cauillationibus eorum qui nos absque ratione reprehendunt. Oraculum itaque diuinum est huiusmodi. Vmbram enim literæ quantum in nobis est sigillatim explicabimus. *Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: In die vna mensis primi, in neomenia stues tabernaculum.* Exo. 40. Quid adegit vniuersorum Dominum, non abs re dicet

A πρεπῶς ὁ ἐν κόλποις ὢν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Θεὸς λόγος, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα τοῖς ἤδη πεφωτισμένοις, καὶ ὡς ἐν ἡμέρᾳ περιπατοῦσι, κατὰ τὸν Παῦλον, νεφέλη γένηται συσκιάζουσα, καὶ τὴν ἐξ ἀσθενείας παθῶν τὸ καύσωνα καταλύουσα· τοῖς δὲ ἀγνοοῦσιν ἔτι, καὶ πλανωμένοις, καὶ καθάπερ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῳ διατριβομένοις, πῦρ καταφωτίζον, καὶ εἰς τὸ τοῦ πνεύματος ζέσιν μεταποιοῦν. Θερμοὶ γὰρ εἶναι τῷ πνεύματι τοὺς

B οἵους εἰσὶν ἀγαθοὺς πιστεύομεν· οἶμαι γὰρ ἄχρι ἑτέρου τινὸς ἕνεκα φαίνεσθαι νεφέλην τὸν σκηνῆς τὸ τοῦ ἡμέρᾳ, τὸ δὲ πῦρ τὸ τοῦ νυκτὸς, ἢ τῆς ἤδη πορεία παρεδρεύουσης, εἰμὴν ἀκριβείας. Τοῖς δὲ ἔτι πρὸς τοῖς πεφωτισμένοις μὴ ἀθορύβως εἰς ὁδοιπορείαν ἐπεπάτητο, συγκαλύπτει δὲ τὴν* σκηνὴν, καὶ * κ. περίκειται συγκαλύπτει αὐτὴν δι' αὐτοῦ, διὰ τύπου πάλιν, ἵνα νοῆς ἐκεῖνο τὸ εἰρημένον παρὰ Χριστοῦ, ὁ ἐμοὶ διακονῶν ἀκολουθείτω μοι, καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ,

C ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται. Τὸ γὰρ πεπηγὸς περὶ τὸ ἀκολουθοῦσιν, καὶ τὸ μὴ* παρεδρείας ἐκτε- * κ. συνα- νὲς, διὰ τοῦ συμβαδίζειν ἀπροσκαπῶς αὐτῷ σημαίνει μήνυσιν. Τὸ δὲ συμβαδίζειν τοῦ σωτῆρι Χριστῷ, καὶ ἀκολουθεῖν οὐχὶ πάντως κατὰ σῶμα νοήσαι, πλεονάσαι δὲ μᾶλλον διὰ τὸ ἐν ἔργοις ἀρετῆς, ἐφ' ἧ τὸν οἰκεῖον καταπήξαντες νοῦν οἱ σοφώτατοι μαθηταὶ, καὶ τὸ ἀπελθεῖν ὀπίσω μὴ τοῖς ἀπιστούντων ὡς ὀλέθριον παρεμυθοῦντο, τὸ πρὸς ἔλεγχον ἀπελθεῖν αἰσθοῖντο εἰκότως· αὐτὸ τὸ, σοὶ

D πάντοτε σιωπήσομεν, καὶ τὸ οὖν αἰτιασόμεθα καὶ ἐξομόσασθαι παρασκευάζει, καὶ τοῖς σοῖς παρὰ δόξαν λόγοις, ὑπακούσῃ ἐπαγωνιῶμεν, καὶ μὴ τοῖς ἀπαιδεύτοις σκληρὸν εἶναι νομίζοντες, ὅτε σὺ λέγεις μυσταγωγῶν, ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον, ὡς γλυκέα τοῖς λάρυγξί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον τοῖς στόματί μου. Τὸ μὲν οὖν παρειμένων διαφυγεῖν ὀνείδη· ὅτι δὲ διὰ σκιᾶς τοῖς ἀρχαιοτέροις εἰς τύπον ἦν τοῦ Χριστοῦ, γνωσόμεθα πάλιν, τοῖς περὶ

E αὐτῆς εἰρημένοις παρὰ τοῦ ἁγίου Μωσέως λεπτομερῶς διατιθέμενοι τὴν διάνοιαν. Πρεσβατικὸς μὲν οὖν δόξειεν ἂν εἶναι τῷ τυχόντι τῶν τοιούτων λόγος, ἀλλ' ὀνήσειέ τι μικρὸς· δεῖ γὰρ, οἶμαι, περὶ τούτων παρρησίᾳ δὴ μάλιστα χρῆσθαι τοὺς τῆς ὄντως βούλεσθαι ὑπαντιωμένων φιλοσοφίας διατιθεμένους. ἐγχειρήσωμεν δὴ τῷ θείῳ λόγιον ὄντως· ἐκτιθησόμεθα γὰρ μέρος τι ἐκ τῆς γράμματος σκιᾶς ἕνεκα καλλιεπούντες. καὶ ἐλάλησε, φησὶ, κύριος πρὸς Μωσῆν λέγων· ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ μηνὸς τοῦ πρώτου μηνίαν στήσῃς τὸ σκηνήν. τί δὲ πεπεικὸς τὸ ἀπόρων κύριον, ἐρῆς τῆς βούλεσθαι τὴν φι-

λομαθησόμενον, ὁ μιᾷ μὲν ἴσασιν πᾶσι σκηνὴν A aliquis discendi cupidus, vt iuberet in
ἡμέρᾳ πεποιῆσαι, καὶ μὴ ἐν δυσὶν, ἢ τρισὶν, ἐν vna quidem die statuere tabernaculum,
δὲ τῇ νουμηνίᾳ, καὶ ἁπλῶς τοῦ τυχόν- non in duabus, aut tribus, & in neo-
τος, ἀλλὰ τοῦ πρώτου; πολλὰ γὰρ ὄντως ἡμῖν menia, non vtique mensis cuiusuis, sed
τὰ τοιαῦτα καὶ μάλα εἰκότως ἐμποδίσαι πρὸς ζή- primi? Multas quippe quæstiones in-
τησιν, ὅπου γε τῶν εἰρημένων τοῖς γράφαις εἰκὸς re ista pariunt, cum in Scripturis diui-
ἔσται λόγος. Ἀκουέτω· ἐφάμεθα γὰρ τοῖς ἑαυτῶν πρέπειν τού- nis frustra nihil sit. Igitur, vt ante alla-
των λόγοις· ἡ δηλαδὴ σκηνὴ ὃ ἅγιον σῶμα tis consentanea dicamus, tabernacu-
σημαίνει Χριστοῦ, καὶ ἵνα ὕστερον εἴπω, τὴν σύμπηξιν lum illud quod statuitur, corpus Chri-
τοῦ ἁγίου σκηνώματος αὐτοῦ, ὃν ὁ θεὸς ηὐδόκησε κατοικῆ- sti significat, atque vt ita dicam com-
σαι πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· ἀ- pagem pretiosi eius tabernaculi, *in quo* Coloss. 2.
νίσασθαι γοῦν ἐν ἡμέρᾳ κελεύει μιᾷ, καὶ τοῦτο *placuit inhabitare omnem plenitudinem di-*
δὲ μάλιστα σοφῶς τε καὶ οἰκονομικῶς, ἵνα λάβῃς τὸ *uinitatis corporaliter.* Statui porrò iubet
μιᾶς ἡμέρας τὸν αἰῶνα νοῆς τὸν ἐνεστηκότα, καθ' B in die vna, sapienti certè prudentique
ὃν καὶ μόνον γέγονεν ὁ θεσπέσιος νουμηνίας ὁ σωτὴρ consilio, vt per diem vnum illud tem-
ἕτερον ἀκόλουθον εἶναι φῶς, ἢ τὴν ἀναπλαττόμεθα pus intelligas in quo vno factus homo
λίαν τοῦ σωτῆρος ἐπιδημίαν, καθ' ἣν τὰ μὲν est. Neomeniam verò nihil aliud in-
ἀρχαῖα ἀπῆλθε, γέγονε δὲ τὰ πάντα καινά· telligere conuenit, quàm Saluatoris
νέος γὰρ ἡμῖν ἀνέδειξθη χριστὸς ὁ Χριστῷ τὸ μὲν aduentum quo renouamur, quo *vetera* 2. Cor. 5.
παλαιότητα τῆς νομικῆς λατρείας ἐξωθούμενος, *transierunt, & noua facta sunt omnia.*
εἰς νέαν δὲ καὶ καινὴν ἀναρρυθμίζων ζωὴν ὡς Nouum enim in Christo tempus appa-
τὴν θείαν ἡμῖν παιδοῦσαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πεπα- ruit, quod vetustate legalis cultus re-
λαιωμένους ἐκ ἁμαρτίας, καὶ ἀφθαρσίας γεγο- iecta in nouam nos vitam per doctri-
νόσι νέους ἐπιγνώμονας ἀναπλάττων εἰς δικαιοσύνης ἔρχλιν, nam Euangelicam reformat, sed & C
καὶ τὸ μὲν παλαιότητα καθαλύων τῆς ἐπισάκ- peccatis inueteratos, ac interitui pro-
του φθορᾶς, τῇ δὲ ἀφθαρσίας καινότητι καθα- ximos ad iustitiæ primordium reno-
φαιρούμενος τοὺς ἐκ πίστεως εἰς ζωὴν ἀναβιβα- uat, & vetustatem quidem aduentitiæ
ζόντας τὸν αἰώνιον. εἰ γὰρ ὁ Χριστῷ, καινὴ corruptionis destruit, ac immor-
κτίσις, καὶ ὁ γεγραμμένον. μικρὸν δὲ πρὸ τοῦ- talitatis nouitate fideles exhilarat ad
του, τὸν θεῖαν ἐγείρεσθαι σκηνὴν, ὅτε vitam æternam properantes. *Si quis* 2. Cor. 5.
τῆς ἕω τὴν ἑαυτῆς ἀναλάμπει ὁ κάλλος, ἀ- *enim est in Christo, noua creatura est,*
πονθάλλοντος ὥσπερ τοῦ χειμῶνος τὸν κατὰ φύσιν, D vt scriptum est. Mense autem pri-
ἐκθάλπεται δὲ μαλακῶς λαμπρότερος mo diuinum tabernaculum excitari iu-
ἤδη, καὶ καθαρωτέροις ἡλίοις ἡ γῆ, καὶ κυπαίροισι bet, quando detersa quodammodo
μὲν ἀμπελῶνες, ταῖς δὲ τῶν ἀνθέων διοσμίαις hyemis tristitia verni solstitij pulchri-
ὁ κηπουρὸς εὐτρυφᾷ, καὶ πανφόρῳ μὲν πεδία, τοῖς tudo elucet, & clarioribus ac puri-
δὲ τῶν ἀσταχύων ὀχμαῖς ὅλα φείδωσιν ἀρόυρα, oribus Solis radiis sensim tellus inca-
κατὰ ἵνας τῶν παρ' Ἕλλησι ποιητῶν· ὅτε παρ- lescit, vineæ florent, agricola florum
ῆλθεν ὁ χειμὼν, καὶ ὁ γεγραμμένον, ἐπορεύθη odoribus oblectatur, campi virescen-
δὲ καὶ ὁ ἐχθρὸς ἑαυτῷ, ὅτε τὸ τοῦ ἐφθασεν ὁ καιρὸς. E tibus herbis vestiuntur, & spicarum
Ταῦτα μὲν πρώτως νοήσῃς πνευματικῶς, καὶ χει- culminibus tota horrent arua, vt qui-
μῶνα μὲν σκληρὸν, καὶ ὑετὸν παρελθόντες, τοὺς dam Græcorum Poëtarum cecinerunt. *Quando transit hyems*, vt scri- Cant. 2.
ἐν δαιμονικῆς τυραννίδος ἐπισκηπτόντας πει- ptum est, *& pluuia recessit sibi: quan-*
ρασμοὺς, καὶ τὸν μὲν πρώτων πλεονεξίαν· λέλυ- *do putationis tempus aduenit.* Hæc au-
ται γὰρ ἐν τῷ δαιμόνων ἰσχὺς ἐν ἡμέρᾳ Χριστοῦ· tem omnia spiritali modo accipies,
ἥλιος δὲ ἡμῖν ἀνέτειλε λαμπρὸς, αὐτὸς δηλο- & hyemem atque pluuiam recessisse,
νότι κατὰ ὃν φησιν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, ἀνατελεῖ hoc est Diabolicæ tyrannidis tenta-
ὑμῖν ἥλιος δικαιοσύνης, τοῖς ἀπεψυγμένοις εἰς ἁμαρτίαν, τῇ τοῦ πνεύματος ζέσει καθαλπων tiones, & impotentem illum in om-
nes dominatum. Euersa enim est Dæ-
monum potestas in diebus Christi: no-
bis autem ortus est Sol lucidus, ip-
se nimirum, de quo Deus ac Pa-
ter ait: *Orietur vobis Sol iustitiæ,* Malach.
eos qui frigidi facti sunt in pecca- 4.
tum feruore Spiritus calefaciens in

iuſtitiam. Rurſus autem vineas intellectuales, & flores ſpiritales, ac præterea ſpicas ſanctos eſſe cenſebis, multiplici erga Deum pietate conſpicuos, & varios fructus virtutis edentes. Vt autem in ſummam contraham, ver vniuerſam terram veſtit floribus & herbis, prata nouo germine coronat: ſtipites infœcundæ hyemis iniuria diu arefactos repubeſcere facit, & gratiori facie reddita, ſolitis eos frondibus ac floribus ornat, efficitque vt naturæ frugibus agricola magnificè glorietur. Tale quid nobis etiam accidere comperiemus. Qui enim quondam arefacti eramus propter regnans in nos peccatum, & fructuum expertes ad ſalutem, refloruimus in iuſtitiam per Chriſtum, & fructum iam per fidem nouum ac recentem ſpirituum agricolæ proferimus: atque ita iure intelligimus quod per vnum ſanctorum Prophetarum tanquam ex perſona Chriſti dictum eſt: *Ipſe qui loquor adſum, vt ver ſuper montes.* Quid enim ver in montibus, hoc eſt vernum tempus præſtet, antea iam clarè diximus. Igitur in vna quidem die vtiliter iubet ſtatuere tabernaculum, quod typum Chriſti præ ſe ferebat, vt intelligas ipſum ſemel mortuum eſſe in vno hoc præſenti tempore. Nequaquam enim iterum naſcetur, neque denuò morietur, qui natus ac mortuus eſt ſemel, & reſurrexit à mortuis. Neceſſe enim eſt vt mortem ſequatur reſurrectio, quæ conſtructio quædam eſt ſancti illius tabernaculi. In neomenia verò, quia nouum nobis in Chriſto eſt ſeculum: quæ enim ſunt in ipſo, noua creatura ſunt. Primus autem menſis aſſumitur, naturæ humanæ ex morte & corruptione ad vitam & immortalitatem renouationem ſignificans, & à ſterilitate ad fertilitatem tranſitum, & præteritam Diaboli tyrannidem, hyemis inſtar elapſi demum atque repreſſi. Præterea nobis alio modo typicè Emmanuelem oſtendit dicens: *Et pones arcam teſtimonij, & teges arcam velamine.* In ſuperioribus enim totius quodammodo arcæ figurâ Verbum comprehendimus. Erat enim domus Dei inhabitantis in ipſa, nimirum ſanctum Chriſti corpus: ſed nihilominus idem nobis quoque per arcam peculiariter deſignatur. Ex li-

Eſa. 32.

A εἰς δικαιοσύνην· ἀμπέλους δὲ πάλιν τὰς νοητὰς καὶ αὖ τὰ πνευματικὰ, καὶ ἀσταχύας ὅτι τούτοις, τοὺς ἁγίους νοήσῃς, πολυτρόπῳ τῇ εἰς Θεὸν εὐσεβείᾳ διαπρέποντας, καὶ πολυφόρῳ τῆς ἀρετῆς ἀναβρύοντα καρπόν· εἰπεῖν δὲ ὡς ὁ σωτὴρ μοι λοιπὸν ἀναλήψομαι· αὐξομένου ἔαρ, ὁ χλοηφορῶν μὲν ἅπασαν τὴν γῆν στολίζει τοῖς χλοῖς, καταστέφει δὲ νέοις τοὺς λήμωνας βλαστοῖς, καὶ τὰ πάλαι ξηρὰ διὰ τοῦ χλωροῦ ἀφόρητον

B ὕβριν αἰσθάνεται ἀναπαύει, καὶ ὡσεὶ ὕψει ἀγλαΐσματα ἀμείνονα, καὶ φύλλοις μὲν τὴν σωτηρίαν περιβαλλόμενα ζηλωτὴν ποιεῖ, καρποῖς δὲ τοῖς κατὰ φύσιν φιλοτιμεῖται τὸν ἐφεστῶτα γηπόνον. τοιοῦτόν τι καὶ ἐφ' ἡμῖν γεγονὸς μυστήριον διηγησόμεθα· οἱ γὰρ πάλαι ξηροὶ διὰ τοῦ ἐφ' ἡμᾶς βασιλεύσαντος ἁμαρτίας, καὶ καρπῶν ἔρημοι τῷ εἰς ἁμαρτίαν, ἀναλαμβάνομεν εἰς δικαιοσύνην διὰ Χριστοῦ, καὶ τὴν διὰ

C πίστεως ἤδη καρπὸν ἀρτιφανῆ τε καὶ νέον τῷ θεῷ πνεύματι γηπόνῳ προσκομίζομεν. ὥστε τε νοοῦμεν εἰκότως ὃ δι' ἑνὸς τοῦ ἀγίων προφητῶν εἰρημένον, ὡς ἐκ προσώπου Χριστοῦ, αὐτὸς ὁ λαλῶν πάρειμι, ὡς ὥρα ἔαρ τοῦ ὀρέων. τὰ γὰρ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἴδιόν ὥρα, τοῦτ' ἔστιν, ὁ ἐαρινὸς ἐρχάζεται καιρὸς, προλαβόντες ἤδη σαφῶς εἰρήκαμεν. ὁπόταν οὖν ἐν μιᾷ μόνῃ ἡμέρᾳ προστάττῃ χρηματίσαι, τύπον ἐπέχουσαν τοῦ Χριστοῦ, ἵνα νοῇς ἐπ' αὐτῷ, ὃ ἅπαξ ἀποθανὼν ἐν ἑνὶ τούτῳ τῷ παρόντι καιρῷ· γεννᾶσθαι γὰρ εἰσαῦθις

ρωμένως τοιαῦτα σημεῖα ποιῶν, εἰ μὴ Θεὸν ἔχοι μεθ' ἑαυτοῦ, πρὸς τὸν ὄχλον μαθεῖν, τοῦτο σοφῶς εἰρηκότος τοῦ ἀρχιερέως μακρεῖα δυσὶ ἡμισυ. σκυθρωπάζουσι τοίνυν πρὸς τὸν ὄχλον τῆς Ἰησοῦ, ἵνα πληγέντες πως ἐπάρσεως σὺν ἐκείνοις ἀπέχληνται. δηλοῖ γὰρ αἰσχύνην ὁ σκυθρωπὸς ἐν τοῖς τοιούτοις ἠρεμεῖν. ὡς οὖν ὅτι τοιούτῳ λελυπημένῳ, διὰ τὸ πάλαι τὸ ἴσον ὑβρεῖν αὐτοῖς ἐμφανῶς μὴ ἔτι, λόγοις δὲ τοῖς ἐκ νόμου ὁ πιθανὸν ἔχοισιν, καὶ ἀσφόδρα γυμνοῦν αἰτιάσασθαι τὸ ἀναναίτητον. τῷ γὰρ νόμῳ, φησὶν, ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ζητουμένων προσήκει ὁ μὲν ἐκ ζητήσεως ἀκριβῶς, καὶ σαφῶς, εἰ γέγονε τὸ πρᾶγμα τοῦτο, τοῖς δικάζουσι λέγοντος, προσαλοῦς καταγείρετε τοὺς ἔτι κεκλημένους εἰς κρίσιν, καὶ πρὶν ἢ τὸν πᾶν ἐκείνων ἀκοῦσαι ῥήμασι, προχείρως τάττω ἔτω τὸ ψῆφον ἐπάγετε. ὑμεῖς οὖν ὁρᾶ φησὶν, οἱ δηλήσεσθαι ἐπάρσεως καταφρονοῦντες τὸν νόμου. γέγραπται γὰρ, ἐπικατάρατος πᾶς ὃς οὐκ ἐμμένει τοῖς γεγραμμένοις εἰς τὸ βιβλίῳ τοῦ νόμου τούτου τοῦ ποιῆσαι αὐτά. δι' ὧν δὲ πάλιν ἀναναγκτεῖ καταδικάζοντων τὸν δήμου τοῦ Φαρισαίων δηλῶν μόνον ὁ θαυμάσας τοῦ Ἰησοῦ, δῆλος ἦν εἶναι τοῖς πιστεύουσι συναιρόν. αἰδοῦ μὲν γὰρ ἔτι νοσῶν ὑπόζημιον, ὅπως κερδάσας τὸ ζῆλος τὸ παῤῥησίαν, γυμνοῦ ἔχ ὁρᾶσθαι τὸ εὐσεβῆ αὐτῷ πίστιν ἐφίησι, σκυθρωπῷ ἢ ὥσπερ ἀμφίῳ τῇ ὑπακοῇ προσβαλών, καθάπαξ πως ἔτι σκιαγραφοῦν Χριστῷ χαλεπὸν δι' οὖν ὅμως νόσημα νοσῶ. χρὴ γὰρ πιστεύειν ἀνυποστόλως, κεκυρωμένους μᾶλλον, ἢ ὥσπερ αἰσχυνομένους, καὶ δεδραπὴν μὲν παῤῥησίαν ὑπιτηδεύοντας, ὑπόκρισιν δέ τε προβαλλομένους τὸ δουλοπρεπῆ δηλῶ γάρ τοι τοῦτο καὶ ὁ σοφὸς ἀνωτέζετο Παῦλος, ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον δεῖ εἶ τὸ ὀρθοτομοῦντα τὸν ἀληθείας τὸ λόγον. καὶ αὐτὸς δέ που φησὶν ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀρετὴν δεδραλάμπουσάν ὑπιδεικνύς· ὃ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον, δύναμις γὰρ Θεοῦ ἐστιν εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι. λέγοντι τοίνυν· ἐγὼ γὰρ αὖθις ἀναλαβών· πρὸς ὁ τῶν Νικοδήμου λόγος· ὅτου γὰρ χάριν τοῖς τῶν Φαρισαίων φωναῖς αὐτὸς μήτε προσῆκεν μόνος λέγων, καίτοι πολλοὺς ἐχόντων καὶ ἑταίρους τὸν μιαφόνου συρήματος; ἀλλ' ἔστι δῆλον παντὶ τῷ λοιπὸν, ὡς ἐπίσης τοῖς θαυμάζοισι τὸν Χριστὸν, σωφρονίσαι μὲν ὡς, ἐπαρθέντας δὲ παραφανῆναι τοῖς οἷς ἦκεν ἐχθρῶν δικαίως ἐπάρασθαι τὸν θεόν.

Ἀπεκρίθησαν, καὶ εἶπον αὐτῷ· μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ; ἐρεύνησον, καὶ ἴδε ὅτι ἐκ τῆς Γαλιλαίας προφήτης οὐκ ἐγήγερται.

v. 52. *Responderunt, & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta non surgit.*

Cum sis Iudæus, inquiunt, & indigena, cur Galilæorum ignorantiam sybis, & cum iis qui res nostras prorsus nesciunt absurdam opinionem sectaris? Iam cum in sacris literis Legisque præceptis haud mediocriter sis versatus, cur te præterit, inquiunt, non esse Prophetam ex Galilæa expectandum? Eò spectat sermo Pharisæorum. Rursus autem aduertendum est, quòd cùm plebem respuant ceu ignaram eorum quæ scire oporteat, eámque ob multam insciti am aspernentur, ac superbè indoctam appellent, ipsi peiore laborare insciti a deprehenduntur, nec vllo modo ab eius ignorantia differre. Plebs siquidem acceptis Christi miraculis, & fide sensim in eum collecta, modò quidem aiebat: *Christus quum venerit, nunquid plura signa faciet, quàm quæ hic facit?* modò rursus à tam recta abducti sententiâ in sola Nazareth fallebantur quæ Galilææ adiacet, vbi educatum esse Dominum sacra prodit Scriptura, proindéque aiebant, Nunquid Scriptura dicit, quòd ex semine Dauid, & à pago Bethleem, vbi erat Dauid, Christus venturus sit? Principes verò in plebeculæ insciti am effusè cachinnantes, eamque proinde maledictam vocantes, nihilo magis illâ sapiunt. Ecce enim ipsi dicunt, *Scrutare, & vide quia à Galilæa Propheta non surrexit.* Quibus merito quis dixerit.: O qui nemini ignorantia conceditis, rudes & asperi, vbi vestri supercilij fastus, vbi sapientiæ vestigium in vobis? vbi illa quæ deceat peritos Legis intelligentia? Nihil enim ambigere oportuit de Christo, sed potius Deo credere dicenti de hoc ad Mosem: *Quia Prophetam suscitabo eis ex fratribus eorum, sicut te.* Illud verò, *ex fratribus eorum*. quî potest non esse ex Iudæis, & ex Hierusalem? Alioquin vobis quærendi non sunt foris accusatores, ipsi per vos ipsos satis stuporem vestrum proditis. Cum enim Saluator noster Christus doceat atque apertè dicat, *Ego de cælo descendi, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me*, crudelia tùm omnino machinati estis, additóque non mediocri furore, rursus dixistis, *Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos patrem & matrem nouimus? quomodo*

Ioan. 7. 31

Deu. 8. 15

Ioan. 6.

Idem. 6. 42.

Ἰουδαῖός, φησιν, ὑπάρχων, καὶ αὐτόχθων, πόθεν Γαλιλαίων ἀπειρίαν ὑπεύθυνος, καὶ τῆς ἀγνοίας πάντελὼς τὰ ἡμέτερα συνεκμαθὼν ἐκτόπως. ὁμιλήσας ὅτι μάλιστα τοῖς ἱερωτάτοις γράμμασι, καὶ τοῖς ἐκ νόμων διδασκάλοις ὑπάρχων ἀπειρῶν, πόθεν, οὐκ ἔγνως, φησὶν, ὡς οὐκ ἔστι προφήτην ἀναδοκᾶν προφήτην ἐκ Γαλιλαίων; σκοπὸς μὲν οὖν τοῖς τῶν Φαρισαίων λόγοις ἐνυπάρχει τοιοῦτος· ἀληθὲς δὲ πάλιν ἐκεῖνο· οἱ γὰρ τοὺς ὄχλους ὡς εἰδότας ἀναδεῖν ὧν ἐγχειροῦσι διαπτύοντες, καὶ ὅτι πολλῆς λίαν ἀμαθίας καταγνώμονες, καὶ βαμμοσαπρόμυθοί τε, καὶ ἀπαγδόβιτοι ἀποκαλοῦντες ὑπερφυῶς τὴν χεῖρω κοσμοῦντες ἀλίσκονται, καὶ τὴν ἐκείνων ἀπειρίας κατ' ἀνάγκην ἐπιτρέποντες ἔχειν. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ τὰ δι' Χριστὸν λεγόμενα θαύματα, καὶ συλλέγοντες ἤδη πως κατὰ βραχὺ τὴν εἰς αὐτὸ πίστιν, ποτὲ μὲν ἔφασκον· ὁ Χριστὸς, ὅταν ἔλθῃ, μή τι πλείονα σημεῖα ἐκείνου ποιήσει ὧν οὗτος ἐποίησεν; ποτὲ δὲ πάλιν τὸ ὅτως ὀρθῶς ἐξελκόμενοι γνώμης, ἀπὸ μόνης ἐσφάλλοντο τῆς Ναζαρὲθ πρὸς τὴν Γαλιλαίων κατάνευσιν, ἐν ᾗ τεθράφθαι τὸν κύριον λέγεια διαρρήδην γραφή. ἔφασκόν τε διὰ τοῦτο, μὴ γὰρ οὐκ ὁ Γαλιλαίας ὁ Χριστὸς ἔρχεται; ἀλλ' ἡ γραφὴ εἶπεν ὅτι ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου καὶ Δαβὶδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται; οἱ δὲ πλατὺ γελῶντες ὅτι τοῖς τῆς δήμου ἀπαγδοβίοις, ἐπιδεεῖς δὲ διὰ τοῦτο λαλοῦντες αὐτοὺς, τὴν ἐκείνων ἀγροίας οὐκ ἠσθάνοντο ἐμμένοντες. ἰδοὺ γὰρ καὶ αὐτοί φασιν, ἐρεύνησον, καὶ ἴδε ὅτι οὐκ ἐκ τῆς Γαλιλαίας προφήτης οὐκ ἐγήγερται. εἶπον δ' ἂν ἐγὼ πρὸς αὐτοὺς ὅτι τούτοις δύλογος κεκινημένῳ, ὧ ὅ νικᾶν ὀφείλουσα ἀπαγδοβία προδεχομένους σοφοὺς, ἄτυκτοι, καὶ σκληροὶ, πολλῆς τῆς ὑμετέρας ἀφρύος καύχημα σοφίας ἴχνος ἐν ὑμῖν; πολλὴ δὲ τοῖς νομομαθέσιν ἡ παρέπουσα στύφεσις; ἐγὼ γὰρ ἐνδοιάζειν ἐγχειρῶ ὅτι πᾶν σωτῆρι Χριστῷ, καταπείθεσθαι ἢ μᾶλλον ὅλως αἰσθανομένοις τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ λέγοντι πρὸς αὐτὸν πρὸς τὸν ἅγιον Μωσέα, ὅτι προφήτην αὐτοῖς δικάσω ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ὡσπερ σε. ὃ δὲ, ἐκ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, πῶς ἐγὼ πάντως εἶναι χρεών ἐκ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ὄχι Ἱερουσαλήμ; ἀλλ' ὡστε τὸν μὲν ἀγαθὸν οὐ δεήσεσθε κατηγόρων, αὐτοὶ δ' ἑαυτοῖς ἀσυνέτως ἐξελεγχθήσεσθε. διδάσκοντος μὲν γὰρ τὸν Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, καὶ διαρρήδην εἰπόντος ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με· πρὸς μὲ τότε διελογίζεσθε, ἀγανῶν δὲ τοῦτο τὸ μίσος ἀποδίδοντες, ἐλέγετε πάλιν, οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσὴφ, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέ-

ρα; πῶς νῦν λέγετε ὅτι ἐκ τῆς ἀνωθεν καταβέβηκε; A
ἢ ὑμεῖς ὡμολογήκατε εἰδέναι σαφῶς τὸν Ιωσὴφ
τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα, ἥτις που πάντως τὸν
υἱὸν ἀπὸ ῥίζης ὅπερ ἐστὶν ἐξ Ισραὴλ· πῶς οὖν Γαλι-
λαῖον εἶναι φατὲ τὸν ἐξ Ιουδαίων; πῶς ἀλλογενὴς ὁ
ἐξ Ισραὴλ; ἀνὴρ γὰρ ὃς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ τεθραμμένος
χώρᾳ, καὶ χρόνους ἐνδιατρίψας ἱκανούς, τοῦτο δὲ πάν-
των, καὶ τῶν ἡμῶν ἐξέτασιν, καὶ τὸν ἐξ Ισραὴλ, ἐπεὶ ὃ
κωλύον ἐστὶν Ιουδαῖον εἶναι ὁ ἡμῶν τὸν ἐκ Γαλι-
λαίας ὁρμώμενον, εἰ ποθὲν τὴν Ιουδαίων ἀφίκοι- B
το χώραν. εἰκῇ οὖν ἀρα ὃ λέγει τοὺς οἰηθέντας
Φαρισαίους περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, ὅτι
ἐκ τῆς Γαλιλαίας προφήτης οὐκ ἐγήγερται. μᾶλ-
λον γὰρ ἔδει ζητεῖν πῶς δὴ εἴη Γαλιλαῖος ὁ ἐξ Ιου-
δαίων, ὅτου τε λοιπὸν σύνοιδε τὸν ἐκ Ναζαρὲθ ἀ-
ναστρεφόμενον, καὶ μὴ ἀφ' οὗπερ τῆς πίστεως ἀπορραίνειν.
ὑποπτευτέον δὴ πάλιν ὡς ὑδαμόθεν ἔχοντες ὑπο-
σκήπτεσθαι τοῖς θαύμασι τοῖς παρ' αὐτοῦ, κρύφα ποθὲν
ἀκροπάτου ἠκηκοότες δυσμένειαν, ἀπὸ μόνης αὐ- C
τῆς λέξεως τοῦ χώρου, ἐπεὶ καθ' ἑαυτὸν οὐκ ἦν Γαλιλαίας
καὶ τὴν εὐσέβειαν αὐτοῖς ὑποπτεύοντες. λελυμένης οὖν
ἀρχὴ τῆς ἐντεῦθεν αὐτοῖς ὑποψίας, ἡ πίστις αὐτῆς
λοιπὸν οὐκ ἀμφίβολος εἶναι πόθεν σοφοί.

nunc ait de cælo descendi? Cuius itaque apertè confessi estis nosse vos patrem & matrem, noueratis vtique hunc esse ex radice Israel. Quomodo igitur Galilæum hunc esse dicitis, qui ex Iudæis est? quomodo alienigena, qui est ex Israel? Nam educatum esse in regione Galilææ, ibique aliquo temporis spatio commoratum esse, id non prorsus eum excludit, quominus ille qui ex Galilęa venerit sit genere Iudæus, si in Iudæorum regionem aduenerit. Pharisæos ergo qui sibi sapere videntur, stultum est dicere de Seruatore nostro Christo, quòd ex Galilæa Propheta non surrexit. magis enim quærere decuit quo pacto Galilæus esset, qui ex Iudæis esset, sicque deinceps animo perpendere educationem quæ fuerat in Nazareth, nec propterea fidem abiicere. Obseruandum est verò rursus cum nulla ex parte miracula eius, licet summo instigati odio, reprehendere possint, à sola regione illi contradicere, suspicantes eum esse Galilæum. Quare sublata inde omni suspicione fides citra controuersiam & dubitationem erat, si tantillum sapere potuissent.

Πάλιν οὖν ἐλάλησεν ὁ Ιησοῦς αὐτοῖς λέγων, ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου.

cap. 8. v. 12. *Iterum ergo loquutus est eis Iesus, dicens, Ego sum lux mundi.*

Ὡς καθ' ἑλέγομεν πρέποντα τοῖς περὶ τὴν ἑορτὴν γε-
γραμμένοις πεποιῆσθαι τὸν λόγον τὸν Ιησοῦ, ὅτε κατὰ
τὴν ἐσχάτην ἡμέραν εἰστήκει βοῶν, εἴ τις διψᾷ, ἐρ-
χέσθω πρὸς μέ, καὶ πινέτω· ἐπειδὴ χαρμάρρους ὁ
Μωσέως διεμέμνητο λόγος· οὕτω δὲ νῦν ὑπὸ καιρῷ
ταύτην ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν, καὶ τῇ τῶν πραγμά-
των φύσει χρεωστουμένην. ὅπερ γὰρ σύνοιδε φερόντως τοῖς
ὄχλοις ἐπιτάττον τοὺς διδασκάλους, καὶ τοὺς ἡγουμένους
τοῖς ἡγουμένοις νοσοῦσι τὰ πολλὰ πλήθη, μιᾷ τῇ
εἰκαίᾳ νυκτὶ τῆς ἀμαθίας περιεστοιχισμένους, καὶ ζη-
τοῦντας μὲν ὑπ' ἐπιχθονίου τὸ ἐπ' αὐτοῖς μυστήριον, διεί-
σοντας δὲ τὸ πολὺ πάνυ σκότος, τὴν αἰτίαν ὥσπερ τὴν D
ἐνοῦσαν αὐτοῖς ἀσυνεσίας εἰς μέσον ἄγει, βοῶν· ἐγώ
εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ἅπαντας, φησὶ, τῆς ἀγίας
ἰόντες γραφῆς, καὶ τὰ ἐπ' ἐμοὶ δηλοῦντα προφητῶν εἰ-
ρηκότα βασανίζετε οἰόμενοι, πολὺ τῆς ὁδοῦ τῆς ζωῆς
διημαρτηκέναι. καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· οὐ γάρ ἐστιν ἐν
ὑμῖν ὁ τὰ κεκαλυμμένα μυστήρια, καὶ πάντα κατα-
φωτίζων τὸν κόσμον ἥλιος δίκην εἰς τοὺς τὸν διχομέ-
νων αὐτὸν καταλάμπων καρδίας. τὸν γὰρ ἔχοντα
φῶς ἐν ἑαυτῷ τὸ θεῖον καὶ νοητὸν ἀνάγκη πάν-
των ἐν σκότει περιπατεῖν, καὶ πολλοῖς ἀφ' οὗπερ

Quemadmodum dicebamus Iesum verba fecisse congruentia cum his quæ de festo scripta sunt: cum videlicet vltimo die stetit clamans, *Si quis sitit veniat ad me, & bibat*: quia in effato Mosis mentio torrentis erat: ita nunc quoque valde opportunam & qualitati naturæque rerum debitam dat expositionem. nam quia insanientes videbat cum plebe ipsos doctores, eademque velut ignorantiæ nocte & caligine obsitos, & conantes mysterium de eo quærere, sed nihil tamen planè proficientes, ipsorum stuporis & tarditatis velut causam in medium affert vociferans, *Ego sum lux mundi*: omnem, inquit, percurrentes Scripturam, & dicta Prophetarum de me examinare diligenter vos rati, multum à via vitæ deflexistis: neque mirum, cum non sit in vobis qui reuelet mysteria, & omnem mundum illuminet instar solis, in excipientium eum corda irradians. Alioqui necesse est vt qui non habeat in se lumen diuinum & intelligibile, omnino in tenebris ambulet, & sic in magnas

absurditates impingat. Quòd autem vnigenitus sit lux natura suâ, vt qui ex luce secundum naturam, Deo videlicet ac Patre effulserit, in primo libro fusè ostendimus, prępposito dicto, *Erat lux vera*. Obseruandum porrò, cum se dicere lucem, nõ peculiariter aut definitè Israelitarum, sed vniuersi mundi, idque hanc ob rem ait esse verissimum. Ipsum enim esse dicimus, qui toti naturæ lucem immisit intelligibilem, & velut aliquam sementem omni homini ad ortum vocato conuenientem inserit intelligentiam, iuxta id quod dictum est de illo: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Quanquam altius quiddã latere in verbo existimo. Nam nisi dictum tale quid in se habeat, satis erat dicere, Ego sum lux: quia verò *mundi* adiecit, tale quid innuere velle reor. Erat in sola Iudæa notus Deus, & in solo Israel magnum nomen eius: reliquam terram alta quædam tegebat caligo, nemine in mundo diuinam & cælestem lucem habente præter vnum Israel. Sed tunc tẽporis tanquam vniuersis simul gẽtibus in hoc mũdo à cognitione Dei seclusis, seorsimque suum locum tenentibus, genitus est populus Domini, pars eius, funiculus hæreditatis eius Israel: sic rursus in vniuersum orbem sole intelligibili inuecto, & lumine Israelitis decedente, gentibus verò appellente, extra vniuersa Israel repertus est. Quippe dum expectant lucem, factæ sunt illis tenebræ, iuxta id quod scriptum est, operientes lucem, in nocte ambulauerunt. Non est igitur de nihilo quod Seruator Pharisæos alloquens ait, *Ego sum lux mundi*. Eleganter enim minatur se discessurum ab Israel, translaturum in vniuersum mundum suam gratiam, & aliis iam cognitionis Dei radios expansurum. Sed animaduertendum est quomodo apud audientes cum homo cernatur, & in carne, non dicat, *in me est lux*, sed, *Ego sum lux*, ne quis in duos filios diuidat Christum
1.Cor.8.9 post Incarnationis dispensationem. *Vnus enim Dominus* IESVS CHRISTVS, vt Paulus ait, & ante carnem, & cum carne, & vnus ac solus in veritate Filius ex Deo Patre Verbum: & quando factus est homo, nequaquam mutilatum fuit illud quod ex muliere assumpsit templum: eius enim proprium corpus, omninoque diuidere Christum post Incarnationem secundum filiationis rationem,

A ἐκδεικνὺς λέγει τοῖς ἀποπήμασιν. ὅτι ὁ φῶς κ᾽ φύσιν ἐστὶν ὁ μονογενὴς, ὡς ἐκ φωτὸς τοῦ κ᾽ φύσιν αἰαλάμψας τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἐν ᾧ μακρῷ νῦν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ, ῥητῷ προτεθέντος, ὡς τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. ἀξιόπιστον δ᾽ πάλιν ὅτι φῶς ἑαυτὸν εἶ φησιν οὐκ ἰδίως ἢ ἀφωρισμένως τ ἐξ Ισραὴλ, ἀλλ᾽ ὅλου τ κόσμου, καὶ προσῆμα μὴν ἐκ τούτου φησὶν ἀληθέστατον. αὐτὸν γὰρ εἶ φαμὲν τ ὅλῃ τῇ φύσει τὸ νοητὸν ἐκλάμπειν φῶς, κ᾽ ὥσπερ τινὰ σπέρματος καταβολὴν πάντι τῷ κεκλημένῳ προς ἡμέραν τ ἀνθρώπων προφέρουσάν ἐστι σύνεσιν, κ᾽ τὸ εἰρημένον περὶ αὐτ. ἰδοὺ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τ κόσμον· πλὴν οἶμαί τι ἐν λόγῳ εἶ καταχεῖσθαι πικρόν. εἰ γὰρ μή τι τοιοῦτον ὠδίνει εἰρημένον, ἔδει μόνον εἰπεῖν, ἐγώ εἰμι τὸ φῶς. ὅπερ ἢ τ κόσμου προσέθηκεν, εἶμαι δ᾽ τι τοιοῦτον αὐτὸν ἐπαμύνεσθαι κ᾽ νῦν ἐθέλει. ἰδοὺ μὲν γὰρ ἐν μόνῃ τῇ Ιουδαίᾳ γνωστὸς ὁ Θεὸς, ἐν μόνῳ ἢ τῷ Ισραὴλ μέγα τ ὄνομα αὐτ, βαθεῖς δὲ ὥσπερ τ ἑτέραν ἅπασαν γῆν κατεπίμπλα σκότος, οὐδενὸς τ ἐν τῷ κόσμῳ τ θεῖόν τε κ᾽ ὑγρὸν ἔχοντος φῶς, πλὴν ὅτι μόνου τ Ισραὴλ. ἀλλ᾽ ὥσπερ τ πλοίοις δὲ πάντων ὁμοῦ τ ἐθνῶν τῶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ τῆς γνωστοῦ ἐξωκισμένων, κ᾽ ὥσπερ ἐν ἰδίᾳ τινὶ τάξει κειμένων, ἐλαχεν ὁ Θεὸς κύριος, μερὶς αὐτ, κλῆρος κληρονομίας αὐτ Ισραὴλ. οὕτω πάλιν ἐφ᾽ ὅλον τ κόσμον ὑ νοητῦ μεταβάντος ἡλίου, κ᾽ ἀπάραντος μὴν τ ἐξ Ισραὴλ τὸ φωτὸς, μεθορμίζομαί γ᾽ πως ἐπὶ τοῖς ἔθνεσιν, ἐξῶ τ ὅλων ὁ
D Ισραὴλ νῦν εἰσκεκ. ἀπειλοῦμενᾶτων γὰρ αὐτῶν φῶς, ἐγένετο αὐτοῖς σκότος, κ᾽ ὃ γεγραμμένον. μέλλοντες αὐχεῖν ἐν ἀφεσίᾳ προεπατήσαμ. ὑ μάτην οὖν φησὶν ὁ σωτὴρ τοῖς Φαρισαίοις προσλαλῶν, ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τ κόσμου· ἀπειλῇ γὰρ δίκαιος ὡς ἐπομασήσεσθαι μὴν τῷ Ισραὴλ, μέλλοντος ἢ τ χαλεπὸν ἐφ᾽ ὅλον ἤδη τ κόσμον, καὶ ἐφαπλώσει λοιπὸν ἑτέρους τινὰς τ γνωστοῦ ἀκτῖνας. ἐπιτηρητέον ἢ ὅπως, καὶ τοι πρὸς τοῖς ἀκροωμένοις αὐθεντικὸς τὸ ῥῆμα, κ᾽ μὴ σαρκὸς, οὐκ
E ἐν ἐμοί φησι τὸ φῶς, ἀλλ᾽ ἐγώ εἰμι, ἵνα μή τις εἰς ἐμὲ δυάδα σχίσῃ μίαν Χριστὸν μὴ τ σχὰς τ σωματοποιίας οἰκονομίαν· εἷς γὰρ κύριος Ιησοῦς Χριστὸς, ὡς ὁ Παῦλός φησι, κ᾽ πρὸ σαρκὸς, κ᾽ μὴ σαρκὸς, καὶ εἷς, ἐν μονογενὴς ἀληθείᾳ υἱὸς ὁ ἐκ Θεοῦ πατὴρ λόγος, καὶ ὅτε γέγονεν ἀνθρωπος οὐκ ἐν μέρει τεθέντος τοῦ ἐκ γυναικὸς ληφθέντος ναοῦ· αὐτὸ γὰρ ἔσχεν τὸ σῶμα, κ᾽ ὃ σχετὶ μὲν ὅλως μὴ τ σαρκωσιν, κατὰ γε τ τ ὑποστατικὸν λόγον, δυσφη-

μίας ὅλης ἀμοιρές. πλὴν ἰστέον, ὅτι καὶ σὰρκα λέγοντες, ὑ μόνῃ σαρκὶ περιβεβλῆσθαι φαμὲν τὸν τῦ Θεοῦ λόγον, ἀλλ' ὁ τῇ τῆς σαρκὸς ὀνόματι τὸν πάντα δηλοῦμεν ἄνθρωπον.

piaculo non vacat. Sciendum tamen quòd quamuis incarnatum esse dicamus, non sola carne indutum significamus Dei Verbum, sed in carnis nomine omnem denotamus hominem.

Ο ἀκολουθῶν ἐμοὶ, ὑ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς.

Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

Υποπίπτει πάλιν αὖθις πρὸς ἀκρόασιν ὁ λυτελῶς θεραπεῦσαι φιλῶν, καὶ παιδαγωγίας μᾶλλον ἐπιλέγων τοῖς αὐτῶν δόγμασιν, ἢ πᾶσι σφῶν αὐτοῖς ἀμαθίας ἀκολουθεῖν ἐλευθέρους, καὶ αὐτῆς τ' αἰωνίου περιφανῶς ζωῆς. ὅσον γ' πιστεύουσι αὐτῷ μεγονόσι προσοίσειν τὸ ὠφελεῖν, ἐπιδείκνυσιν, ἐπεὶ περ ὅτι καὶ φύσιν ἀγαθὸς, καὶ πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν. ὅπερ γ' ἤδη πάλιν αἰνιττόμενος ὡς Θεὸς, εἰκόνι παραγμῷ ἐρμηνευτέρᾳ συναναπλάττει τ' λόγον, καὶ ἐκ τῶν προγόνοις συμβεβηκότων, ὅτι πρὸς πολλῆς αὐτοῖς ὠφελείας ἠμέσπασε τὸ ἀκολουθεῖν ἐθέλειν αὐτῷ, διηγορεύει σαφῶς. γέγραπται γοῦν ὡδὶ πῶς ἔχ Ισραὴλ, ὅτι καὶ ἐπήγασεν αὐτοῖς ἐν νεφέλῃ ἡμέρας, καὶ ὅλην τ' νύκτα ἐν φωτισμῷ πυρός. ὅτε γὰρ τὴν πλατεῖαν διεβάδιζον ἔρημον, πρὸς τ' τ' ἐπαγγελίας εἰσπέχοντες γῆν, νεφέλη μὲν αὐτοῖς ἐν μέρει τ' ἡλιακὴν ἀποθαλάττουσα φλόγα καὶ βούλησιν δηλονότι τ' θείαν, ὁρᾷ δίκην ἐπήρτητο· σύλεος δὲ ἡγεῖτο πυρὸς τ' νυκτὸς μαχόμενος σκότει· καὶ προσελαύνοντι καθαπολουθοῦντες πυρὶ, τὸ πλανᾶσθαι διέφυγον, καὶ κατευθὺ τ' δι' ἥλιος ἐφέροντο γῆς, οὐδὲν ὅλως νυκτὸς, ἢ σκότους φέροντίζοντες. ὅπως ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ, τοῦτ' ἔστιν, ὁ κατ' ἴχνη βαίνων τῆς ἐμῆς διδαγμῷ, ἔσται μὴ ὁδεύων ἐν σκότει, τὸ δὲ φῶς τ' ζωῆς ἐποκερδήσῃ, τοῦτ' ἔστι, τὴν ἐπ' ἐμοὶ μυστηρίων πίστιν ἀποκάλυψιν χρέος ἀγωγεῖν δυναμένην αὐτὸν εἰς ζωὴν τ' αἰώνιον. τεχνίτης δὲ πάλιν εἰς λόγους ὁ κύριος, ἀλλοιοῦντας προσπερίπτῃ μὴ ὁδεύοντας ἀπὸ τοῦ γυμνότερον λέγειν ὅτι καὶ μένουσιν ἐν σκότει, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἀπειθείας ἐν τοῖς ἀνήξονται· ἔφη γ' πάλιν ἑτέρῳ τοῦτο λέγων δι' εἰσκεται μεταφρέσας ὅπως ὁ χρηστότερον τ' λόγου τ' δυναμιν. δι' ὧν γὰρ ἐν θάδε τῷ αὐτῷ καλοκαλουθεῖν ἠρημένῳ ἕξειν τὸ φῶς τ' ζωῆς ἐπαγγέλλεται, ταῦτα τούτων αὐτοῖς ἐναντιοῦται δηλοῖ περιεσαλμένως, ὡς ὁ ἐναντίως πεπαιτυμένοις, καὶ φωτὸς ἔξοισιν ἐρημίαν τῆς πρὸς ζωὴν αὐτοῖς ἀπαχθείσης ἰσχύοντος. ἢ γὰρ ὑ πᾶσι καταφανὲς, καὶ ἀναμφιλόγως παραδεκτὸν, ὅτι τοῖς βίου μεῖον ἀποφύγοισι συμβαίνει ἀναίσχυντον ὅ ἐναντίον; ἵνα οὖν

Vndequaque cohortatur eos ad salutaria capessenda, & mandatis eius obsequendum potiùs quam in sua ipsorum cęcitate manentibus ęterna vita carendum. Porro ei credentibus quanta sit accessura vtilitas demonstrat. Est enim naturâ bonus, & omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem venire veritatis. Cæterum quia vt Deus nouerat illos rursus contradicturos, antiquiori rerum imagine sermonem adumbrat, atque ex iis quæ maioribus acciderunt, clarè pronunciat è re ipsorum futurum maximè, si eum sequantur. Scriptum igitur est de Israelitis, eos interdiu nube deductos fuisse, tota verò nocte in illuminatione ignis. Nam cum solitudinem peragrarent, in terram promissionis pergentes, nubes interdiu Deo ita volente solis æstum retundens, tecti alicuius instar eorum capitibus imminebat: nocte verò columna ignis cum tenebris pugnans eos deducebat, cúmque præuium & ducem ignem sequerentur, nullo modo aberrabant, sed rectà in terram promissam ferebantur, nihil noctem aut tenebras curantes: Sic qui sequitur me, hoc est vestigia meæ doctrinæ insistit, nusquam in tenebris erit, sed lumen vitæ lucrabitur, nimirum mysteriorum de me reuelationem, quæ potis sit eum ad æternam vitam perducere. Cautus autem sermonum artifex Dominus iam tumentes & efferatos Pharisæos non irritat, nudè & simpliciter dicens, quia manebunt in tenebris & in sua peruicacia morientur, sed rursus hoc alio modo efferens, vim sermonis ad meliora vertere comperitur. Nam per quæ hoc loco ei qui se securus fuerit, vitam æternam pollicetur, per hæc eadem innuit implicitè eos qui sequi se recusauerint, lucis quæ ad vitam ducere potest priuationem passuros. Nunquid enim omnibus manifestum & indubitatum est, quibus bene esse non est cordi, necesse eis esse vt contrarium eueniat? erat igitur

Saluatoris

Saluatoris noſtri ſermo verus; & quod eo artificioſè ordinatum nequaquam ambiguum.

A Ἀρα τῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁ λόγος ἀληθὴς, ἢ ὃ ἀφ' ἑαυτῦ τέχνης οἰκονομηθὲν οὐκ ἀμφίβολον.

v.13. *Dixerunt ergo ei Phariſæi, Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.*

Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Φαρισαῖοι, σὺ περὶ σεαυτῦ μαρτυρεῖς, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής.

Hebetes admodum & tardi Phariſæi, atque ad comprehendendam Domini deitatem indociles. quippe iterum errant propter carnem, nihilque præter ea quæ obuerſantur oculis ſibi repræſentãt. Cum enim viderent Dominum vti verbis homine maioribus, ad huc tamen communem hominem concipiunt, dignitatem deitatis non cernentes, nec intelligentiæ oculum aperientes ad cernendum Emmanuel. Cui enim conueniat dicere, *Ego ſum lux mundi*, niſi ei vni tantum qui naturâ ſuâ Deus eſt? quis vnquã ſanctorum Prophetarum in talem vocem prorumpere auſus eſt? quis ſanctorum Angelorum talia verba fecerit, ex omni euoluta ſacra ſcriptura nobis probent. Verùm nulla ſalutarium rerum habita ratione contradicendi ſtudio cupidè feruntur in id quod vnum ſciunt, dicacitatem videlicet. Eum enim perſtingunt quaſi non ſit lux mundi, eius dictum incuſantes, nec verum eſſe teſtimonium aſſerentes. Acuti enim ad malum ſunt, ſed in rectè faciendo rudes & imperiti; & euerſuros ſe eius teſtimonium ſibi perſuadent ex ſola & ſimplici quæ apud nos inualuit conſuetudine, non ex Legum placitis ac conſtitutionibus illud abrogare ſtudentes. Doceant enim vbinam Lex irritum velit eſſe alicuius de ſe teſtimonium. Graue enim eſt ac minimè ferendum vt aliquis res præclaras & eximias deprædicet ac conteſtetur. Et ſapientiſſimus Prouerbiorum author, *Laudet te*, inquit, *vicinus, & non os tuum: alienus, & non labia tua.* Verùm quod quis de ſeipſo teſtatus ſit, non continuò à veritate abſonum comperitur; Prodeat enim Phariſæorum aliquis in medium, & dicat, quid beato Samueli faciamus præclarè & magnificè conteſtanti. Nam Iſraelitis reſpondens ait: *Teſtis Dominus in vobis, & teſtis Chriſtus eius hodie in hac die, quia non inueniſtis in manibus meis quicquam.* At ſi Lex vetabat quominus de ſe quiſquam teſtaretur, quomodo quæſo eam pro nihilo habuit Samuel, quum Scriptura diuina de ipſo dicat: *Sanctus erat Moyſes, & Aaron in Sacerdotibus eius: & Samuel*

Pro.27.2

1.Reg.12.

Pſal 8.6

Νωθὴς καὶ βραδυμόους ὁ Φαρισαῖος, καὶ δυσαγώγως λίαν εἰς τὸ δυὰ αὖ καὶ πιδεῖν τὸ τῦ κυρίυ θεότητα. πλανᾶται δὲ πάλιν ἀφ' ἑαυτῦ τὰ ἄρχα, καὶ πλέον οὐδὲν τῶν ὁρωμένων φαντάζεται. πολὺ γὰρ τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἐνθεωρυμένοις ὀφθαλμοῖς τοῦ ἀνθρώπου μείζονα καὶ ὑπερφυᾶ βλέπων, οὐδὲ τὸν τῆς ἀληθείας μύστην ὀφθαλμὸν τοῖς ὃ ἐπανοίξας τὸ Ἐμμανουὴλ. τίνι γὰρ ἂν ἁρμόσοι τὸ λέγειν, ἐγώ εἰμι τὸ τῦ κόσμυ φῶς, εἰ μὴ ἑνὶ καὶ μόνῳ τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ; τίς τῶν ἁγίων προφητῶν τοιαῦτα εἰπεῖν ἀπετόλμησε φωνὴ; ποῖος δίκαιος τῶν ἀγγέλων τοιοῦτον ἔρρηξε λόγον, ὅλως δίκαιον τὸ ἀπενθυσον προσποιήσασθαι γραφὴν, καὶ τῶν ἱερῶν καὶ θείων προφερομένοις λόγων αὐτὸ διὰ τῦτο δηκνύτωσαν. ἀλλ' οὐδένα τῶν ἀναγκαίων πιθανὸν λόγον, ἀντερῶ ὅτι πρέπει λογίζονται, καὶ ἐπ' ὀκνῷ χωρῆσαι θερμῶς ὁ μόνον ἰσασιν ἀκριβῶς, τὸ δὲ φιλοσοφίας ἐξ κλημα φημι. δηλοῦσι γὰρ ὡς οὐκ ὄντα ὁ φῶς τῦ κόσμυ κατηγορῶντες ὃ πρὸς αὐτῶν λεγόμενον, οὐκ εἰδότες τὰληθῆ τῦ μαρτυρίαν δηλοῦμενον. σφοὶ γὰρ εἰσι τῦ κακοποιῆσαι, ὃ δὲ καλῶς ποιῆσαι οὐκ ἔγνωσαν, διὰ τὸ πέφυκέν τε καὶ σφόδρα κινδύνως ἐπιλαμβανόμενοις δυὰ σθαι τὸ μαρτυρίαν αὐτῦ, ἀπὸ φιλίας καὶ μίσους τὸ περὶ ἑαυτῶν σωτηρίας, οὐκ ἐκ τομικῶν ἐθῶν ἀκριβῶς ὑπιχνεῖν τες αὐτοῖς. πολὺ γὰρ ὁ νόμος διδασκέτω πάλιν, ἀβέβαιον εἶναι φησι τινὸς μαρτυρίαν περὶ ἑαυτῦ· φορτικὸν μὲν γὰρ πως ὄντι, καὶ οὐκ οἰκεῖον ἑαυτὸν ὅτε τισὶ ὃ ἴσα τῶν ὄντων τυχὸν ὑπιμαρτυρῆν αὐτῷ τὰ ἐξαίρετα. καὶ γοῦν ὁ Σοφώτατος προοιμιαστὴς, ἐξ κωμιαζέτω σὲ φησιν ὁ πέλας, καὶ μὴ ὃ σὸν στόμα, ἀλλότριος, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη· πλὴν ὑ πάντως διεψευσμένον ὁρᾶται ὃ ἐπὶ τῦ τυχὸν περὶ αὐτῦ λελεγμένον. εἰκέτω γὰρ ἡμῖν τὰ Φαρισαίων εἰς μέσον, εἶτα τί δράσωμεν διδασκέτω τὸ μανάριον Σαμουὴλ ὲ ἑαυτῷ μαρτυροῦντα τὰ κάλλιστα. ἐξαίρετον γὰρ πᾶσι τοῖς ἐξ Ισραὴλ ἀπολογούμενος, καὶ λέγων· μάρτυς κύριος ὲ ὑμῖν, καὶ μάρτυς ὁ Χριστὸς αὐτῦ σήμερον ὲ τῇ ἡμέρᾳ, ὅτι οὐχ εὑρήκατε ὲ τὰς χεῖράς μου οὐδέν. ἀλλ' εἴπερ ὁ νόμος ἑαυτῷ μαρτυρῆν ἕνα διεκώλυε, πῶς εἶπέ μοι πρὸς οὐδένα αὐτὸν ἐπαῖσαι ὁ Σαμουὴλ, κεῖται τῆς

ἡλίας γραφῆς λεγούσης πρὸς αὐτὸν· ἄγιος ἐὼν Μωσῆς, καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ, καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν. ἐπεκαλεῖτο τὸν κύριον, καὶ αὐτὸς ἐπήκουεν αὐτῶν· ἐν στύλῳ νεφέλης ἐλάλει πρὸς αὐτούς. ἐφύλασσον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ ἃ ἔδωκεν αὐτοῖς. ὁρᾷς ὅτι συνεπλάκη τῷ μακαρίῳ Μωσῇ ὡς συντρέχουσαν ἔχων ἐκείνῳ τὴν ἀρετὴν, καὶ ὡς ἀκριβὴς νομοφύλαξ μαρτυρεῖται δηλονότι τῷ πνεύματι; πῶς οὖν παρέβη τὸν νόμον ἑαυτῷ μαρτυρήσας, εἴπωμέν τις ἄν; ἀλλ' οὐ παρέβη. μαρτυρεῖται γὰρ ὡς φυλάσσων, καὶ μεμαρτύρηκεν ἑαυτῷ. νόμος οὖν ἐστὶ τὸ μαρτυρεῖν ἑαυτῷ τὸ ὄντων οὐδένα κωλύειν. πῇ γοῦν τούτοις ἐφησυχάσω, ὅτε μοι ἴδιον λέγοντα τὸν μακάριον Δαβὶδ, κύριε ὁ Θεός μου, εἰ ἐποίησα τοῦτο, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά· ἀλλὰ καὶ πρὸς τοῦτό φησιν ὁ μακάριος Ἱερεμίας, κύριε παντοκράτωρ, οὐκ ἐκάθισα ἐν συνεδρίῳ αὐτῶν παιζόντων, ἀλλ' ἐφοβούμην ἀπὸ προσώπου χειρός σου. Παῦλος δὲ πάλιν ὁ σοφώτατος, κἂν πεπαιδευμένος τὰ πατρῷον νόμον, καθάπερ οὖν καὶ αὐτός που διεμαρτύρατο, οὐδὲν γὰρ ἐμαυτῷ συνοίδα, φησὶν, ἀλλ' οὐκ ἐν τούτῳ δεδικαίωμαι. λεγέτω δὴ καὶ ἐγκαλούμενος ἐφ' ἑκάστῳ τούτων ὁ Φαρισαῖος, σὺ περὶ σαυτοῦ μαρτυρεῖς· ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθής· εἰ μὴ ὅτι μάλιστα τοῖς ἐπιλήμοις αὐτοῦ μὴ παρατυπτομένοις τὸ πρώτων διανοητὴ, ὃ καὶ τὰ ἄλλων τὰ χείριστα φρενοπλανεῖ. πλὴν οὐκ ἔνι λέγειν ἀναβαλλόντας εἰσαῦθις, ὡς οὐκ ἀναγκαία μὴν οὐ νομικὴν σοι παλαιότητα ἡ Φαρισαίων ἀντίρρησις, ἀπὸ δὲ μόνου πεποιημένη τοῦ κρατοῦντος ἐν συνηθείᾳ, καὶ τοῦ μὴ παρέπειν δοκοῦντος τοῖς ἐπιφανέσι τὸ ζῆπον· λοιδορεῖ δὲ μᾶλλον ὅσον ἡ ἀντίρρησις νομικὴ, ἐπισκοτεῖσθαί που τοὺς ἤδη χαυνιζομένους, καὶ ὅτι προσήκει πιστεύειν ἀναπεπεισμένους. δήπουθεν γὰρ ὡς οὐκ ἀληθεύοντα καὶ τὴν εἰρημένων ἀρετὴν ἀποφαίνοντες πίστιν, οὐδὲ φῶς καὶ ἀλήθειαν εἶναί φασι, τὸν ἐκ τῆς δυσφημίας ὄλεθρον ταῖς ἑαυτῶν ἐπιστομοῦντες οἱ δύσφρονες κεφαλαῖς.

A increos qui innocant eum. Innocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos. in columna nubis loquebatur ad eos. Custodiebant testimonia eius, & præcepta quæ dedit illis. Cernis vt vnà cum beato Mose coniungatur, quippe qui simili virtute fulgeat, & vt accuratus Legis obseruator per Spiritum asseratur? Quomodo ergo Legem trangressus est, inquiet aliquis, cum id de seipso testatus sit? Sed non transgressus est: Testatus enim est vt qui eam obseruet, & testatus est de seipso. Lex ergo neminem prohibet de seipso testari. Porrò quid dicemus, cum beatum Dauidem audiemus dicentem: *Domine Deus meus, si feci istud, si reddidi retribuentibus mihi mala.* Quin & beatus Hieremias, *Domine omnipotens, non sedi in concessu ipsorum ludentium, sed metuebam à facie manus tua.* Paulus verò sapientissimus, licet patriam Legem cumprimis edoctus, vt & ipse alicubi testatus est: *Nihil enim mihi conscius sum*, apertè vociferatur. Dicat ergo de vnoquoque istorum Pharisæus, Tu de teipso testaris: Testimonium tuum non est verum, licet iis qui rerum omnium Dominum incusare non verentur, pessima quoque in alios patrandi latam viam aperiat. Ceterum, vt quæ iam attulimus denuò repetamus, dicimus necessariam non esse illam quam Pharisæi ex legalibus præceptis hauriunt obiectionem, sed ex sola inueterata consuetudine & morum conuenientia quadam desumptam, & obiurgandi studio compositam, quæ fallit eos qui iam suspiciunt, & ad credendum sunt inducti. Eum enim tanquam non vera dicentem proscindunt, fidémque dictorum corrumpentes, neque lucem esse veram aiunt, ex hac impia deblateratione suis capitibus miseri creantes perniciem.

Psal. 7. 5.

Her. 15. 17.

1. Cor. 4. 4.

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἀληθὴς ἐστὶν ἡ μαρτυρία μου, ὅτι οἶδα πόθεν ἦλθον, καὶ ποῦ ὑπάγω.

Τοῦτ' ὀνειδίζει τὴν φύσιν καὶ ἀληθῶς ἑαυτὸν φάσκοντος εἶναι τοῦ Χριστοῦ· ἐγὼ γάρ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, διαῤῥήδην αὐτοφώνῳ· διενηνεγμένως πάλιν αὐτὸν ἡ φιλαίτιος τῶν Φαρισαίων φήμη πλήθους.

v. 14. *Respondit* IESVS, *& dixit eis: Etsi ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum; quia scio vnde veni, & quò vado.*

Dicentem Christum se lumen esse mundi ex natura ac verè (*Ego enim sum lux mundi*, palam clamabat) temeraria Pharisæorum turba mentiri autumabat.

Neque enim intelligebãt oppidò mentis inopes; quòd vbi quis suam nobis enarrat naturam, & quæ sibi substantialiter insint exponit, interpretari debemus eum id non per iactantiam facere, aut inanem gloriam captare, sed potius id quod est verè explicare. Exempli gratia, Si Angelus dicat, Ego Angelus sum, suam indicans naturam; vel homo id quod sit ostendens inquiat, homo sum: atque ideò, siquis solem loquentem inducat, & ipse de sua natura docens hæc proferat, Ego percurcurrens cælestem orbem illustre lumen mortalibus præfero: non erit quisquam qui putet eum falsa de se prædicare, sed id quod reuera sit per naturam, ostendere. Sic quamuis Seruator noster Christus se lucem esse dicat, verum tamen dicet, neque tamen idcirco de alieno gloriari comperietur. Multi ergo præ insciția non intelligentes Emmanuelem, eum inaniter gloriari opinantur, tanquam verò vni ex nobis malignè dentem infigunt, neque ei qui mentiri nescit dicere exhorrescunt, Testimonium tuum non est verum. non enim inuentus est dolus in eius ore, vt scriptum est. Sed necesse est eos à veritate & recta ratione longè aberrare, qui Dei ac Patris Filio impiè mendacium adscribere non verentur. Verum enim est, inquit, testimonium meum, etsi ego testimonium perhibeam de meipso. Homines siquidem præclara quæque sibi interdum assumere solent, quibus reipsa carent. nam prona est in malum natura. Ego verò non possum vlla terrena contage affici, noui enim vnde sim, lumen de lumine videlicet, ac Deus verus de Deo Patre vero, naturam habens omnis infirmitatis immunem. Etsi enim homo factus sum, inquit, nimio erga homines amore, non ideo tamen diuinæ dignationis expers comperiar, maneo verò etiamnum id quod sum per naturam, nempe Deus. Cuius rei argumento est certissimo, quòd scio quò vadam, ascendam enim in cælum ad eum ex quo sum Patrem. quod nemo dixerit vnquam competere vni è nobis homini, sed vero naturâ suâ Deo, quamuis homo factus sit. Itaque istud, *noui ego vnde sum*, Filium esse ex Patre per naturam indicat. Illud verò, *quò vado*, diuinæ potestatis est

A ἡ γὰρ ἥδεσαν ἀσυνετοῦντες ἀνθρωποι, ὅτι τὴν ἰδίαν
ἴνες ὅταν γε ἐκδιηγῶνται φύσιν, καὶ τὰ ὑσιωδῶς
αὐτοῖς ἐνυπάρχοντα λέγεσιν, ἢ φιλοκόμπως αὐ-
τοὺς τοῦτο φρᾶν τὰ εἰκότα φερομένους ὑποπτεύ-
σωμεν, ἀλλ' ὡσεὶ δόξαν ἐρασθῆναι φιλοτιμίαν τινὰ
ἀλλοτρίαν, ἐκπεφυκὼς δὲ μᾶλλον ὅπερ εἰσὶν ἀλη-
θῶς. οἷς δὲ δηλαδὴ πάλιν ὅτι τοῦτο φαμὲν, ὅταν ἄγ-
γελος εἴπῃ τὴν ἰδίαν καταδηλοῦσαν φύσιν, ἄγγελός εἰ-
μι, ἢ ὅταν αὖ ἄνθρωπος τοῦτο ὅπερ ἐστὶν ὅτι δηλοῦσαν
λέγῃ, ἄνθρωπός εἰμι· ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἡλίῳ παρε-
B ληλυθὼς φωνὴν, εἶτα καὶ καινὸς τὴν ἑαυτοῦ φύσεως ὃ ἴδιόν
ἐκδιδάσκων, ἐγὼ, φαίη, τὸ ἀρχαῖον δηλητήριον κύκλον,
λαμπρὸν ἀφίημι φῶς τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς· οὐκ ἐαυτῷ
τις αὐτὸν τὰ μὴ προσόντα μαρτυρῶν, ἀλλ' ὄντως ὄν-
τα ἐστὶ καὶ φύσιν, εὐλόγως οἰήσεται. τὸν αὐτὸν οἶμαι
ἔχειν, καὶ ὅτι τὸν σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, καὶ φῶς
ἑαυτὸν εἶναι λέγειν, ἀληθὲς ἐρεῖ, καὶ οὐδὲν ἧττον ἔξω-
θεν ὑπικνεῖσθαι ἀλώσεται. οἱ σωνέντες δυσφρόνως
τὸν Ἐμμανουὴλ οἱ πολλοὶ συζῶντες ἀπαγθυσίᾳ,
C φιλοδοξίᾳ μὴν αὐτὸν ὑπολαμβάνουσιν, ὡς ἑνὶ δὲ
τῶν καθ' ἡμᾶς ὑπιφύονται, καὶ ὃ καταπρεπέστατον
λέγοντες, ἡ μαρτυρία σου οὐκ ἔστιν ἀληθὴς, τῷ μὴ
εἰδότι ὃ ψεύδεται· ὃ γὰρ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στό-
ματι αὐτοῦ, καθὰ γέγραπται. ἀλλ' ἔοικε πάλιν πο-
λὺ διαλείειν τῆς ἀληθείας ἀπεσφαλμένους, καὶ ἀπο-
φοιτᾶν τῆς πρεπόντως λογισμοῦ διαμαρτηκότας
εἰπεῖν τὰ ἄνωθεν ὄντι, καὶ οὐκ Θεοῦ παῖδες γεγυμ-
νωμένῳ, ὃ καὶ ψεύδεται φιλεῖ αἰσίως ὑπαγράφον-
τες. ἀληθὴς γάρ, φησιν, ἡ ἐμὴ μαρτυρία, κἂν
D ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ· αἰσθητοῖς μὲν γὰρ
οὐκ φιλαυτίας ἔοικε ὅτε θέλει ἑαυτοῖς ὑπομαρτυ-
ρᾶν τὰ κάλλιστα, κἂν εἰ μὴ τύχοιεν ἔχοντες, ὀφεῖται
προσαπτυκός. βιόλιαθος γὰρ εἰς ὃ φαῦλον ἡ φύ-
σις. ἀλλ' οὐκ ἐν ἐμοὶ, φησὶ, ὃ δυνάσθαι τοῦτο
προέσεσι νοσεῖν τοῖς ἀπὸ τῆς γῆς. οἶδα γὰρ πόθεν εἰμί.
φῶς ἐκ φωτὸς ἐλήλυθα, καὶ Θεὸς ἀληθινὸς ἐκ
Θεοῦ παῖδος ἀληθινοῦ, ἄβατον ἀθενείας ἔχων τὴν
φύσιν. εἰ γὰρ καὶ ἄνθρωπος γέγονά φησι δηλῶν τὴν εἰς
ἀνθρώπους ἀγάπην, ἀλλ' ὃ δηλῶ τοῦτο τῆς θεοπρε-
E ποῦς ἀξίας ἔρημος ὢν γνωσθήσομαι. μᾶλλον ὃ πάλιν
ὅπερ εἰμὶ καὶ φύσιν, τοῦτ' ἔστι Θεός. ἀπόδειξις δὲ
τούτου γραφὴς, ὃ εἰδέναι ποῦ ὑπάγω· ἀναβήσο-
μαι γὰρ εἰς οὐρανοὺς πρὸς τὸν ὃν πατέρα.
ὅπερ οἶμαι φαίης ἂν οὐκ ἀνθρώπῳ πρέπειν ἑνὶ
τῶν καθ' ἡμᾶς, ἀλλὰ τῷ καὶ φύσιν Θεῷ, καὶ ἐπ'
ἐσχάτων ἄνθρωπος. οὐκοῦν ὃ μὲν οἶδα πόθεν εἰ-
μὶ, ὃ ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ φύσιν εἶναι τὸν ὑπαγο-
ρεύω. ὃ δὲ ποῦ ὑπάγω, θεοπρεποῦς μὲν ἕξου-

σιας ὑπόδειξις. δῆλον γὰρ ὡς Θεὸς ἐπάνω τ̃ οὐρανῶν, A
ὡς ὁ Παῦλός φησιν· ἀπειλεῖ σ' οὖν ὅμως, εἰ καὶ
ὑ σφόδρα σαφῶς τῇ τ̃ Ἰουδαίων ἀσεσιότητι παρέ-
πουσάν ἐγκ. ὡς γὰρ ὅσον οὐδέπω πάντως μὲν ἀ-
παναστήσεσθαι τὸν λαὸν αὐτῶν, οὐ τούτοις ὀργὴν λέ-
γων, οὐ ἐρημίαν ὑπὸ τ̃ ἰδίων φωτὸς καταλειπὼν,
οὐ ἀγνοίᾳ ⁊ σκότῳ βαθεῖ γνόφῳ τ̃ βραδυνάσαι,
ὅπερ αὐτοῖς οὐ ἑτέρως σαφέστερον φαίνεται δηλοῦν.
ἕως γὰρ τὸ φῶς ἔχετε, φησί, πιστεύετε εἰς τὸ
φῶς, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ.

documentum. Tanquam enim Deus ſupra cælos aſcendit, vt Paulus ait: ſed & quandam comminationem, licet paulò obſcurius impietati Iudæorum conuenientem in ſe continet. Significat quippe his verbis ſe propediem ab omni eorum gente diſceſſurum, eoſque diuino lumine deſtitutos in ignorantia & alta caligine relicturum: quod aliàs planiùs & dilucidius ipſis videtur declaraſſe, Dum enim, inquit, lucem habetis, ambulate in luce, ne tenebræ vos comprehendant. *Ioan.12.*

Ὑμεῖς κ̃τ̀ τὸ σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα. B

v. 15. *Vos ſecundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam.*

Ἀξιεραστοτάτῃ τ̃ φιλανθρωπίᾳ πάλιν τ̃ ἀνθρώπων κύ-
ριον ἀποκεχρημένοι εὑρήσομεν· ὁ γὰρ ἰσοστάθμοις
ὀργαῖς τοὺς δυσφημοῦντας αὐτὸν ἀμύβδην μείζεται,
καίτοι πικρὰς ἤδη μεγίστην ὀφείλοντας δίκας· ἀλ-
λὰ τοὺς τῶν ἰατρῶν ὑπερφυεῖς ἀπομιμούμενος
δίκαιον ἂν εἶναι καὶ τοῦτο θαυμάζοιτο. οἱ μὲν γὰρ
τῶν ἀῤῥωστούντων ὀλιγωρίας τὸ σοφὸν πολλά-
κις τίθενται λόγῳ, ἀνεξικακοῦντες δὲ πλειστάκις
πάλιν αὐτοῖς ὑπέκκαυσιν ποιοῦνται τ̃ πάχους, τὸ C
πεφυκὸς ἀμύνειν ἀφαιρίζοντες, ⁊ δηλονότι δεόμενοι
ἐκεῖθ' ὅτε, τὸ σωτήριον εἰς ὑγείαν ἐξευρόμενοι
μεγαπίθοισί πως ὑπὸ τὸ φρᾶν ἐπίσχεσις τὰ συμ-
φέροντα, ⁊ τ̃ τόσου τ̃ αἰτίου καταλυκάνοισιν. ὁ
δὲ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ⁊ δυσφημούντων
ἀνέχεται, ⁊ λοιδορούμενος ὠφελῆ, καταδεσμῶν τ̃
ὑβριζόντων τὰ πεπόνθατα· ἀλλὰ ⁊ πόθεν αὐτοῖς
συμβέβηκεν νοσεῖν τ̃ εἰς αὐτὸν ἀπιστίας τὰ ἐγκλήματα,
καταλέγει διαφανέστατα· ὑμεῖς γὰρ κ̃τ̀ τὰ σάρκα
κρίνετε, τοῦτ' ἔστι, πλανᾶσθε, ⁊ λίαν εἰκότως, ἐ- D
πείναν ὁρᾶτε πρὸς μόνην ταύτην τ̃ σάρκα, καί-
τοι πολὺ δεῖ μᾶλλον τῶν ἔργων μεγαλοπρεπείᾳ
προσέχειν ὀφείλοντες· ἕνα δὲ τῶν καθ' ὑμᾶς εἰς
πιστεύοντες δηλονότι τὸ καταμφιάσασθαι τῇ ὑμετέρᾳ
σαρκὶ, ὀξυπάτηδε δηλοῦσι, κ̀ τὸ βαθὺ τ̃ μυ̃ σαρκὸς
οἰκονομίας οὐκ ἐπαθρεῖτε μυστήριον, ἀβουλο-
τάτῳ ἐπ' ἐμοὶ τ̃ ψῆφον ὀρίζετε, ψευδεῖς λέγον-
τες τ̃ ἀλήθειαν. ἐγὼ δὲ τὸ κείνων ὑμᾶς εἰς καιρὸν
ὕστερον ὑπερθήσομαι· ὁ γὰρ ἀπόστολος Θεὸς τ̃ μὲν
εἰς τ̃ κόσμον, ἵνα κείνῃ τ̃ κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ E
κόσμος· οἶμαι μὲν οὐκ ἀνεμφανῶς λελυκὼς τὸ ὑπ'
αὐτοῦ ζητούμενον· ἑτέραν δὲ πάλιν κ̀ δι' ἑτέ-
ρων ὀξέσας θεωρημᾶτ̃ τ̃ ἐπ' αὐτῷ καθ' ὅσον οἷόν
τε καταλεπτολογοῦσι τοῖς. ὑμεῖς, φησὶ, κ̃τ̀ τὸ
σάρκα κρίνετε, ἐγὼ οὐ κρίνω οὐδένα. οὐδὲν φησιν ἔ-
χοντες τὸ παρ' ἐμοῦ ἐγκαλῶν, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ἡμετέ-
ροις περιεργήμασιν εὐλόγως ἂν ὑπεύθυνοι

Summa humanitate vniuerſi Dominum vti comperiemus. Nec enim pro eorum blaſphemiis eos perinde remunerator, licet grauiſſimis pœnis obnoxij teneantur, ſed optimos medicos imitari iure illum mirabimur. Hi enim ægrotantium faſtidia & contemptus ſæpe nihili ducunt, ſed cum patientia ac tolerantia artis opem adhibent, occultantes ea quæ triſtitiam afferre ſolent, & quandoque petiti conuiciis explicantes ea quæ ad ſanitatem recuperandam conducunt, ſalutaria remedia capeſſere perſuadent, & morbi cauſam exponunt. Dominus autem noſter IESVS CHRISTVS maledicentes ſuſtinet, & probris impetitus iuuat, iniuriorum vulnera ligat, ſed & eis clarè aperit vnde illis contigerit hoc in ſe incredulitatis morbo laborare. Vos enim, inquit, ſecundum carnem iudicatis, hoc eſt erratis, quandoquidem ad hanc ſolam carnem reſpicitis, quamuis ad operum magnitudinem magis attendere deberetis: ſed cum vnum è vobis eſſe credatis, propterea quod veſtra carne ſum indutus, grauiter aberratis, & altum Incarnationis myſterium non perſpicientes, perperam me condemnatis, cum veritatem ipſam mentiri dicitis. Ego verò impræſens à iudicandis vobis ſuperſedebo, atque in nouiſſimum tempus differam. *Non enim miſit Deus Filium in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus.* Equidem exiſtimo non inſcitè ſatisfactum eſſe quæſtioni: aliam tamen explicandi rationem inſiſtere nobis licebit, ſubtiliter quoad eius eſt rem indagantibus. Vos, inquit, ſecundum carnem iudicatis Ego non iudico quenquam. cum nihil, inquit, reprehendere iure poſſitis in meis *Ioan.3.17*

miraculis, propter carnem me duntaxat contemnitis, & quia homo secundum vos conspicior, me per summam impietatem nullo loco habetis. At ego non vos, inquit, propter hanc causam condemnabo, nec quia homines estis naturâ, ideo nullam vestri rationem habebo, neque proinde iudici pœnas dabitis. Non accuso naturam, non condemno mea opera. In homine nullum esse delictum & crimen aio inquantum homo est. Sed vos quidem propter carnem me nihil esse censetis, propterea{que} condemnatis. Ego verò non sic existimo de vobis, sed sciens hominẽ magnũ quidda& esse pretiosum, quamuis ex terra sit, meipsum exinaniui formã serui accipiẽs, & homo factus, licet Deus sim verus & in forma Patris. Propter quod vnum nunc à vobis condemnor, quamuis ipse neminem ob id iudicem. Etsi verò iudicem, ait, iustum est meum iudicium, ac verum, quia non sum solus, sed ego, & qui misit me Pater. An ergo, inquiet aliquis contra Ecclesiæ dogmata sentiens, propter hoc vnum rectè potest iudicare Filius, quia ei iudicare cupienti adest Pater? Hoc autem sic posito, atque ita verè se habente, quid porrò vetat dicere Filium per consilium Patris ad rectam rationem quodammodo gubernari, non habentem hoc perfectè, licet ex seipso citra vllam reprehensionem perficere queat. Quid ergo nos illorum obiectionibus respondebimus? impia est, ô quicunque estis, illa vestra sententia, & soli Iudæorum væcordiæ inprimis conueniens. Non enim hæc dicit tanquam non habens iusta iudicandi potestatem Filius ex seipso: id enim probabit Psalmista ipse de eo dicens in Spiritu: *Deus iustus iudex.* Porrò iudicem alium præ se nullum esse, ipse testis nobis erit in Euangeliis dicens: *Neque enim Pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit Filio.* Num ergo ei dedit iudicium Deus & Pater tanquã nescienti rectè iudicare? At vltimæ dementiæ fuerit sic existimare de iustitia Patris, hoc est Filij. Pater quippe suum genimen nouit, & dedit ei potestatem iudicandi, dandoque testimoniũ apertè præbet quòd iusta iudicare possit. Manifestum quippe est Filium non dicere Patrem secum iudicaturũ tanquã consciũ sibi alicuius infirmitatis in rectè iudicando, sed parturit nescio quam contemplationem hæc quæstio ex antecedentium serie ac ordine. quid ergo sibi

Ioan. 5. 22.

A δωσάμενοι, διὰ μόνον με τὴν σάρκα καταμικρύνετε, καὶ ἐπεὶ ὑμῶν οὐδεμιᾶς αἰτίας ὀφλήσω πρὸς ὑμᾶς, οὐ πάντως ἀνοσίως κατεπάξατε. ἀλλ' ἐγὼ φησὶν οὐ διὰ τοῦτον ὑμᾶς καταγνώσομαι τὴν αἰτίαν. οὐ γὰρ ἐπεὶ ὑμῶν οὐδεμιᾶς αἰτίας ὀφλήσω τὴν φύσιν ἐστέ, διὰ τοῦτο πάντως ὑμᾶς λογισθήσομαι ὃ μηδὲν, οὐδὲ διὰ τοῦτο δίκην ἀποδώσετε ὧν κρίνω. οὐκ ἐπιλυμῶν τῇ φύσει, οὐ κατεγκαλίζω τὴν ἐμαυτοῦ δημιουργικὴν ἐν σοὶ, ἐπεὶ οὐδὲν οὐ καὶ ἀνθρώπου τὸ πλημμέλημα ἀφὴ τὴν ἀνθρωπότητα) φημί. ἀλλ' ὑμεῖς μὲν διὰ τὴν σάρκα τὸ B μηδὲν εἶναι) λογίζεσθε, καὶ ἀφὴ τοῦτο κατεκείνατε· ἐγὼ δ' οὐχ οὕτω λελόγισμαι πρὸς ὑμᾶς, ἀλλά τι μέγα καὶ τίμιον χρῆμα εἶναι) τὸν ἄνθρωπον, εἰ καὶ γέγονεν ἀπὸ γῆς, ἔπεισά μοι· καίτοι Θεὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς, καὶ ἐν μορφῇ γεγηθυκότος παντὸς, ἐταπείνωσα ἐμαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών, καὶ ἄνθρωπος γενόμενος· ἐφ' ᾧ δὴ νυνὶ μόνῳ καταγείνομαι πρὸς ὑμῶν, καίτοι κείνων αὐτὸς ἕνεκα τούτων μηδένα. καὶ ἐμὲ κείνῳ ἐγὼ, ἡ κρίσις ἡ ἐμὴ δικαία ἐστὶ καὶ C ἀληθὴς, ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ, καὶ ὁ πέμψας με πατήρ. ἆρα οὖν, ἐρεῖς τοῖς τὴν ἐκκλησίας φρονοῦσιν δόγμασι, διὰ τοῦτο μόνον κείνῳ ὀρθῶς οἶδεν ὁ υἱὸς, ἐπειδὴ αὐτῷ τοῦτο ἐρωτᾷ συνίησιν ὁ πατήρ; τούτου δὴ τοῦδε χειμάρρου, καὶ ἔχοντος ἀληθῶς, τί λοιπόν ἐστι τὸ διακωλύον εἰπεῖν διὰ βουλῆς τοῦ παντὸς συναλλουγεῖσθαι ἑκάτερον ἑκατέρῳ πρὸς ὀρθότητα τοῦ υἱόν, οὐκ ἔχοντα τοῦτο τελείως, εἰ καὶ αἰεί κλήτως δυσωπούμενον καταρδοῖ ἐξ ἑαυτοῦ; τί οὖν ἀρὰ καὶ ἡμεῖς τοῖς παρ' ἐκείνων αὐτεπαγγέλτως λέγοις; D δυσπειθὲς ὑμῶν, ὦ ξένοι, τὸ φρόνημα, καὶ μόναις τῆς Ἰουδαίων ἀνοσιότητος ὅτι μάλιστα πρέπων δίκαιον· οὐ γὰρ ὡς οὐκ ἔχων τὸ δίκαιον κείνῳ ἐξ ἑαυτοῦ δυσωπεῖται τὰ ἴδια τὰ φησιν ὁ υἱός· ἐπιμαρτυρήσει γὰρ αὐτῷ λέγων καὶ ὁ μεγαλόδοξος ἐν πνεύματι· ὁ Θεὸς κριτὴς δίκαιος. ὅτι δὲ κριτὴς ἕτερος παρ' αὐτὸν οὐδεὶς, αὐτὸς εἰσφαμεῖται μάρτυς ἡμῖν ἐν ἁγίοις εἰπών, οὐδὲ γὰρ ὁ πατὴρ κείνῳ οὐδένα, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκε τῷ υἱῷ. ἆρα οὖν ὡς οὐκ εἰδότι κείνῳ ὀρθῶς τὴν κρίσιν δέδωκεν ὁ Θεὸς, καὶ πατήρ; E ἀλλ' οἴμοι τῶν ἀπάντων ἐσχάτης ἀνοσιότητος ὕπτιος διαπεσεῖσθαι περὶ τὴν δικαιοσύνης τοῦ παντὸς, τοῦτ' ἔστι, τοῦ υἱοῦ. οἶδε γὰρ ὁ πατὴρ τὸ ἴδιον γνώρισμα, καὶ δέδωκεν αὐτῷ τὴν κρίσιν, τὸ δίκαιον κείνῳ δυσωπεῖσθαι, καὶ διὰ τοῦ δοῦναι, σαφὲς ἐπιμαρτυρῶν· ἔστι γὰρ οὖν προδηλότατον, ὡς οὐκ ἀθετεῖ περὶ τὸ τὰ δίκαια κείνῳ συνδικάσαι ἑαυτοῦ τὸν πατέρα φησὶν, ἀλλ' ὡδίνῃ τινὰ θαυμαίαν τὸ προκείμενον τοῖς αὐτόπτῃσιν ἡμῖν καὶ ἀκολούθοις. τί δὴ οὖν ἀρὰ βούλεται

δηλοῦν, ἐφ' οἷς ἔφασ. ὑμεῖς, φησὶν, οἱ τ' Ιουδαίων ἡγεμόνες, & διδάσκαλοι, ἐπ' ἐμοὶ πονηρὸν & ἀδικωτάτην ἐποιήσασθε κρίσιν. Διὰ γὰρ μόνην τ' σάρκα & μηδὲν ἡμᾶς δεῖν νομίζετε, κἂν τοι κ' φύσιν ἔντα θεόν. ἐγὼ δὲ κρίνειν τὰ καθ' ὑμᾶς ἀρξάμενος, οὐ τοιαύτην καθ' ὑμῶν ἐξοίσω τ' ψῆφον, ὡ γὰρ ἐπεὶ καὶ ἐστὶ κ' φύσιν ἀνθρωποι, Διὰ τοῦτο καλέσαι παρέπειν ὑμᾶς οἰήσομαι δεῖν. ἔχων δὲ μᾶλλον ἐφ' ἅπασι τοῖς καθ' ὑμῶν συνιδοκητὴν τ' πατέρα, καταγνώσομαι δικαίως ὑμᾶς. & Διὰ ποίαν αἰτίαν; ὡ γὰρ ἐδέξασθε τ' ἄνωθεν ἥκοντα, κ' ὡς ὑμᾶς ἐκ παίδων ἐπαλμῶν ἐξυβρίζοντες ὡ διελελοίπατε, τ' ὅτι σωτηρία πᾶν ὅλων ἐπιδημήσαντα κατισχυρίσατέ με Διὰ μόνην τ' σάρκα, μαχεῖν που τ' ἀεὶ φίλον ὑμῖν ἀπλακτήσαντες νόμον. ποῦ γὰρ εἰπέ μοι Μωσῆς καταδικάζει χρῆσθαι κελεύων ἀνὸς Διὰ τὸ ἀνθρωπον εἶ) τ' φύσιν; οὐκοῦν ἄδικα μὲν ὑμεῖς κ' κρίνετε, & λογίζεσθε. ὡ γὰρ ἔχετε συνεκλητὴν ἐν τούτοις τ' νόμον, μόνοι δ' κ' πάντας ὀλιγωτάτη διανοοῦσθαι ἐκ τ' θείων ἁλιμῆς συμπνοίας οὐκ ἔχοντες. ἐγὼ δ' ἀκ ἄπτως, συνάρομαι γὰρ ὡσαύτως, κ' συνιδοκητὴν ἔχων ἐν ἐμαυτῷ τ' πατέρα, κρίνω δικαιότατα παραδιδοὺς εἰς ἐρήμωσιν ὅλην ὑμῶν τ' χώραν, κ' ταῖς ἐκ τῶν πολέμων καταχωννύων συμφοραῖς, ἀλλὰ κ' αὐτῆς τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἐκπέμπων, τοὺς ὕστερον λελυπηκόσι κ' τὸ σώζειν ἐθέλοντας, & Διὰ ταύτην ἀφιγμένον τὴν αἰτίαν ἐν ἀνθρωπίνῳ σχήματι.

Καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν. ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με πατήρ.

Συνδικάσαι ἑαυτῷ τ' Θεὸν κ' πατέρα, καὶ συγκαταχωρίσαι εἰς αὐτὸν δυαδοποιοῦσα εἰπὼν, διέχρησα τ' τῶν προσώπων δυάδα κ' προσὸς ἕτερόν τι χρήσιμον. ἐγὼ μὲν γὰρ, φησὶν, ὅσον εἰμὶ κ' φύσιν, τοῦτο κ' λέγειν ὡ παραιτήσομαι. φῶς μὲν γὰρ εἰμὶ τοῦ κόσμου, & φιλονεμεῖν μὲν ὅλως οὐκ ἀν δικαίως ἐγώ. ὡ γὰρ ἐπ' ἀθρείοις πλεονεκτήμασιν, ἀλλὰ τοῖς ἐμοὶ παρυπάρχουσιν ἀσινῶς σεμνύνομαι. πλὴν ὡ ταῦτα λέγων, οὐκ ἀξιόχρεως εἶ) δοκῶ παρὸς τὸ χρῆσθαι λαβεῖν πρὸς ὑμῶν τ' ἐπ' ἀληθείας σεμνύσιν, ἐπεὶ ὅσον εἰμὶ & μόνος, κ' ἐμαυτῷ μεμαρτύρηκα, παραλήψομαι συνεργοῦντά τε & συμφιλόνεικον τοῖς ἐμοῖς πλεονεκτήμασι τ' Θεὸν κὰ πατέρα. συνθαυματουργεῖ γὰρ μοί, φησιν, ὡς

velit clarè dicemus. Vos, inquit, Iudæorum principes, ac magistri, pessimum de me ac iniquissimum iudicium fecistis. propter solam quippe carnem nihili me penditis, quamuis per naturam sim Deus. Ego verò incipiens de vobis iudicare, non talem in vos sententiam feram: neque enim quia per naturam estis homines, ob id vos plectendos ducam: verùm potius habens in omnibus adstipulatorem Patrem, iustis de causis vos condemnabo. quamobrem verò? Vtique quia non excepistis è cælo venientem missum à Patre, & ad mundi salutem huc peregrinantem, probris & iniuriis incessere non destitistis, méque adeò propter carnem parui fecistis proculcata omnino Lege. Vbi enim, quæso, Moses iubet condemnare aliquem, quòd naturâ sit homo? Itaque iniusta vos & iudicatis & cogitatis. neque enim habetis Legem vobis suffragantem, sed grauia quæque audetis, diuinæ voluntatis consensum non habentes. Ego verò non ita: nam Patrem in me habens quodammodo comitem, & adstipulatorem, iustissimè iudico, solitudine & vastitate damnans omnem vestram regionem, & ex ipso regno cælorum eiiciens eos, qui aduersum me seruare cupientem, atque eam ob causam forma hominis indutum, tanta rabie perciti fuerint.

v. 17. *Et in Lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater.*

Postquam docuit Deum & Patrem secum vnà iudicaturum & impios erga ipsum condemnaturum, etiam ad aliud quiddam vtile hunc binarium personarum accipit. Nam quod ego sum, inquit, per naturam, hoc dicere non cunctabor. Lux enim sum mundi, neque me quisquam idcirco temerè gloriari existimet. Non enim alienis prærogatiuis, sed quæ mihi substantialiter insunt glorior. Cæterum, ne hæc dicens minùs locuples & idoneus testis videar vobis, vt assensum vestrum & fidem veritatis merear, quia sum solus, & mihi ipsi testimonium præbeo, assumam mearum prærogatiuarum & dignationum patronum Deum & Patrem. Vnà enim miracula mecum facit & operatur, vt

videtis. Quantum enim ad hominis naturam, nihil ego fecerim, si non habeo per naturam vt sim Deus, sed quatenus sum ex patre, & in me habeo Patrem, fateor omnia me posse ad rectum finem perducere, & ab eius qui me genuit natura testimonium accipio. Vt enim habens eam in meipso per identitatem substantiæ, ad quælibet peragenda nullo impedimento deuenio, (habet enim Dominus noster IESVS CHRISTVS à natura diuina vim omnia efficiendi vt Deus, tametsi homo videatur: testimonium autem accipit à Patre, quòd nimirum ipsum in omnibus habeat cooperatorem, vt ab ipso dictum est: *Ioan. 14. 10. A meipso nihil facio, sed Pater in me manens ipse facit opera.* Sic autem ratiocinamur Patrem operari cum Filio, non tanquam forsan inualido peculiarem quandam ac diuersam vim conferat ad effectionem eorum quæ fiunt. Si enim ita statuamus, omnino imperfectam & Patris & Filij potestatem esse dabimus, siquidem per ambos aliquid admirabilium perficiatur, tanquam vno ad id non sufficiente. Verùm multo magis piè dicta accipientes, ostendemus opera Dei & Patris, esse Filij, & rursum opera Filij esse Dei & Patris, quòd sit in Patre & Filio vna deitas, & eiusdem naturæ per omnia æqualis virtus atque potentia. Dicit verò hoc, nihil à meipso facio, non vt minister aut famulus, aut in morem discipuli alicuius opperiens iussa Patris, siue vt edoctus ad perficienda miracula accedens, sed hoc potius accuratè significans, se cum ex substantia Dei & Patris sit editus, & instar lucis ex altissimo eius sinu ineffabiliter ac sine principio prodierit, atque ab æterno ei coexistat, & imago atque character substantiæ eius sit & intelligatur, eundem, vt ita dicam, animum ac voluntatem, & in omnibus operationem habet. Vt enim doceat eadem in omnibus velle quæ Pater, Nihil, inquit, à meipso facio. Idem enim est ac si diceret, Non sum peculiari voluntate dissitus, quę non insit Deo ac Patri: quæcunque Pater naturâ suâ vult ac statuit, hæc vtique in me sunt etiam, quia ex illius sinu effulsi, & vetus sum fructus substantiæ eius. Atqui hęc explicatu quidē difficilia, nec linguâ exprimere facile est quod mente interdum capi non potest. Veruntamen quoad fieri

A ὁρᾶτε, καὶ συνεργάζεται, ὅσον μὲν γὰρ ἦκεν εἰς ἀνθρώπου φύσιν, οὐκ ἂν ἁμάρτοιμι ἐγὼ εἰ ὃ εἰμὶ Θεὸν κατὰ φύσιν οὐκ ἔχω. ὅσον δὲ εἰς ὃ ἐστι κατ' ἀρχὴν οὐκ παρῆν, ἔχω τε ἐν ἐμαυτῷ τὸ πατέρα, καὶ πάντα διὰ τοῦτο κατορθοῦν ὁμολογῶ, καὶ τῆς τοῦ γεννήσαντος μαρτυροῦμαι φύσεως. ὡς γὰρ ἔχων τὴν ταυτότητα τῆς οὐσίας ἔχων αὐτὸν ἐν ἐμαυτῷ, ὅτι ὃ πάντα κατορθοῦν ἀδιαπαύλυτος ἔρχομαι· ἔχει γὰρ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐκ μὲν θείας φύσεως ὃ πανεργικὸν ὡς Θεὸς, καὶ εἰ πέφηνεν ἄνθρωπος·

B μαρτυρεῖται δὲ καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς, ὡς συνεργάτιν αὐτὸν ἐφ' ἅπασιν ἔχων καθ' ὃ εἰρημένον πρὸς αὐτόν· ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδέν. ὁ δὲ πατὴρ ἐν ἐμοὶ μένων ποιεῖ τὰ ἔργα αὐτός. λογιζόμεθα γὰρ συνεργάζεσθαι τῷ ἐμῷ τὸν πατέρα, οὐχ ὡς ἀπονοσῦν τι τυχὸν ἰδίαν δυνάμει, καὶ ἐπίσχον συνεφάπτεσθαι δυνάμει τοῖς τὰ τελουμένων κατορθώσιν. εἰ γὰρ οὕτω νοοῦμεν, ἀτελῆ πάντως εἶναι δώσομεν καὶ τὴν τοῦ πατρὸς δύναμιν, καὶ τὴν τοῦ υἱοῦ, εἴγε δι' ἀμφοῖν ἀπετελεῖτο τι τῶν παραδόξων, ὥσπερ οὐκ ἀρκούντος εἰς τὴν χρείαν ἑνός.

C διὸ σεβόμενοι μὲν καὶ νοοῦντες καὶ δεχόμενοι τὸ εἰρημένον, ἐρρέθη πάλιν, ὡς ἐπίσης ἔστιν ὁ πατὴρ, καὶ ἐγὼ καὶ μία θεότης, καὶ ἡ αὐτῆς φύσεως ἀπαράλλακτος ἐξουσία, καὶ δύναμις, ἴσαι δὲ πού πάντως ἔργα τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τοῦ υἱοῦ, ἔργα ἂν αὖ πάλιν τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. λέγει δὲ τὸ ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐδὲν ποιῶ, οὐχ ὡς ὑπηρέτης, καὶ ὑπουργὸς, ἢ καὶ ὡς μαθητοῦ τινος πατρὶ κείμενος, καὶ παρεμένων τὸ ἀφ' ἑκάστου τοῦ πατρὸς, ἢ καὶ διδασκάλου τοῦ κατορθοῦν ἔχειν τὰ παράδοξα·

Interrogat ergo Iudæos Dominus, num se arguere omnino possint de peccato. Quod quidem dici potest de omni in vniuersum peccato: veruntamen hunc sermonem rei propositæ accommodantes non de omni peccato inpræsens quærere dicimus, quasi illud facere argueretur, sed tale quid in animum inducemus, nempe cum Iudæorum peccatis pudorem præsertim iniicere studeret, nequaquam eos instigare voluisse ad ea rursus ingerenda quæ prius diximus: *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quis tu homo cum sis, facis teipsum Deum:* obiiciendámque præterea Sabbati violationem, ob quam insignis Legis præuaricator habebatur. In præsentia verò peccatum vocat mendacium. Si enim, inquit, nusquam deprehendor mendax, cur vera dicenti non creditis, & clarè omnino affirmanti me ex vero Patre ortum, & mendacij nescium. Fide itaque deinceps indubitata credite me quoque veracem cùm de meipso dico, *Ego ex Patre exiui, & veni:* De vobis autem, *Quia pater vester diabolus est.* mentimini quippe, & ad eædem inflãmati estis, nõ secus ac ille. Eos autem desiderio cædis flagrantes arguit, atq; ita quodãmodo eorũ audaciã reprimit. Correptum enim peccatum sæpe subrubescit, & in melius quodammodo reuocatur, cum non inueniat qua parte progrediatur vlterius, sed cum latere quodammodo sibi videtur, semper in maius attollitur, & celeri impetu pessimum in finem præcipitat.

A πῶς ἐλέγχει τοὺς Ἰουδαίους ὁ κύριος, εἴπερ ὅλως ἔχουσι διελέγχειν αὐτὸν περὶ ἁμαρτίας. καὶ ὁ μὲν λόγος ὁ περὶ τούτου καὶ τῷ πάντως αὐ δόκει πλημμελήματος ὄντι ὃ καθόλου λοιδορίας· πλὴν τῷ παροιμιώδει παρεπόντως αὐτῷ ἐφαρμόζοντες, ὑ περὶ πάσης φαμὲν ἁμαρτίας ἔρεσθαι παρὰ ὃ πρὸν, ἐ ὅτως ἐλέγχεσθαι δι' ὧν τοῦτο ὁρᾷν, διανοηθῆναι δί τι ζητοῦσιν, ὅτι τ τῶν Ἰουδαίων ἁμαρτίαν δυσωπεῖν ὅτι μάλιστα σφῶν ἔχων αἰεί, οὐκ ἂν σφῶν τοῦτο προσῆκεν ἐπιτείνειν παρὰ ὃ πάλιν ἑκόντα κατηγορῆν, ἃ δι' ἐ φθάσαντες ἐλέγχομεν, περὶ καλοδ ἔργου ὑ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ περὶ βλασφημίας, ἐ ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σεαυτὸν Θεόν· παρὰ δὲ τούτοις ἔτι καὶ τὸν ὅτι τῷ ἑβδόμῃ παραβαίνειν καλάλειπεν ἐφ' ἧπερ δὴ λίαν ὡς παρανομοῦσας ἐκείνους. ἁμαρτίαν οὖν ἄρα παρὰ ὃ παρὸν ὀνομάζει ὁ ψεύδης. εἰ γὰρ ἀ-
B ληθῆ λέγω, φησὶν, ἐλέγχομαι φύσης, τῷ δὲ χάριν ἀπιθεῖν ἐγνώκατε τῇ ἀληθοῦς ἀληθεύοντι, λέγοντί τε πάντως ἐμφανῶς ἐκ πατρὸς ἐξεφοιτηκότι ἀληθινοῦ, κ ὅτι ὁ ψεύδης οὐκ οἶδε. διὸ δὴ διὸ τοιοῦτον ἀνενδιάστως πίστει κρατεῖν ὅτι πάντως εἰμὶ κ ἀληθὴς, ὅταν λέγω περὶ ἐμαυτοῦ, ἐγὼ ὧδε τῶν πατρὸς ἐξῆλθον, ἐ ἧκω· περὶ ὑμῶν ὅτι ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ διάβολός ἐστι· ψεύδεσθε γὰρ, κ φονᾶτε καθάπερ ἐκεῖνος. διελέγχει δὲ χρησίμως φονεύοντας αὐτούς, αἰσχύνοντων ὥσπερ ἀφ' οὗπερ τὰ ἐγχειρήματα ἐξέρχεσθαι γὰρ ἁμαρτία πολλάκις ἀναισθησίᾳ, κ ἀναισχυντεῖν ἔρχεται ἐνίοτε, περὶ ὃ περὶ σφῶν χωρεῖ καὶ
D ἐπεκτείνεσθαι μᾶλλον ἐθίζουσα· δοκοῦσα δέ πως ἀφανίζεσθαι ἀεὶ περὶ ὃ μεῖζον αἴρεται, καὶ ἀναχώρησιν ὁρμῇς εἰς πέρας ἕρπει ὃ χείριστον.

Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi?

Εἰ ἀλήθειαν λέγω, διὰ τί ὑμεῖς ἐ πιστεύετέ μοι;

Eundem sermonem identidem repetit quia tardos eos cernit ac hebetes: magistrorum enim potissimum officium est eandem rem non semel, sed sæpe sæpius inculcare, vt auditorum mentibus firmius insideat. *Cum ergo mendax*, inquit, *loquitur mendacium, ex propriis loquitur: mendax enim est, quemadmodum & pater eius.* Contrà verò, mihi veritatem loquenti non creditis: ideo loquor, quia perinde verax sum ac Pater. Videtur autem ipse Iudæorum imbecillitatem reprehendere, qui non possint veritatis sermones capere, quia filij non sunt veritatis, frustra verò sibi patrem

Διὰ τὴν αὐτὸ πολλάκις λέγων, ἐπείπερ ὀρᾷ σωλιέντας αὐτόν· χρῆμα γὰρ δὲ ἐ τοῦτο διδασκάλοις ὅτι μάλιστα περιποιῆσαι, τὸν εἰς ἅπαξ φαμὶ μὴ πρέπειν λέγειν πολυτρόπως ἀναλίπτειν ἐ κατοκῆν, ἵνα ταῖς τ ἀκροωμένων ἐνίζῃ ψυχαῖς. ὅτι πίνων ὁ φύσης, φησὶ, λαλῇ ὃ ψεύδος, ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ· φύσης γάρ ἐστι, καθὼς κ ὁ πατὴρ αὐτοῦ· τὰ δὲ τοῖς εἰρημένοις οὐκ ἀδελφὰ λογιζόμενοί τε ἐ προϊέντες, κἀμοὶ λέγοντί τ ἀλήθειαν ἐ πιστεύετε, διὰ τοῦτο λαλῶ, ἐπείπερ εἰμὶ κ ὄντως ἀληθὴς καθάπερ κ ὁ πατήρ. εἰκὸς ἦ δ' ἂν που διελέγχειν αὐτὸν Ἰουδαίους ἀσθενοῦντας, διὰ τοῦτο προσῆκεν ὃ μὴ δύνασθαι τοὺς ἐξ ἀληθείας χωρεῖν τοὺς λόγους, ἐπείπερ οὐκ εἰσὶ τ ἀληθείας υἱοί. ὅτι ψεύδεται δὲ Correptum locum.

μᾶτλω ἑαυτοῖς πατέρα τ̃ Θεὸν ὅτ᾽ ἂν λέγωσιν, ἵνα πατέρα ἔχωμεν. ὁ μὲν γὰρ Θεὸς, φησὶν, ὅλως ὢν ἀλήθεια, χαίρει τῇ ἀληθείᾳ & τοῖς προσκυνοῦσιν αὐτὸν, ἐν πνεύματι & ἀληθείᾳ βούλεται προσκυνεῖν. τὰ δὲ τ̃ ἀληθείας τέκνα δίκην προσήκοντος οἶδε σπουδάζειν, τοῦτ᾽ ἔστι, τ̃ ἀλήθειαν. ὑμεῖς δὲ διὰ τοῦτο λέγοντί μοι * δικαίως λέγειν πρὸς Ιουδαίους ὁ κύριος, οἷον ἂν δή τις ἐν ἑτέρου σχήματος καταδύσει καλῶς. λεγέτω γάρ τις τυχὸν τῷ ἐφεστηκότι εἰωθότων προὔς ἀνόλαστον υἱὸν ἤγουν οἰκέτην, ἢ γείτονα· εἰ σωφρονεῖν σοι δοκῶ παρεῖδε καταμεμυκότος, & τ̃ σὸν τιῦ ἐκκόλαψον τ̃ ἐμαυτ̃ κεφαλῆς ὡς πορρωτάτω ἔχειν, διὰ τί ἀπιθεῖς, & ὑπιστεύειν λέγοντί φαῦλον ὅτι & μυσαρὸν ὄν προσῆκτό ἐστι; & ὑ δήπου πάντως τῇ πρόσθεν τ̃ ἀπολογίαν ἀντεπάγειν ζητῶν τὰ τοιαῦτα φήσειν αὖ, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ἀπιθεῖται δηλονότι σωφρονεῖν ἐξελέγχει, ὅτι χαίρων τοῖς ἀπολαστοτέροις ὑ χωρεῖ τ̃ σωφρονίζοντα λόγον. ὕστερον οὖν ἐρεῖ & ἐπὶ τῶν Ιουδαίων ποιησόμεθα, ὅτ᾽ ἂν εἴπῃ Χριστὸς, εἰ ἀλήθειαν λέγω διὰ τί ὑ πιστεύετέ μοι; ὃ γὰρ τ̃ τοιούτων ἐρωτήσεων σχῆμα παραπλήσιόν ἐστι & ἀεί πως προσκειμένην ἐκ τῶν ἐρωτωμένων ὁμολογίαν, ἐλέγχει μᾶλλον αὐτὰ ἢ ἐπερώτησις τ̃ ὃ πολὺ φαίνεται. οὐ γὰρ ἴσμεν κακτήμεθα τοσοῦτοι τ̃ ἐρημίαν . . . . . ὅπως τ̃ δὲ ὅπως οὐκ ἀπολύτως, ἀλλ᾽ ὑ καθόλου φησὶ, διὰ τί ὑ πιστεύετέ μοι; ἀλλὰ προσθήκη ὃ, ὑμεῖς, αἰνιττόμενός πως τοὺς ἀκριβέστερον ἀπιθεῖν εἰωθότας, & ὑποφαίνων ὡς πρᾶόν τινας διανοίας ἴσως ἔχοντες τ̃ δόξαν, & οὐκ ἀκριβῶς τ̃ τῶ Καὶν δυσρωπίας τοὺς χαρακτῆρας ἐν τοῖς ἰδίοις ἤθεσιν ἀποσώζοντες, ἀλλ᾽ ὅσον ὑδέπω προκόψαντες. & εἰς ὃ ἐν τέκνοις καταλέγεται Θεοῦ. φημὶ γὰρ οἶδα δῆν μὴ πάντας ἀρόδην ἀκριβέστερον ἀπονοίας βεβαπτίσθαι τοὺς Ιουδαίους, ἀλλ᾽ εἶναί τινας ζῆλον μὲν ἔχοντας Θεοῦ, κατὰ ἐπίγνωσιν, ἀλλ᾽ ὡς ὁ Παῦλός φησι, πλὴν ὑ κατ᾽ ἐπίγνωσιν, ἀφ᾽ οὗ τοῦτο βραχὺ πρὸ τ̃ πίστιν μνησόμεθα. ἐν δὲ γε τοῖς ὕστερον ἀκριβεστέροις αἰτιασόμεθα πολὺ βλέποντας εἰς ὀργὴν, & ἀκρατῶς ἐκκεκαυμένους εἰς μανίαν, τοὺς αὐτοῦ μάλιστα γραμματεῖς, & Φαρισαίους, οἷς δὴ ἐπάγειν προσποιήσεται & ὃ, ἀφ᾽ οὗ ὑμεῖς ὑ πιστεύετέ μοι, ἰδικῶς ὥσπερ αὐτοῖς τ̃ ἀμετρίαν ἀπιθείας διαλήψεται Χριστός. αὐτοὶ γὰρ ἦσαν οἱ καθηγεμόνες, & συνεπέχλεισαν τοῖς σφῶν αὐτῶν ἀπρογνώμοσιν ἀπαπίθοντες ὅτ᾽ ἐπῆλθον. ἀφ᾽ οὗ τοῦτο κατηγορῶν τοιαῦτα ὡς ἄρασθαι τ̃ κλεῖδα τ̃ γνώσεως, & μήτε εἰσβαίνοντας

A ascribunt Deum, cum dicunt, vt patrem habeamus. Deus enim, inquit, cum totus sit veritas, veritate gaudet, & eos qui adorant eum in spiritu & veritate vult adorare. Veritatis autem filij quod proximum & cognatum est studiosè suscipiunt, id est veritatem. Vos verò, quare non creditis mihi. Idcirco tale quiddam mihi videtur ad Iudæos dicere Dominus, quale sub alterius cuiusuis personæ fictū aspicias. Finge enim tibi continentem & castum aliquem, ita B filium suum, aut domesticum, aut vicinum compellare: si castè agere tibi videor quod scortari nolim, & illius criminis opinionem à meo capite longè repellam, quidni credis potius aienti detestandam rem esse? Neque verò hæc dixerit quòd interrogationi defensionem opponi velit, sed ex eo quod sibi non creditur, clarè arguet, quod qui intemperantia gaudet reprehensionem & castigationem non ferat. C Ita ergo de Iudæis quoque censebimus, cum Christus ait, *Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi?* Istud quippe interrogandi genus planam habet ac promptam fere eorum quæ rogantur confessionem, immò verò interrogatio ea vt plurimum arguit. Obserua autem quo pacto non absolutè, neque in vniuersum dicat, *Quare non creditis mihi*, sed addat, *vos*, subinnuens quodammodo eos qui D vehementiùs diffidere soliti erant, & subindicans adesse quosdam generosiori forsan mente præditos, nec in suis moribus notas peruersitatis Cainianæ vsquequaque retinentes, sed modo non inter Dei filios collocandos. nec enim existimandum ajo omnes in vniuersum Iudæos simili mentis intemperie infectos, sed esse nonnullos Dei quidem zelo præditos, sicuti Paulus ait, sed non secundum scien- *Rom. 10. 2.* tiam, ideóque circa fidem paulùm hæsitantes. Inter eos verò impios illos Scribas & Pharisæos eædem ac furorem spirantes potissimum reprehendemus, in quos illud magis quadrauerit, *Quare vos non creditis mihi?* Christo immensam eis incredulitatem peculiariter quodammodo tribuente. Præibant enim illi, atque impia sua facinora sectari subditos persuadebant. proindeque iure incusantur quasi clauem scientiæ sibi arripuerint, neque tamen ingrediantur ipsi, sed & cæ- *Luc. 11. 52.* teros ingredi prohibeant. Vocabulum

lum igitur istud *vos*, magis peculiariter ad ipsos populi duces refertur.

αὐτοὶ, ἀξιοκολούντως δὲ καὶ ἑτέρως. ἔχοι τοίνυν ὃ καὶ ὑμεῖς ἰδικώτερον ὥσπερ πρὸς τοὺς ἡγουμένους μάλιστα τὴν διάφορὰν.

v. 47. *Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.*

Ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούει· διὰ τοῦτο ὑμεῖς οὐκ ἀκούετε, ὅτι ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐστέ.

His vocibus, *ex Deo esse*, cogitandum non est significari esse ex eius substantia genitum: stulti enim est hoc dicere: neque secundum illud quod à Paulo dicitur, *Omnia ex Deo sunt*; Quia enim opifex & parens omnium est, qui omnibus esse dat, propterea omnia ex eo esse ait diuinus Paulus. Sed hoc loco non ita intelligendum est. quippe omnes ex Deo sunt, siue boni, siue mali, quatenus omnium est author & artifex. Ex Deo igitur esse ait eum qui per virtutem & vitæ probitatem Deo conciliatus sit dignusque habitus aliqua velut cum illo affinitate, quomodo etiam tales in liberis computandos censet. Ergo qui ex Deo est, inquit, promptissimè diuina verba susceperit: ferè enim quod familiare & cognatum est diligitur, qui verò ex Deo non est, hoc est, qui nullam prorsus cum eo coniunctionem habet, nequaquam libenter diuinos sermones audierit. nec enim apud improbos facile bonum reperias, nec par capessendæ virtuti studium, cum eorum animus extrema sit improbitate refertus, & propriam cuiusque duntaxat spectet voluntatem. Cum verò dicit Christus, *Qui ex Deo est, verba Dei audit*, nemo putet eum præcipere duntaxat diuinas voces corporeis auribus esse hauriendas: (Quis enim vsqueadeo perditus, vt non etiam loquentis vocem audiat, nisi sensum morbo quodam planè amiserit?) sed audire hic positum esse pro eo quod est annuere, obsequi, & intelligere, atque animo suo recondere, vt in libro Prouerbiorum scriptum est: *Sapiens corde præcepta suscipiet.* Insipientium enim vel superborum animum sermo vix pulsat, & tanquam sonitus veluti frustra obstrepens repente fugit ex auribus: sed in cor sapientium velut in fœcundum aruum subit. Sapienter itaque Dominus Iudæorum væcordiam reuincens, & impudenti blasphemia vti significans, sua verba Dei verba esse ait.

Pro.16.21

Τὸ μὲν οὖν ἐκ τοῦ Θεοῦ τινας εἶναι χρὴ νοεῖν οὐ τοῦτο, οὐκ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ γεγενῆσθαι. ἄνοια γὰρ, ἀλλ' οὐδὲ κατ' ἐκεῖνο ὃ ἀφ' οὗ Παύλου λεγόμενον, τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ· ὅτι γὰρ δὴ δημιουργὸς καὶ γενεσιουργὸς ἁπάντων ὁ τοῖς πᾶσι δοὺς εἶναι δίδωσι, διὰ τοῦτο τὰ πάντα ἐξ αὐτοῦ φησὶν ὁ θεσπέσιος Παῦλος. ἀλλ' οὐ τοιούτοις ἐχαρίσατο ὃ, ὅτῳ νοῦν ἅπαντες γὰρ εἰσιν ἐκ Θεοῦ πονηρά τε καὶ ἀγαθοὶ, καθὸ πάντων ὅτι δημιουργὸς ἐκ Θεοῦ τοιγαροῦν φησὶν ὁ ἐξ ἕξεως καὶ ἐπιτόμου πολιτείας προσοικειωθέντα Θεῷ, καὶ ἀξιωθέντα ὥσπερ τῆς πρὸς αὐτὸν συγγενείας, καθὸ καὶ ἐν τέκνοις καταριθμεῖσθαι τοὺς τοιούτους ἀξιοῖ. ὁ τοίνυν, φησὶν, ὢν ἐκ Θεοῦ προσχαίρει τε καὶ ἀσμένως τοὺς θείους εἰσδέξεται λόγους. φίλον γάρ πως ἀεὶ τὸ συγγενὲς καὶ οἰκεῖον· ὁ δὲ μὴ ὢν ἐκ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστιν, ὁ μηδένα ἔχων τὸν πρὸς αὐτὸν οἰκειωσιν τελεμμένος, οὐκ ἂν ἡδέως τι θεῖον ἐπαναδέξαιτο λόγων. οὐδὲ γὰρ συνορᾶν πρὸς πονηροῦς τὸ ἀγαθὸν ῥᾴδιον, ἀξιομάχως δὲ ἐνδαιμόνως ἔχειν πρὸς τὴν ἀρετὴν ὅτι πάνυ, ἐπειδὴ ἂν αὐτοῖς τῆς ἐσχάτης διαπεπλησται μοχθηρίας ὁ νοῦς, καὶ πρὸς μόνον ὁρᾷ τὸ ἴδιον θέλημα. ὅταν δὲ λέγῃ Χριστὸς, ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούει, νομιζέτω μηδεὶς ὅτι μόναις ταῖς τοῦ σώματος ἀκοαῖς ἔχειν ἡμᾶς εἰσδεκτέον φωνὰς ἁπλῶς. τίς γὰρ οὕτως, εἰ καὶ φαῦλος εἴη κομιδῇ, τῆς τοῦ λαλοῦντος ἐμβοᾶσθαι φωνῆς οὐκ ἂν ἀνεχόμενος φωνῆς, εἰ μὴ ἄρα νόσῳ τινὶ παρέρριπτο τὴν αἴσθησιν; ὃ δὲ ἀκούειν ἤθησιν ἐν τούτοις, αὐτὴ τοῦ συγκατανεύειν, καὶ πείθεσθαι, καὶ ὑπουργεῖν, καὶ εἰς νοῦν ἀποκρύπτειν τὸν ἑαυτοῦ, ἔνθα ὃ εἰρημένον ἐν βίβλοις προσιμωσι, σοφὸς καρδία δέξεται ἐντολάς. τοῖς μὲν γὰρ τῶν ἀνοήτων, ἤτοι καταφρονητῶν, καθάπερ ἂν ἄσημος ἠχεῖ παρεισερρυεὶς ὁ λόγος, καὶ ὥσπερ ἂν κτύπος παρενοχλήσας εἶτα τάχιστα ἔφυγε τοὺς ἀκούοντας ἀπαλλάττεται. εἰσδυὰς δὲ καθάπερ εἰς ἄρουραν βύθιον τῶν συνετῶν τὴν καρδίαν. σοφὸς δὲ σοφόρα τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἀπονοίαις ἐλέγχων ὁ κύριος, καὶ δυσφημοῦσι τοῖς ἀναιδῶς ὑπεδέχετο, τοὺς ἑαυτοῦ λόγους τοῦ Θεοῦ λόγους εἶναι φησί.

μεζονται δοῦναι λόγον τινας, φησὶν, αὐτοὺς εἰς ὃ φρονοῦσιν ἐπ' αὐτῷ τὰ περὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ νομίζειν Ἰωσὴφ, ἢ γε ἑτέρου τινὸς τῶν ὅσοι τῆς γῆς ἐκπεφυκέναι καὶ ἀληθῶς, ἀλλ' ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Θεὸν ἐκ Θεοῦ πεφηνέναι πιστεύειν, ὃ δὴ καὶ σκυθρωποῖς ἀχάλλοισι, καὶ θερμοτέροις καταφλέγεσι τοῖς θυμοῖς περισπῶντες αὐτοὺς ὅτι τῇ ἀνομίᾳ αὐτῶν, κατὰ γέγραπται, δι' ὧν ἔτι μειζόνως ὑβρίζονται.

A docet quippe eos de se consentanea sentire, neque putare Ioseph aut alterius cuiusuis terreni hominis filium esse reuera, sed credere ex substantia Dei ac Patris, Deum de Deo genitum: quod certè cum audiunt indignantur, & vehementius excandescunt, iniquitatem addentes super iniquitatem, vt scriptum est, ex eo quod magis magisque iniurij euadunt.

B

Ἀπεκρίθησαν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ εἶπον αὐτῷ, οὐ καλῶς λέγομεν ἡμεῖς, ὅτι Σαμαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις;

v. 47. *Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Nonnebene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes.*

Καταθλιβῆναι πάλιν ἀκόλουθον τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπόπληξίαν, καὶ τὴν βλητείας τῆς ἀναβολήν. ταῖς γὰρ σφῶν αὐτῶν ἀλίσκονται φωναῖς, καθάπερ οἱ θῆρες, ὅτε ταῖς τῶν σφαττόντων ἐπιπηδῶσι χερσὶν, αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν τὰς ὅτι τοῦ σιδήρου κινοῦντες ὁρμάς. ἐλεγχόμενοι γὰρ ὡς ἔθος αὐτοῖς, καὶ μηδέπω C σαφῶς, ὃ ψευδομυθεῖν, ἀληθὲς ὂν πᾶσι κηρύττουσι, καὶ διαφθείρονται μᾶλλον ὡς οὐκ εἶεν ἐκ Θεοῦ πᾶσι τὸν σωτῆρος ἀκούοντες. σύνδεσμος γὰρ μεταξὺ διαφερόντως κρούει, τῆς τοῦ διαβόλου κακίας ἀκριβέστατον ἐν ἑαυτοῖς ἀποφαίνουσι τὴν εἰκόνα. Σαμαρείτην γὰρ, καὶ δαιμονῶντα τὸν ἐκ Θεοῦ πεφηνότα βλασφημοῦσι λέγειν Θεὸν, αὐτοὶ μᾶλλον ἐν ἑαυτοῖς ὃ πυρὸν ἔχοντες, καὶ θρομαίχου δαιμόνιον· σύνδεσις γὰρ λέγει ἀνάθεμα Ἰησοῦ, εἰ μὴ ἐν Βεελζεβοὺλ, τοῦ τῷ Παύλου φωνῶ. ψεύσεται μὲν οὖν, καὶ ὑβρίσει, καὶ λοίδορος καὶ διὰ τοῦτον ὄντες ἀλώσονται καὶ θρομαχεῖν εἰθισμένοι, τῷ καρέποντι ἀποτίσουσι δίκην τοῦ πόντα ἰσχύοντι κριτῇ. ζητητέον δὲ πάλιν καὶ ἐνταῦθα τὴν αἰτίαν, δι' ἣν καὶ Σαμαρείτην εἶ φασὶ, καὶ δαιμονῶντα ὃ κύριον. ὁ γὰρ προφήτης εἶπεν, οὐ καλῶς ἡμεῖς λέγομεν, ἐπαμφαίνει πως ὡς ἐπ' αἰτίας λυσὶ, καὶ ὡς Σαμαρείτην διαφύροντες, καὶ μικρὸν ὃ ἕτερον, ὅταν τῆς ἐκείνων ὄψει βλασφημῶσι φωνῆς. ἔοικεν Σαμαρείτην εἶ φασὶν ὡς διαφερόντως πρὸς τὰς νομικὰς ἐντολὰς, καὶ τὸ τοῦ Σαββάτου λύσιν ὑπὸ σοῦ λεγόμενον. οὐ γὰρ ἀκριβὴς παρὰ τοῖς Σαμαρείταις ἐστὶν Ἰουδαϊσμὸς, μέμικται δέ πως ἔθεσι τοῖς ὀθνείοις, καὶ Ἑλληνικοῖς μᾶλλον ἐκείνων λατρείαις· ἢ καθ' ἕτερον λόγον Σαμαρείτην λέγουσιν αὐτὸν εἶ, ἐπειδὴ Σαμαρείταις μόνοις ἔθος ἑαυτοῖς μὲν τὸ καθαρότητα μαρτυρεῖν τε καὶ ὅτι ψεύδεται, καθαρεύειν δὲ ἑτέρους ὡς μεμολυσμένους.

Consentaneum est rursus Iudæorum augeri stuporem, & immanem vecordiam. Suis enim ipsi vocibus capiuntur, non secus ac feræ quæ invenatorũ manus insiliunt, séque ipsas ferro induunt. Reuicti enim tanquam qui falsa dicere soliti essent, illico rem veram esse ostendunt & rumpuntur quidem, se non esse ex Deo, à Seruatore audientes. Nullo verò temporis interiecto spatio Diabolicæ malitiæ perfectissimam in seipsis imaginem exhibent. audent quippe dicere Samaritanum, & à dæmone obsessum Dei Filium, ipsi magis virulentum & Deo contrarium in se habentes dæmonium. Nemo dicit anathema IESV, nisi 1. Cor. 12. 3. in Beelzebub, iuxta Pauli sententiam. Mendaces itaque, & iniurij atque contumelioſi esse ex hoc reuincentur, & D Deo pugnare sueti dignas omnipotenti iudici daturi sunt pœnas. Rursus autem quærenda hic est causa, propter quam Dominum & Samaritanum, & à dæmone agitatum dicant. Quod enim præmiserunt, *nunquid nos rectè dicimus*, quodammodo indicat quod quibusdam de causis & tanquam Samaritanum eum traducant, prætereaque aliud quod proloqui ad ipsorum audaciam pertineat. Igitur Samaritanum esse dicunt, tanquam indifferenter se habentem circa legum præcepta, & soluere Sabbatum parui ducentem. neque enim apud Samaritanos exactus est Iudaismus, sed cultus eorum moribus extraneis atque Græcanicis vt plurimum est permixtus. Est & alia ratio cur Samaritanum eum esse dicant, nempe quòd solebant Samaritani sibi puritatem falsò arrogare, alios autem damnare velut inquinatos.

Hanc enim, opinor, ob causam, non A coëtuntur Iudæi Samaritanis, ve scriptum est. sed & aliis quibusdam misceri nolunt, veriti ne hinc aliquomodo inquinentur, qui dū ita nugātur rectè se facere sibi persuadēt. Dominus autem Iudæorum improbos mores damnans, diaboli quidem filios vocabat eos, sibi verò omnis peccati immunitatem, & perfectissimam puritatem vindicat, dicens: *Quis ex vobis arguit me de peccato?* Quod autem non possit in peccatum incurrere, summam planè sibi puritatem adscribentis est: quòd vero Iudæos filios Satanæ indigetat, damnantis est B velut inquinatos, & omni mentem impuritate plenam habentes: quod verum quidem est. Quocirca Samaritanum quidem eas ob causas, & dæmone agitatum rursus dicunt, quia moris est dæmonibus debitum Deo honorem ad seipsos transferre, & Dei gloriam sibi arrogare. quod quidem Christum facere putant, dum seipsum cum homo sit, velut in Dei locum intrudit dicens: *Qui ex Deo est, verba* C *Dei audit.* sua enim verba Dei verba esse subinnuit. Conuicij ergo, imò verò blasphemiæ in ipsum Iudæis causa hæc erat, quâ impulsi dicebant ea quæ æternæ ipsis flammæ arrhaboni essent. Mihi verò mirari subit, quod cum indignentur se vocari sæpe mendaces, & filios Diaboli, reipsa tamen ostendunt huius criminis se reos esse, quod potius omni ratione propensionéque ad virtutem excutere oportuit. omnino enim conuitiis delectari, & quibusdam falsa pro veris affingere D atque imponere, Diaboli filiis maximè conuenit, non iis qui in filiis Dei computantur. Non solùm autem conuitiantur miseri, qui in suum ipsi caput mentiuntur, ne dicam Christi: sed hoc rectè se facere asseuerant; ne tantillum quidem suam nequitiam damnantes, quod extremæ cæcitatis est argumentum.

Διὰ τοῦτο γὰρ οὐ μίγνυται τοῖς παρ' ἑαυτοῖς ὁ συγγραφεὺς Ἰουδαῖοι Σαμαρείταις, καὶ ὃ γεγραμμένον, οὐδ' ἱστοροῦνται δὲ ἢ ὅτι ἐτέροις ἔθεσιν ἐπιμίσγεσθαι καθαρεύειν ὀλόμενοι δόκον τινὰ τοῦ εὐσεβεῖν μολυσμόν, ἐπεὶ καὶ αὐτοῖς ὃ ὅπως ληρῶν ὀρθῶς ἔχειν δοκῇ. καταδικάζων δὴ τὰς Ἰουδαίων κακοηθείας ὁ κύριος, υἱοὺς μὲν αὐτοὺς ἀπεκάλει τοῦ Διαβόλου, ἑαυτῷ γε μὴν ὅλον πάντελῶς ἀνύπαιτον εἰς ἁμαρτίαν, καὶ καθαρότητα τοῦ εἰς ἄκρον ὑπεμφαίνων λέγων· τίς ἐξ ὑμῶν ἐλέγχει με περὶ ἁμαρτίας; τοῦτο δὲ ἰδίᾳ σημαίνων ἑαυτοῦ μὲν καθαρότητα, Διαβόλου δὲ μὴ δύνασθαι παντελῶς ἀμαρτίαν, τὸν αἰωνίτατον παντελῶς ἀφορῶντος· διὰ τοῦτο τὰ τέκνα λέγει τοὺς Ἰουδαίους τοῦ Σατανᾶ, καθαπερεί τινος ὡς μεμολυσμένους, καὶ πάσης ἀκαθαρσίας ἀναπλέων ἔχοντας τὸν νοῦν, ὅπερ ἦν καὶ ἀληθές. Οἰκείως Σαμαρείτην μὲν διὰ τοῦτο, δαιμονᾶν δὲ πάλιν φασίν, ὅτι τοῖς δαιμονίοις ἔθος τὸ Θεῷ χρεωστούμενον εἰς ἑαυτὰ μεταλλάττειν ἡμῶν, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ δόξαν ἁρπάζειν ἀφειδῶς. αὐτὸ δὲ τοῦτο οἴονται δρᾶν τὸ Χριστὸν, ὅτε μὲν ἑαυτὸν ἀνθρωπος ὢν ὡς εἰς Θεοῦ τόπον εἰσφέρῃ λέγων· ὁ ὢν ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ ἀκούει. ἐπεμφαίνει γὰρ ὡς περὶ ἴδιον ῥῆμα τὰ τοιαῦτα φησί. τῆς μὲν οὖν λοιδορίας, μᾶλλον δὲ τῆς δυσφημίας τῆς κατ' αὐτοῦ προφάσεις αὐτοῖς Ἰουδαίοις ἡ ἀφορμὴ πρὸς ὃ ἐνῆν λέγειν, ἅπερ αὐτοῖς τῷ αἰωνίῳ πρᾶγμα γενίσεται φλύαρα. ἔπεισι δέ μοι θαυμάσαι καὶ τούτῳ πάλιν αὐτούς. ὀργιζόμενοι γὰρ, ἐπειδὴ υἱοὶ Διαβόλου, καὶ ψεύσται πολλάκις ἐκλήθησαν, ἔργῳ δεικνύουσι πρὸς αὐτοῖς ὃ ἔγκλημα, ὃ καὶ μᾶλλον ἐχρῆν. Διὰ τί δὲ εἰς ἀρετὴν ἀποτείνεσθαι λόγους. ὃ γὰρ ὅλως διαλοιδορεῖσθαι φιλεῖ, καὶ τὰ μὴ προσόντα τίθησιν ὡς προσόντα λέγειν, ὑπὸ τοῖς οἰκείοις Θεοῦ καθαπτόμενος, ἀλλὰ υἱοῖς Διαβόλου πρέπων δίκαιον. λοιδορεῖσθαι δὲ ὑμᾶς μόνον οἱ δίκαιοι, οἳ καὶ τῆς ἑαυτῶν καθαψύδονται κεφαλῆς, ἵνα μὴ λέγω Χριστοῦ, ἀλλὰ γὰρ καὶ καλῶς τοῦτο διαχειρίζονται δρᾶν, οὐδὲ ὅσον εἰπεῖν καταμανθάνοντες τῆς φαυλότητος, ὅπερ ἐστὶ τυφλότητος πλήρωσις ἀπόδηξις.

E

V. 49. *Respondit* IESVS, *Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonoratis me.*

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, ἀλλὰ τιμῶ τὸν πατέρα μου, καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με.

Magna quidē cū lenitate sermo, sed tamē

Ἐν πραότητι μὲν ὁ λόγος, μέγας δ' ἐν ὄγκῳ

ὁ ἡμῖν πολλῷ. ἐμφαλικώτερον γὰρ ὁ, ἐγὼ δαιμόνιον οὐκ ἔχω, φησὶν, ἑαυτὸν δὲ ὥσπερ ἀπολογούμενος ἐκείνοις, τὸ μὲν ὅτι τούτῳ λοιδορίας ἐλεύθερον ἀποφαίνει, δίκην δὲ μᾶλλον ἐπ' αὐτοῖς ὁ εἰρημένος ἀληθὴς. εἰ μὴ γὰρ αὐτοῖς ὁ δαιμόνιον εἶχον ἀληθῶς, κἂν ἀπέφευγον εἰκότως δαιμονῶντα καλεῖν τὸν ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῖς μαρτυρηθέντα Θεόν. διὸ φύσασα τοίνυν ἡ αὐτὸς μᾶλλον ἀπονέμων αὐτοῖς ἀπὸ ὧν ἔχειν ἀληθῶς, ἐγὼ τοίνυν οὐκ ἔχω, φησὶν, ἀλλ' ὑμεῖς δηλονότι ὁ δαιμόνιον, ὑμεῖς ὥσπερ ἐπ' ἐκείνοις ὁ εἰρημένον, ὑμῶν δὲ τὸν ἐμαυτοῦ πατέρα, Θεὸν ἡ ἐμαυτὸν οὐ Θεοῦ πεφυκέναι λέγων, ἐ ὅτι οὐκ ἔγνων ἁμαρτίαν διϊσχυρίζόμενος. ἔδει γὰρ ἔδει Θεὸν εἶ) τ' οὐ Θεοῦ, ἡ τ' οὐ μὴ εἰδότες ἁμαρτίαν τ' ἀξιόχρεον ὅτι τοιοῦτον ὀφλῆ. ὧν ἂν ὡς αὐτὸς ἡ συμβαίνει ὁ ἑαυτὸν εἰς ὁ παροξυνόμενος, τοῖς ἄχθεσι παροινίαις ἐχρησάμην λόγοις· ἡ γὰρ ἂν ἐτιμήθη Θεὸς υἱὸν ἔχων νοσήλιος τ' οὐκ ὄντα Θεόν· οὐκ ἂν ἐτιμήθη φησὶν ὁ πατὴρ, εἰ τ' κατηγορίαν τος εἰς ἁμαρτίαν ὠνομάσθη πατήρ. οὐκοῦν ἐμαυτοῦ τὰ κάλλιστα μαρτύρων δυσφημῶ μὴν φησὶν ὑβριστῶς, καθάπερ ὑμεῖς ὑποτοπάζετε, ὑμῶν δὲ μᾶλλον τ' ἡμέτερα, φημὶ δικαίως περὶ ὑμῶν, ὅτι οὐκ ἐστὲ, ἐπεὶ μηδὲ ἡμεῖς ὑμεῖς εἰς τοῦτο πονηρίας ἥκοντες, ἡ πάσῃ φαυλότητι βεβαπτισμένους, οὐκ Θεοῦ εἶ) λέγειν. ὑμᾶς γὰρ καὶ οἰκειότητος ἀξιοῖ τ' παρὰ αὐτοῦ ἡ τ' ψεύστην, ἡ λοίδορον, ἡ δύσφημον, καὶ ἀλαζόνα, καὶ ὑβριστὴν, οὐδὲ τ' ἀδίκως φονᾶν εἰωθότα, ἀλλὰ τ' ὀπτικὴν, ἡ πανοῦργον, ἡ θυσιῶν, ἐ φιλόθεον, ἐ ἀγαθόν. οὐκοῦν καὶ ἡ κατ' τοῦτο ὑμῶν τ' πατέρα, τ' παρὰ αὐτοῦ οἰκειότητος ἔξω ὑμᾶς ποιεῖ ἐπ' ἀκρότατον πονηρίαν κατηγωνισμένους, ὑμεῖς δὲ ἐ τοῦτο ποιοῦντα πάλιν ἀτιμάζετε, ἐ τοῖς ἐπαίνοις τοῖς περὶ τοῦ παρ' ὑμῶν ὑπεισπίπτοντες, ἵνα μὴ μίσοκακεῖς τ' ὑμῶν, ἀλλ' ἥδη ἐ εἰς αὐτὸν ἀνατρέπωτες ἀλίσκησθε. εἰ γὰρ ἐμαυτοῦ τὰ κάλλιστα μαρτυρῶν ὑμῶν τ' ἡμέτερα, ἀτιμάσαι δίκαιον, φησὶν, ὁ τὸν ὅλως αὐτοῦ τοῖς ἐσχάτοις ἐπιῤῥῖψαι περιβαλόντα. πανταχόθεν τοιγαροῦν, καὶ τοῖς ἐαυτοῦ λόγοις συνίστησι Χριστὸς, καὶ ὅτι Θεὸς κ' φύσιν ὢν ἀποφαίνει ἐμφανῶς, ἐ δι' ὧν ὑμᾶς τὸν πατέρα φησὶ, τῆς παρὰ αὐτὸν οἰκειότητος τῆς τ' ἀλλοτρίων πλήθους ἐξωθουμένης, ἀλλοτρίους πάντας ἀποφαίνει Θεοῦ. τί γὰρ τοῦ ἐκεῖνα λεγόντων ἀσεβέστερον; ἐγὼ οὐ ζητῶ τὸ ἐμὸν δόξαν μου· ἔστιν ὁ ζητῶν, καὶ κρίνων· ἀληθὴς ὁ τοιοῦτος ὁ ἐμφανὴς ὁ λόγος τοῦ Πέτρου περὶ

efficaciſſimè & magna cum emphaſi ac ſignificanter admodum illud, *Ego dæmonium non habeo*, ſeipſum autem ab iis quodammodo diſtinguens, eius conuicij immunem ſe declarat, idque dictum in eos quadrare potius oſtendit. Niſi enim dæmonium reapſe haberent, iure eum, qui tot operum teſtimoniis Deus confirmatus eſt, à dæmone obſeſſum dicere vererentur. Appoſitè igitur id eis tribuens, quia reapſe ita ſit, ego, inquit, dæmonium non habeo, ſed vos videlicet habetis, id dictum in eos quodammodo retorquens: quippe honoro Patrem meum, dum meipſum quoque Deum, & ex Deo eſſe, atque omnis peccati expertem aſſeuero. Oportet quippe Deum eſſe qui ex Deo eſt, & qui ex Deo eſt peccati neſcio talem eſſe qualis eſt is, ex quo eſt. Secus autem, verbis non tam ſplendidis vterer, ne offenſioni vobis eſſem. neque enim Deus honoraretur, ſi Filium qui Deus non eſſet crederetur habere: Non honoraretur Pater, inquit, ſi Pater nuncuparetur eius qui in peccatum incideret. Quapropter mihi ipſi præſtantiſſima quæque aſſumo nequaquam blaſphemans, inquit, ſicuti vos exiſtimatis, ſed genitorem potius honorans, iure de vobis aio, vos ex Deo non eſſe, quippe nefas eſt dicere omni flagitio immerſos eſſe ex Deo. honorat enim, & familiaritate ſua dignatur non mendacem, non contumelioſum, blaſphemum, ſuperbum, & iniurium, nec eum qui cædem iniuſtè machinatur, ſed modeſtum ac lenem, pium, Dei amantem, ac probum. quapropter etiam in hoc Patrem honoro, ab eius familiaritate excludens eos qui effreni laborant nequitia: vos verò me hoc facientem rurſus probris afficitis, & laudes Patris mei etiam inceſſitis, vt non ſolùm in me impij, ſed & in eum deprehendamini. Si enim mihi ipſi de præſtantiſſimis quibuſque teſtimonium præbens, genitorem honoro, vtique eum dehonorabit, inquit, qui filium eius extremis probris inceſſet. Vndique ergo & ſibi conſtat Chriſtus, & ſe deum ſecundum naturam eſſe clarè oſtendit, & ex eo quod ait à ſe Patrem honorari, alienorũ turbâ ab eius familiaritate remotâ, oſtendit Iudæos à Deo eſſe prorſus alienos. Quid enim eſt iis qui iſta dicũt magis impiũ? *Ego gloriam meam non quæro. eſt qui quærat & iudicet:* liquet hîc verè à Petro de Seruatore

noſtro dictum : *Qui cum malediceretur non remaledicebat, cum pateretur non comminabatur, tradebat autem iudicanti ſe iuſtè.* Videtis enim quo pacto non ſemel ſed frequenter audiens in ſe furentium ſermones in ſua bonitate perſiſter, nec ab officio vllâ ratione excidat, ad exemplum noſtrum id faciens, vt eius veſtigia ſequi ſtudentes non maledictum pro maledicto, néve aliud quoddam malum pro malo inimicis reddamus, ſed vincamus potiùs in bono malum. Ego itaque gloriam meam non quæro, inquit, non quaſi impunè fore dicat iis qui ſe ferociter inuaſerint, ſed neque quòd ad iſtam impietatem his verbis excitet, ſed illud potius ſubindicat : Venio, inquit, gloriam à vobis nequaquam aucupaturus, ſed neque honoris aut claritatis cupidus. Humiliaui quippe meipſum, in forma Dei ac Patris cum eſſem, & homo factus ſum veſtri ſimilis. At qui propter vos ne ſerui quidem formam aſſumere dedignatus eſt, cum liceret in æqualitate cum Deo ac Patre permanere, & his quæ mentem & orationem excedunt acquieſcere, quo pacto cenſeretur inde gloriam aucupari potius, quàm ad aliorum vtilitatem voluntariam ignobilitatem ſuſtinere? Aut enim iſtud hîc ait Dominus, aut certè alio modo ipſum gloriam ſuam non quærere putabimus. Nam cum poſſit è veſtigio caſtigare iniurios, & blaſphemiæ pœnas ab iis exigere, tanquam in vniuerſi Dominum impiè ſe gerentibus, fert æquo animo iniuriam, vt ne ſimplici quidem verbo arrogantibus dolorem velit reponere : verùm ne impiè ſe gerere in Deum quibuſlibet in proclivi atque adeò impune videatur, illis neceſſariò tanquam aggerem & repagulum ſui Patris iram oppoſuit. Filio quippe tolerante iniurias & ſuam ipſius gloriam non illicò vindicante, Pater, inquit, nequaquam feret, ſed continuò vindex aderit, & in iniurios, non tanquam diuerſum à ſe defendens, neque quaſi ſanctorum vni iniuriâ illatâ excandeſcens, ſed velut ad ſe pertinente iniuria inſurget : nihil enim eſt inter Patrem & Filium diſcriminis quantum ad ſubſtantiæ identitatem, tametſi vterque propriè ſubſiſtere concipiatur. Adeò enim dominus noſter IESVS

1. Pet. 2. 23.

A τῶν σατῆρος ἡμῶν εἰρημένον· ὃς λοιδορούμενος, οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει, παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως. βλέπετε γὰρ ὅπως τὰ πρῶτον καὶ μάλιστα καὶ ἀπαρέσατα τὰ ῥήματα τῆς αἱρέσεως ἐμπαροινούντων αὐτῷ, καὶ τοῦτο πολλάκις καὶ οὐκ εἰσάπαξ ἀκούων, ἀτενίζει τῇ οἰκείᾳ χρηστότητι, καὶ τῶν παρόντος αὐτῷ κατ' οὐδένα τρόπον ἐξίσταται, πρὸς ὑπαντῶσιν δὲ τούτοις ἀρωγὴν ἡμῖν πέμπων, ἵνα τοῖς ἔργοις αὐτοῦ καθακολουθῶμεν ἀπονοσφίζοντες, μὴ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας, μηδὲ ἕτερόν τι κακὸν ἀντὶ κακοῦ τοῖς ἐθέλουσι λυπεῖν ἀντιδιδόντες ἁλισκώμεθα, νικῶμεν δὲ μᾶλλον ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. ἐγὼ δοξολογοῦμαι οὐ ζητῶ τὴν δόξαν μου, φησί, καὶ οὐχ ὡς ἀκίνδυνον καθιεὶς τὸ ἐμπαροινῆσαι αὐτῷ τοῖς ἐθέλουσι, ἀλλ' οὐδὲ παρεπέπων διὰ τούτων εἰς τοῦτο ἥκειν λίαν τὴν δυσπείθειαν, τοῦτο λέγων ὁρᾶται, ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ὑποδηλοῖ, ἥκω γάρ φησιν, οὐ δόξαν ἢ παρ' ὑμῶν ἐμπορευσόμενος, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ὑμῶν, οὐδὲ ὀλιγωρίας

B γλιχόμενος. ταπεινώσας γὰρ ἐμαυτὸν, ὢν μορφῇ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὑπάρχων, ἴσος ἀΐδιος γέγονα καθ' ὑμᾶς. ὁ δὲ δι' ὑμᾶς οὐδὲ δούλου μορφὴν ἀπαξιώσας λαβεῖν, ἆρον ἂν ἰσότητι δεδεμένην τῇ πρὸς Θεὸν καὶ πατέρα, καὶ τοῖς ὑπὲρ νοῦν ἢ λόγον ἐπιτρέφαν, πῶς ἂν ἐπὶ νοοῖτο δόξαν τὴν ὑποδεεστέρων ζητεῖν, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐθελούσιον ὑπομένειν τὴν ἀδοξίαν ἀφ' ὧν ἑτέροις χρήσιμον; ἢ γὰρ τοῦτό φησιν ὁ τοιοῦτος ὁ κύριος, ἢ καθ' ἕτερον τρόπον, ὡς ζητεῖν αὐτὸν τὴν ἑαυτοῦ δόξαν

C ὑποπτήσομεν. παρὸν γὰρ αὐτῷ τῷδε χρῆμα καλάζειν τοὺς ὑβρίσας, καὶ τοὺς ὑπὲρ τῆς δυσφημίας εἰς παράπτωσιν δίκας, ὡς εἰς αὐτὸν ἀσεβοῦντας τὸν ἀπαθῆ τῶν κύριον, φέρει τὸ λοιπὸν ἡσυχῇ, καὶ δεξιὰ τρέπει τοσοῦτον ὡς μηδ' ὅσον λυπεῖν ἀντιλυπῆσαι λόγῳ φιλῶ πεὶ ἀλαζόνας ἐθέλειν· ἀλλ' ἵνα μὴ φαίνηται τὸ δυσπειθὲς εἰς Θεὸν τοῖς τυχοῦσιν ἐπιπολάζῃ, αἰσχύνῃ αὐτοῖς ὡσανεὶ ἐπιτίχισμά τι ἀμφικαλύπτων εἰς τοῦτο βαδίζειν δίκαιος, τὸν τῆς πατρὸς αὐτέπαινον ὀργήν. ἀπεξικνούμενος γὰρ τοῦ

D υἱοῦ, καὶ τὸ ἴδιον διεκδικούμενος τοῦδε χρῆμα δόξαν, οὐκ ἀμύξεται φησὶν ὁ πατὴρ, ἔκδικος γὰρ ἔσται, καὶ τοῖς ὑβρισταῖς ἐπιναστήσεται, ὑχ ὡς ἑτέρῳ συναπτόμενος τυχὸν, οὐδὲ ὡς ἑνὸς τῶν ἀλλων ὑβρισμένου λυπηθεὶς ἧλως καὶ παρέπειν οἰόμενος, ἀλλ' εἰς αὐτὸν διαβαίνουσης τῆς ἁμαρτίας· οὐδὲν γὰρ ὅλως τὸ μεσολαβοῦν πατέρα, καὶ τὸν υἱόν, ὅσον εἰς θεότητα ταὐτότητα φαμὲν, καὶ ἰδίως ἑκάτερον

E ὑπάρχειν νοῦτο. ἀφ' ἑνὸς δὲ τοῦτο καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἀπέφησι, ὁ μὲν ἡμῶν

τὸν υἱόν, οὐδὲ τ̃ πατέρα τιμᾷ. ἔχει γὰρ ἐν ἑαυτῷ A Christus alibi ait: *Qui non honorificat Filium, neque Patrem honorificat.* habet quippe in seipso naturaliter Filius Patrem conglorificatum eumque simul existentem. Sed & Pater in seipso Filium habet, vt substantiæ consortem, ita quoque gloriæ. Punientur itaque miseri Iudæi, per blasphemiam quam in Dominum ac Filium euomunt, in totam consubstantialem & sanctam Trinitatem omniumque reginam naturam impiè se gerentes, vt qui eam læserunt in Filio. Quisquis ergo sanæ mentis est imprimis cauere debet ne vel in re qualibet bonum Deum offendat. Non enim ex eo quod iram non continuò inferat iis qui in ipsum peccent, vtique lenior est, bonus enim est, qui non infert iram quotidiè, sed nisi conuersi fuerimus, gladium suum vibrabit, vt scriptum est, & arcum suum tendet in nos, in quo mortis vasa, id est omne genus doloris & intolerabilis calamitatis.

Ioan. 5. 23.

Psal. 7. 13.

τὸν φωτιχῶς ὁ υἱὸς τ̃ πατέρα συνδοξάζομένου τε καὶ ἐκπέτεσθαι δηλονότι συνυφιστάμενον. ἔχει δ' αὖ πάλιν ἐν ἑαυτῷ ὁ πατὴρ τ̃ υἱὸν ὡσαύτως κοινωνὸν τ̃ οὐσίας, ὅτου δὴ τ̃ ἐφ' ἁπασι δέξης. κολασθήσονται τοίνυν οἱ βλάσφημοι Ἰουδαῖοι εἰς τ̃ κύριον καὶ υἱὸν δυσφημίας, εἰς ὅλην συνεσταμένοι τ̃ ὁμοούσιον καὶ ἁγίαν τριάδα, καὶ τ̃ ἀπάντων βασιλίδα φύσιν, ὡς ἐν τῷ υἱῷ λυπήσαντες. προσηκόντως τοίνυν ἀσφαλοῦς πάντα τὰ γε ὅλως ὀφείλοντι εἰδέναι, ὃ B κατὰ μηδενὸς τῶν ἀγαθῶν ποιεῖσθαι θεοῦ. ὁ γὰρ ἐπιὼν οὐκ ἐπάγει τὸ ἀναγκαῖον τοῖς εἰς αὐτὸν πλημμελοῦσι τ̃ ὀργὴν εἰς τοῦτο πάντως ἠπιώτερος. ἀγαθὸς μὲν γάρ ἐστι μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἀλλ' ἐὰν μὴ ἐπιστραφώμεν τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ σπιλώσει ὃ τεταραμένον, καὶ ἐντεῦθεν ὁ τόξον αὐτοῦ κατ' ἡμῶν, ἐν ᾧ τὰ θανάτου τὰ σκεύη, τοῦτ' ἔστι, πᾶν εἶδος ἀλγηδόνος καὶ ἀφορήτου συμφορᾶς.

Ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρῇ, θάνατον οὐ μὴ ἴδῃ εἰς τὸν αἰῶνα. C

v. 51. *Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.*

Περιττὸν ἀποφαίνει ὃ τῷ μακρηγορεῖν αἰτιᾶσθαι τὰς ἀπολογίας τοῖς εἰωθόσι φιλονεικεῖν. ἀποκλίνει γὰρ ἐφ' ὅπερ ἦν ἀναγκαῖον, ὃ καλέσαι φημὶ δηλονότι πίστεως εἰς τ̃ αἰώνιον ζωὴν, μόνον οὐχὶ ὃ ἐρρῶσθαι φράσας τοῖς ἐξ ἀμαθίας λελυπηκόσι, τέχνῃ τινὶ πάλιν τ̃ οἰκεῖον ἀναμίσγει λόγον. πρόφασιν γὰρ ὡς περὶ Θεοῦ, ὅτι ὁ ὢν ἐκ τ̃ Θεοῦ τὰ ῥήματα τ̃ Θεοῦ ἀκούει, προσδεχόμενα φησιν, ἐάν τις τ̃ ἐμὸν D λόγον τηρῇ, δείκνυσιν ἑαυτὸν κατὰ φύσιν ὄντα Θεὸν, ἀπό τε τούτου διδάσκων μηδεμίαν τοῖς Ἰουδαίοις προειλεχθῆναι δυσσεβείας ὑποβολὴν, ὅτε καὶ δαιμόνιον ἐγκεκηρύχασι τ̃ ζωὴν διδόντα τ̃ αἰώνιον τοῖς θέλουσι τηρεῖν τ̃ λόγον αὐτοῦ. ἢ γὰρ οὐχὶ κατὰ φύσιν ὑπάρχων Θεὸς, ἐξ ὅτου τοῦτο γνωσθήσεται; τίνι γὰρ ἂν ἕτερος πρέποι δυνατὸς ζωοποιεῖν εἰσαεὶ τοὺς τὸν παρ' αὐτοῦ ἀκριβοῦντας λόγον, εἰ μὴ τῷ γε ὄντι κατὰ φύσιν Θεῷ; τηρεῖται γοῦν ὁ λόγος ὁ E θεῖος ὑ προσδοκῶντος λύτου τ̃ θείου ἐπιτολὴν, ἀλλ' ὑπεραλγῶν καὶ δρασύτερος ἀμυνεῖ τὸ κεκελευσμένον, καὶ κατ' μηδένα τρόπον ἐπ' ὀκνίᾳ τῶν θεῖων κατημεσμένων νόμων. ὅπερ τηρεῖ δὲ πάλιν ὅσον ὁ λόγος ἔχει τ̃ ἀκριβῶσαι· ὑ γὰρ εἶπεν ἐάν τις λέγῃ, ἐάν τις τ̃ ἐμὸν ἀκούσῃ λόγον, ἀλλ' ἐάν τις τ̃ ἐμὸν λόγον τηρήσῃ. δέχονται γὰρ εἰς οὓς τ̃ τοῦ Θεοῦ λόγον, οὐκ ἀθέσποτοι μόνον ἁμαρτίας ἔνοχοι, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν δαιμόνων ὃ ἀθέσμιον σῖφος καὶ γοῶν ὁ πάντων ἥκιστα

Superfluum ostendit longas defensiones opponere criminandi cupidis. Eò enim se conuertit quò necesse erat, nempe ad vocationem per fidem in vitam æternam, sed & propemodũ valere iussis qui præ væcordia erant iniurij, arte quadam sermonem rursus temperat. Nam cum priùs tanquam de Deo dixisset, *Qui ex Deo est, verba Dei audit,* continuò subucit, *Siquis meum sermonẽ seruauerit,* ostendens seipsum secundum naturam esse Deum, nihilq; ad summam impietatem reliqui fecisse Iudæos probans, cũ dixerint ipsũ habere dæmonium, qui vitam æternam largitur iis qui seruare velint sermonem eius. Nunquid enim secundum naturam Deus esse vel ex hoc agnoscetur? Cui enim alij conueniat viuificare perpetuò posse eos qui sermones suos audierint, nisi ei qui secundum suam naturam est Deus? Atqui sermo ille diuinus seruatur, non quidem si prætermittatur diuinum mandatum, sed si quodcunque iussum erit incunctanter & promptè peragatur, reiecta omni cessatione atque pigritia. Sed obserua rursus qnàm accuratè loquatur. neque enim dixit, Siquis sermonem meum *audierit*, sed siquis sermonem meum *seruauerit*. Dei enim verbum non homines solum obstrictos peccatis, sed & ipsã dæmonum impia turba excipiũt: vnde prin-

Ioan. 8. 47

ceps ille omnium Satanas, cum Dominum nostrum IESVM Christum tentare auderet in deserto, contra stimulum calcitrans præ immani feritate, diuinam ei quippe Legem proponebat, dicens: *Scriptum est, quia Angelis suis mandabit de te, vt custodiant te in omnibus viis tuis.* Quocirca non in nuda auscultatione salutis sermo consistit, neque vita in sola per disciplinam perceptione, sed in rei perceptæ obseruatione, atque si regulam ac vitæ magistrum diuinum sermonem nobis proponamus. Ait verò non visurum mortem æternam quicumque verba sua constanter seruauerit, non quasi omnino tollat mortem secundum carnem, aut quasi mortem non ducat esse mortem tanquam Deus, cui nihil est mortuum, quatenus potens est & id quod non est in rerum naturam & ortum producere, & id quod interiit facile in vitam restituere, siue quia negat sanctos visuros mortem in futurum sæculum, quod & propriè sæculum intelligitur non habens terminum, quemadmodum istud nostri simile, non visuros mortem ait in illud sæculum, quicunque sermonem suum obseruauerint, non quasi morituri sint aliqui post resurrectionem: quippe mors omnium in morte Christi soluta est, & corruptionis euersum est imperium, sed mortem nominat pœnas æternas, & paratum impiis supplicium. Hoc autem tibi patebit, quæ ab eo superius dicta sunt expendenti. Amen enim, inquit, dico vobis, Qui credit in Filium, habet vitam æternam. Qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam. Quanquam omnes reuiuiscent, & in vitam denuò redibunt, cum fideles, tum infideles. nequaquam enim particularis est resurrectio, sed æqualis omnibus, in quantum omnes reuiuiscere debent. Quomodo ergo is qui non credit Filio vitam non videbit, quamuis omnibus se excitatum iri sperantibus? Nemini ergo non manifestum est Christum solere vitam vocare, in felicitate & gloria æterna degere, quod est in spe sanctis repositum. Quemadmodum ergo eum qui Filio non crediderit vitam non visurum dicit, licet omnes resurrectionem expectent, his verbis vitam corporis non significans: eodem opinor modo generosum & fortem diuinorum eius verborum custodem mortem non visurum ait in æternum, nequaquam item hoc verbo mortem corporis denotans, sed paratum peccatoribus suppli-

Psal. 90. 11

A λέμος Σατανᾶς, ὅτε τ̀ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πειράζειν ἐτόλμα κ̀ τ̀ ἔρημον λακτίζων εἰς κέντρα δεῖ πολλῷ ἤθων ἀγριότητι, θ̀ θεῖον αὐτοῖ προτείνῃ λόγον, γέγραπται φήσας, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ ἐντελεῖται περὶ σοῦ τ̀ διαφυλάξαι σε ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς σου. Οὐκοῦν οὐκ ἐν ἀκροάσει ψιλῇ τ̀ σωτηρίας ὁ λόγος, οὐδὲ ἐν μόνῃ παιδείᾳ ἡ ζωή, ἀλλ' ἐν τῇ τηρήσει τ̀ ἀκουσθέντων, καὶ ὥσπερ ζυγὰ κεῖται, κ̀ ὁρισὰν τ̀ βίον, τ̀ θεῖον παρίστησι λόγον. Φησὶ δὲ ὅτι θάνατον μὴ ἰδήσεις τὸν αἰῶνα τῷ αὐτὸ ῥήμ̄τι ὁ βέβαιος φύλαξ, κ̀ πάντων θνητῶν ἀφαιρεῖ τ̀ πεπρωμένην ὁρᾶν, ἀλλ' ἢ τ̀ θάνατον τὸν B εἰ θάνατον μὴ λογιζόμενος ὡς Θεός· οὐδὲν γὰρ αὐτῷ τ̀ νεκρόν, καθὸ πέφυκε θ̀ μὴ ὂν ἀγαγὼν εἰς ὕπαρξιν, καὶ τ̀ ὀλεθρίαν καταφθορὰν εἰς κάλλος ζωοποιῶν, ἢ θάνατον οὐκ ὄψεσθαι τοὺς ἁγίους φησὶν εἰς αἰῶνα τ̀ μέλλοντα, ὃς δὲ κ̀ κυρίως τε καὶ ἀληθέστερον αἰῶν τοῦτον πέρας οὐκ ἔχων, καθάπερ οὐδ' ὁ καθ' ἡμᾶς, οὐκ ὄψεσθαι θάνατον εἰς ἀεὶ φησι τ̀ αἰῶνα, τοὺς τ̀ θεῖον αὐτοῦ τηρήσαντας τοὺς λόγους, ἀχ C ὡς τεθνηξομένων ζωὴν μ̄τ τ̀ διάσασιν λέλυται γὰρ ὁ πάντων θάνατος ἐν θανάτῳ Χριστοῦ, κ̀ τ̀ φθορᾶς ἠφάνισται κράτος, ἀλλὰ θάνατον ἐνομάζῃ κ̀ τ̀ εἰκὸς τ̀ δι' αἰῶνος κολάζεσθαι. τοῦτο δὲ ἐν μαθοις, ὥσπερ εἴρηκεν αὐτὸς ἐν τοῖς αἰωτέρω διδασκάλοις. ἀμὴν γὲ, φησὶ, λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱόν, ἔχ ζωὴν αἰώνιον, ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται ζωήν. καίτοι πάντες ἀναβιώσονται, θ̀ εἰς ζωὴν εἰσαῦθις ἀναστήσονται, πιστοί D τε καὶ ἄπιστοι. μεικτὴ γὲ θ̀ ὑδαμοῦ τὴ ἀνάστασις, ἀλλ' ἴση τοῖς ὅλοις, κατὰ γε τὸν ἐν τῷ χρεὼν πάντας ἀναβιῶναι λόγον. πῶς οὖν ὁ μὴ πιστεύων τῷ υἱῷ τὴν ζωὴν οὐκ ὄψεται, καίτοι πάντων ἀναστησομένων δόξαν οὖν ἄρα πάντη τοῦ λοιποῦ ὅτι ζωὴν ἔθος ἐστὶ καλεῖν τῷ Χριστῷ, ὃ ἐν βίῳ μία κ̀ δόξῃ βιῶναι μακαρίᾳ, καὶ καλοῦσθαι εἰς πόρους τῶν αἰωνίων ἠγαθυμένην, ὅπερ ἐστὶν ἐν ἐλπίδι τοῖς ἁγίοις τεθησαυρισμένον. ὥσπερ οὖν ἀπειθοῦντα τῷ υἱῷ τὴν ζωὴν ἀθάνατον ἐξεῖν φησι, καίτοι πάντων ἀναβιῶναι τῶν δοκιμωμένων, ἡ τὴν τοῦ σώματος καταστημένων ἐν τούτοις ζωήν, ἀλλὰ τὴν τοῖς ἁγίοις πεπρεσβευμένην ἀθανασίαν, οὕτως ἀνακαλεῖ. τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον τὸν γενναῖον καὶ νεανικὸν αὐτοῦ θείων ῥημ̄τ̄ ἐσόμενον φύλακα, θάνατον οὐκ ὄψεσθαι φησὶν εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἐπὶ πάντων τὸν τοῦ σώματος θάνατον λέγει δηλονότι, ἀλλὰ τὴν τοῖς ἁμαρτωλοῖς πεπρεσβευμένην κόλασιν

σιν. ὡς γὰρ ἐκεῖνοις ἡ δύναμις ἀφ' ἧς ζωῆς σημαίνεται, ὅταν καὶ ἐνθάδε ἀφ' ἧς θάνατον εἰπεῖν, ἡ κόλασις.

cium. Vt enim illic felicitas per vitam significatur, ita hîc cum mortem dicit, supplicium denotat.

Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, νῦν ἐγνώκαμεν, ὅτι δαιμόνιον ἔχεις.

v. 52. *Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmonium habes.*

Κατηγοροῦσι πάλιν τῆς ἀληθείας, οἱ ἐπεὶ ψευδῆ ὠνομάζοντο ψεύδεσθαι δυσφορούμενοι ὡς ὑβριζόμενοι· μαρτυροῦσι δὲ οὐχ ἑκόντες ταῖς τοῦ σωτῆρος φωναῖς, καὶ δι' ὧν ἀτιμάζουσι, δι' αὐτῶν αὐτὸν ἀψευδοῦντα δείκνυσιν. τυφλοὶ δὲ ὄντως εἰσὶν οἱ δείλαιοι, καὶ τοσαύτης ἀμαθίας αἰσθητικῶς πεπλησμένην ἔχουσι τὴν καρδίαν, ὡς μηδ' ὅλως δύνασθαι διϊδεῖν πρὸς ἃ ἐγκαλοῦνται νοσοῦσι, ἀλλ' αἰσχίοσι τῶν προϋπαρχόντων ἀεὶ συνεπιστρέφουσι κακοῖς, καὶ οἷς ἑαυτοὺς ἀλίσκεσθαι βούλονται βρόχοις. ἰδοὺ γὰρ ἰδοὺ καὶ δι' ὧν ἀπολογίαν νομίζουσιν, ὡς ἐμοῦ αὐτὸν λελοιδορηκότος, ψεύδεσθαι δι' αὐτῶν μείζονος ἐλέγχονται, καὶ σφαῖς ὥσπερ τοῖς οἰκείοις ἁμαρτήμασι συνωτέρω κατασφίγγονται. διηκόνησαν δὲ καὶ τοῦτο ἐγκώμιον· τοῦτο δέ φασιν οἱ γὰρ καὶ πολλάκις καθυβριστοῦντες αὐτόν, καὶ δαιμόνιον ἔχειν ὑποφθεγγόμενοι, νῦν ἐγνωκέναι φασὶ τῆς προτεθείσης αὐτῷ ἀθυροστομίας καλὰ δικαίζοντες. εἰ γὰρ νῦν ἐγνώκασιν, οὐκ ἦσθοντο πάλαι. πῶς οὖν ἔφασκον δαιμονᾶν τὸν ὕπω κατεγνωσμένον ὡς νῦν οὖν φήσουσιν αὐτόν. ψεύσης οὖν πάλαι, καὶ προτέρου ἀρξαμένου ὁ δυσεβὴς τῶν Ἰουδαίων λαός, καὶ ἀπυλώτῳ στόματι τὴν ἐκ τοῦ διαβόλου κακίαν ἠρεύγετο κατὰ Χριστοῦ· ἁρπάζουσι δὲ πρὸς βεβαίωσιν τῆς ἑαυτῶν φλυαρίας ὃ εἰρηκότος αὐτὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ· ἀφ' ὧν πολλοῦ ὡς εἰκὸς τὴν ἀποπληξίαν, καὶ σκιαζόμενοι οἱόνθοι τῷ ψεύδει τὴν ἀλήθειαν. εἶτα δι' ὧν ἔδει μαθεῖν ὅτι πλημμελοῦσι, δυσεβῶς τὸν τῆς αἰωνίου ζωῆς χορηγὸν ἐκ τοῦ πως ὑβρίζοντες, ἀφ' τούτων αὐτοῖς οὐκ αἰσθάνονται πάλιν πρὸς ὀπίσω ἰόντες τὸ κόσον· οὐ γὰρ ὅπως ἐπ' ἐκείνοις μεταμελόμενοι αὐδεῖς ὅτι πρέποι λογίζονται, ἀλλ' ἤδη πεπεῖσθαι φασὶ περὶ ὧν εἰρήκασιν ὡς ἐμοῦ ἡ ἀλήθεια

Veritatem denuò incusant, qui cum mendaces vocarentur, quasi conuicio petiti ægrè ferebant. Testimonium autem vel inuiti præbent Seruatoris vocibus, & per quæ ei probrum inferunt, per hæc eadem ipsum veracem ostendunt. Cæci verò sunt hi miseri, tantáque væcordia mentem refertam habent, vt ne abstergenda quidem esse putent ea quorum nomine malè audiunt, sed deterioribus vsque se obstringant, ac suis se laqueis implicent. Ecce enim, ecce & per quæ defendere se existimant, quasi exortes sint eorum quorum accusantur, per hæc ipsa mendacij magis arguuntur, & suorum peccatorum veluti catenis firmius obstringuntur. Stultissimè porrò etiam istud; *Nunc cognouimus* hîc aiunt. qui enim sæpe ei oblatrabant, & dæmonium habere aiebant, nunc cognouisse se eum dicunt, priorem ipsi damnantes linguę suæ petulantiam. Nam si nunc cognouerunt, vtique antea nesciebant. Quomodo ergo dæmone agitatum dicunt eum qui nondum cognitus sit, vt ipsi putabant. Mendax igitur & iam olim erat impius Iudæorum populus, & effrenata lingua in Christum eructabat nequitiam. sed nugarum suarum probationem ex Seruatore nostro Christo arripiunt, præ multo, vt videtur, animi stupore existimantes mendacio patrocinari veritatem. Præterea per quæ discere debebant se peccare, æternæ vitæ largitorem probris atrocibus inuadendo, per hæc ipsa morbum suum ingrauescere non sentiunt. Tantum enim abest vt eorum pœnitudine ac dolore tangi se oportere putent, vt verba sua veritatem esse persuasum iam sibi esse dicant. Et verax est Propheta dicens, *Quia recta via Domini, & iusti ambulabunt in ea: qui autem impij sunt infirmabuntur in illis.* Osee. 14. 10.

Sed immanem eorum furorem hîc mirabere. Dæmoniorum & immundorum spirituum innumeram turbam videntes sola Seruatoris voce contritam, & ex arreptitiorum corporibus vel nolentem expulsam, dicere tamen non

exhorrescunt

exhorreſcunt ipſum habere dæmonium, licet neceſſariis argumentis certiores facti non eſſe vt Satanas Satanam eiiceret. *Omne enim regnum*, ait Chriſtus, *diuiſum contra ſe, deſolabitur & omnis domus & ciuitas contra ſe diuiſa deſolabitur. Si Satanas Satanam eiicit, aduerſus ſe diuiſus eſt, quomodo ergo ſtabit regnum eius?* Ecce igitur, dicet aliquis, *populus ueuera ſtultus, & ſine corde: oculi eis, & non uident; aures eis, & non audiunt.* nec enim verbo & doctrina ad meliorem mentem reuertuntur, nec animi oculis vniuerſi reginam contemplantes naturam, probris immanibus eam ceu lapidibus petunt, immò verò ſuam potiùs quiſque animam.

Matt. 12. 25.

Hier. 5. 21.

Abraham mortuus eſt, & Prophetæ: & tu dicis, Si quis ſermonem meum ſeruauerit, non guſtabit mortem in æternum.

Cum ad omnem audaciam Iudæi præcipites in ſuum caput mentientes Seruatori aiunt, *Dæmonium habes*, nihil aliud ſubinnuere volunt quàm illud, Teipſum Deum facis, qui debitum naturæ diuinæ honorem & gloriam tibi arrogas. is enim mos eſt dæmoniorum, quemadmodum & alibi diximus. Nihil autem mente concipiunt amplius quàm quod cernitur, nec in humana carne Deum Verbum agnoſcunt, ſed nec à corporeis vel tantillum mentem efferentes, ſed ſolis terrenis affixi circa deteriora tantummodo verſantur, quæ tactui ſubiecta ſunt. Hanc ob cauſam miſeri ſcandalizantur, & mentiri veritatem, id eſt Chriſtum, exiſtimant, ſed & aduerſus Dei gloriam ipſum efferri ſuſpicantur, non modò quòd velit vniuerſi rectori æquari, ſed quod maius quiddam ſe poſſe putet, aut ſe facturum promittat quàm quod fecit Deus ac Pater. quorſum enim indignentur dicentes mortuum eſſe Abraham & Patres, & Prophetas, quorſum inquam ad euertendos Seruatoris ſermones ſanctorum mortem obtendant, conſequens eſt vt intelligamus. Enimuero tale quiddam volunt ſignificare. Non mentiti ſumus cum diximus, dæmonium habes, nempe quia teipſum Deum facis, debitã Deo gloriã ac honorẽ in te vertens. nec longè petenda eſt dicti fides ac probatio. Ecce enim ipſum Deum miraculis exuperare præ te fers, & ea facile peragere quę nõ præſtitit.

A αὐτὸν, καίτοι λογισμῶν πληροφορηθέντες αὐταὶ καίων, ὡς οὐκ αὖ ὁ Σατανᾶς ἐκβάλλοι τὸν Σατανᾶν. πᾶσα γὰρ βασιλεία, φησὶν ὁ Χριστὸς, μεριζθεῖσα καθ' ἑαυτῆς ἐρημοῦται. καὶ πᾶσα οἰκία, καὶ πόλις μεριζθεῖσα καθ' ἑαυτῆς ἐρημωθήσεται. καὶ εἰ ὁ Σατανᾶς τὸν Σατανᾶν ἐκβάλλει, ἐφ' ἑαυτὸν ἐμερίσθη. πῶς οὖν σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ; ἰδοὺ γάρ τινα ἐρεῖς, καὶ μάλα εἰκότως, λαὸς ὄντως μωρὸς καὶ ἀκάρδιος, ὀφθαλμοὶ αὐτοῖς, καὶ οὐ βλέπουσιν, ὦτα αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἀκούουσιν. ὅτι

B γὰρ λόγῳ, καὶ διδασκαλίαις μεταπίπτουσι πρὸς τὸ ἐθέλειν τὰ ἀμείνω φρονεῖν, οὔτε τοῖς τῆς ἀξιοπίστου ὄμματι τὴν ἀπόρρητον βασιλίδα καταθεώμενοι φύσιν, ταῖς εἰς ἀτιμίαν ὑποβολαῖς, καθάπερ τισὶ λίθοις καταστρεννύουσιν αὐτὴν, μᾶλλον δὲ τὴν ἰδίαν ἕκαστος ψυχήν.

Ἀβραὰμ ἀπέθανε, καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον, καὶ σὺ λέγεις, ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, οὐ μὴ γεύσηται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα.

C Ὅτε τῆς ἰδίας καταψευδόμενοι κεφαλῆς οἱ πονηρότατοι τῶν Ἰουδαίων δῆμοι, Δαιμόνιον ἔχεις τὸν σωτῆρά φασιν, οὐδὲν ἕτερον ὑποδηλοῦν ἐθέλουσιν, ἢ ὅτι Θεὸν σαυτὸν ποιεῖς, ὃς τιμὴν ὀφειλομένην τῇ θείᾳ φύσει λαμβάνεις τε καὶ δόξαν εἰς αὐτὸν ὥσπερ ἐκ πλάνης. τοῦτο γὰρ τοῖς δαιμονίοις ἔθος, ὥσπερ οὖν καὶ ἐν ἑτέροις εἰρήκαμεν. νοοῦσι δὲ τὰ ὁρώμενα πλέον οὐδὲν, οὐδὲ τὸ ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ σαρκὶ Θεὸν λόγον ἐπιγινώσκουσιν, ἀλλ' οὐδὲ βραχύ τι τῶν σωματικῶν τὸ οἰκεῖον ὑπερχαλίζοντες νοῦν, μόνοις δὲ τοῖς

D ὑπηλίοις ἐμπήξαντες τὴν μόνα φερόμενα τὰ χείρω, ἁφῆς ὑποπίπτοντα. διὰ ταῦτα οἱ τάλαινες σκανδαλίζονται τὴν αἰτίαν, καὶ ψευδομυθεῖν οἴονται τὴν ἀλήθειαν, τοῦτ' ἔστι Χριστὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ὑπερτέρους κατεπαίρεσθαι δόξης ὑπολαμβάνουσιν αὐτὸν, οὐχ ὅπως τὸ ἴσον ταύτῃ πεφιλοτιμῆσθαι τοῦ πρώτων κρατοῦντι καθαρχόμενον, ἀλλ' ἤδη μείζονά τε φρονοῦντα, καὶ δικαίως λογιζόμενον, ἢ καὶ ἁρμόσθαι ὑπισχνούμενον, ὅσα οὐκ ἔφασαν ὁ Θεὸς ἢ πατήρ. τί γὰρ δὴ καὶ ἀγανακτοῦσι τεθνάναι λέγοντες Ἀβραὰμ, ἢ τοὺς πατέρας, καὶ τοὺς προφήτας, τῷ δὴ

E χαίειν προσφυρέσθαι τὸν τῶν σωτῆρος λόγον τὸν τοῦ ἁλῶναι προσίεσθαι θάνατον, ἀκόλουθον καθεῖν. οὐκοῦν τοιοῦτόν τι βούλονται δηλοῦν· ἢ διεψεύσμεθα λέγοντες, ὅτι δαιμόνιον ἔχεις, τοῦτ' ἔστιν, ὅτι Θεὸν σαυτὸν ποιεῖς, τὴν ὀφειλομένην τοῦ Θεοῦ τιμὴν εἰς ἑαυτὸν μεταπηγεῖς. ἢ παρεκρούσθη τοῦ εἰρημένων ἡ ἀπόδειξις. ἰδοὺ γὰρ καὶ αὐτὸν ὑπεραλθεῖν τὸν Θεὸν ἐπαγγελλόμενον τοῖς θαύμασι, καὶ καταρρωννύντα θάνατον ἀνίκητος ἰσχύσαν ἂ μὴ διέφυγεν ἀνὴρ.

Αβραὰμ μὲν γὰρ καὶ οἱ προφῆται, κἂν τὸν τῆς Θεοῦ τηρήσαντες λόγον, ἀλλ' οὖν τοῖς τῆς φύσεως νόμοις οὐκ ἀντεῖπον, ἀλλ' ἐκλιθησάν τε καὶ πεπλώκασιν εἰς τὸν κοινὸν δὴ τῶν τοῦ σώματος θάνατον. εἶτα σὺ φὴς ἄλλον ἔσεσθαι τοῦ θανάτου πάντελῶς τὸν τῆς προφητείας Θεὸν φύλακα λόγων; πῶς οὖν οὐκ ἀμείνων φησὶ τῶν ἐκείνων καὶ σὺ δήπουθεν; ὁ δὲ Θεὸν ὑπολαμβάνων ὑποπλήκτως σφαλεῖται; οἴονται γὰρ οὐκ ὀλίγοι πολλῆς ἀμαθίας, μόνον τὸν τοῦ σώματος θάνατον παραδηλοῦν τοῦτοις τὸν κύριον, τὸ δὲ μὴ τεθνάναι ἐφικνεῖσθαι τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι καταπαύγασθαι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἀφεῖναι ἐῶν ἔργον εἶναι φασὶν ὡς ἀθάνατον ἀποδημήσαι τὸν Θεὸν καὶ ἀθάνατα ζωοποιοῦντα. Εἰ γὰρ οὐκ ἦν τὸ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι προελθεῖν, πῶς ἂν μᾶλλον ἑτοιμότερόν τε καὶ εὐπετέστερον τὸ ἤδη προελθὸν εἰς τὸ καὶ εἰσαῦθις εἶναι κληθήσεται, κἂν βραχύ τι ῥοώδει κατεπαφεῖν δι' οἰκονομίας; οὐκ εἰδότες διαβάλλουσι τὴν σωτῆρος τιμὴν δόξαν Ιουδαῖοι καταβαρβάρουσί πως τὴν περὶ αὐτοῦ λόγων, καὶ δαιμονιᾶν καλοῦσιν, ὡς καὶ ὧν οὐκ εἴργασται Θεὸς τὰ μείζω ποιῆν ὑποσχόμενον, καὶ πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἑαυτῶν συνεφωνίας τόν τε τοῦ Αβραὰμ, καὶ τῶν ἁγίων παραδεχομένοις θάνατον, ἀφ' οὗ τοῦτο ἐλέγχειν οἴονται τὸν Χριστὸν ὡς ματαίοις μὲν ὑπεσχημένον λόγοις, ἀπιστεῖν δὲ τοῖς ζωὴν τοῖς φυλάττουσι τὸν λόγον αὐτοῦ δώσειν ὑποσχόμενον, παραλύοντα δί πως καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν, δι' ὧν τὰ μείζω δώσειν αὐτοῖς ὁμολογεῖ.

A Abraham enim & Prophetæ licet Dei verbum seruassent, legibus tamen naturæ non restiterunt, sed communem corpori mortem oppetiuerunt. Et tu nobis polliceri audes eum qui tua verba seruauerit mortem omnino non gustaturum? nunquid ergo te illo præstantiorem ducis? & qui se Deo præstare autumat, nunquid demens est ac furiosus? Existimant enim præ multo stupore Dominum mortem corporis hic tantum significare, & credentibus in se B immortalitatem carnis polliceri, quum alioqui cogitandum esset, si modo saperent, nihil mori quod Deo tametsi mortuum sit viuificatur. Nam si è nihilo ad esse productum est, quî non longè facilius & promptius iam productum denuò excitabitur, quamuis dispensationis ergô tantisper quiescere censeatur? Iudæi ergo Seruatoris gloriam ignorantes eius quodammodo verbis insultant, & dæmoniacum C nominant, quippe qui maiora se facturum polliceatur quàm Deus, & ad calumniæ suæ fidem atque probationem, Abrahami, & sanctorum Prophetarum mortem proferunt, & per hoc arguere Christum existimant, vt qui vanis se iactet sermonibus, & verba sua custodientibus perpetuam vitam daturum se polliceatur, sed ex eo quod maiora se eis daturum profitetur, Dei quodammodo gloriam e- D uertat.

Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Αβραὰμ, ὅστις ἀπέθανε; καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον.

v. 53. *Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt.*

Επισκιασμένος καὶ τοῦτο τῶν Ιουδαίων ὁ λόγος, καὶ βαθεῖαν ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν ὠδίνων ὀφᾶται. τί γὰρ πάλιν τοῦτο φασὶν ἀνθρωποπαθεῖ μὲν ἐννοοῦντες, πικρὰ δὲ ὅμως καὶ κατὰ γε τὸν σὸν ἑαυτοῖς ὄντα σκοπόν. ἰδοὺ γὰρ κἂν τοῖς Θεῖον τηρήσαντες λόγον, τεθνήκασιν Αβραάμ τε καὶ οἱ προφῆται, ἀλλ' ἠκούσαμεν ἀρτίως σου τὰ μείζω τοῖσιν ἐπαγγελλομένου. δι' ὧν γὰρ ὑπὲρ ὅλως ἄλλους ἀποτεθνήξεσθαι φῂς, μείζους δήπου πάντως καὶ τοῦ ἀμείνους τῶν εἰρημένων εἶναι κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ μὴ τεθνάναι. ἆρ' οὖν εἶπε γὰρ, φασὶ, καὶ ἀπεκύησας ἀθανατομένοις ἐκείνοις μείζων αὐτὸς εἶ Αβραὰμ, καὶ τῶν προφητῶν, ὁ καὶ μείζους ἐκείνων ἑτέρους ἀποτελῶν ὑποσχόμενος; ἆρ' ὑπεθήκω τεθνηκότων ἐκείνων, ἀθάνατος,

Tecta & inuoluta hic quoque est Iudæorum oratio, & altam includere videtur sententiam. Quid enim rursus hic aiunt, humana quidem voluentes animo, sed acerba tamen, si eorum scopum attendamus, Ecce enim, in- E quiunt, Abraham & Prophetæ mortui sunt, licet diuinum sermonem seruauerint; At nos maiora quædam à te nonnullis promissa recens audiuimus. Quatenus enim illos prorsus non morituros spondes, vtique maiores sunt Prophetis, secundum eam ipsam immunitatē moriendi. Tuverò nunquid maior es, inquiund, Abrahamo & Prophetis, qui alios eis maiores te effecturum polliceris? Nunquid ipse tu morieris, illis mortuis, & permanebis immortalis,

homo cum sis corpore terreno præditus ? Quomodo ergo impertieris aliis, id quo ipse cares ? morieris enim cum homo sis. Quòd si non es maior Abrahamo & Prophetis communem cum illis fati sortem subiturus, quomodo eiusmodi bonum quod tibi deest aliis es daturus ; Talem sententiam complectitur id quod ab eis obliquè prolatum est. neque mireris si nihil amplius de Christo concipiunt. Vt enim multis sæpe iam diximus, merum hominem eum esse nostrique similem existimant vnitum carni vnigenitum Deum Verbum prorsus ignorantes, & cum præ immani væcordia. *Quem teipsum facis*, clamitent, peccantem Dominum propemodum corrigere sibi persuadent, & quasi decorum ignoranti modestius de se sentire consulunt. Tuam aiunt, naturam ignoras, & te quodammodo hominem nescis. mensurâ quæ tibi à Deo data est haud contentus, etiam maiora illo te perfecturum iactas, atque ad quiduis audendum proiectus tibi ipsi plus æquo assumis. Damnant igitur eum, vt qui blasphemiam loquutus sit, & scorpionum instar tandem insiliunt, adeóque Christum iure merito corripiendum statuunt, quippe qui humanitatis conditionem violet, & in tantum supra eam efferatur, vt vniuersitatis Domini gloriam transcendat, sed & sanctorum Patriarcharum & Prophetarum honorem conculcet. Malignè verò ista loquuntur vt eum stimulent, Quem teipsum facis, rati fore vt ille respondeat, maior sum & Abrahamo, & Prophetis: quanquam etsi maximè hoc diceret dominus, nequaquam à veritate discederet, cum nulla ratione homo comparari possit Deo, qui omnem longè naturam tum quæ visu tum quæ intellectu percipitur, excedat.

A ἀνθρωπος ὢν, καὶ ἀπὸ γῆς ἔχων τὸ σῶμα; πῶς οὖν αὐ ὑπεδύσης ἑτέρῳ ὃ σὺκ ἔχεις αὐτὸς; τεθνήξῃ γὰρ πάντως ἄνθρωπος ὤν. εἰ δὲ σὺκ εἶ μείζων Abrahamo τε & τῶν προφητῶν, τὸν κοινὸν ἐκείνοις ὑποστησόμενος θάνατον, σὺκ ἄρα δώσεις ἑτέρῳ ὃ μηδὲ σοὶ προϋπάρχειν ἀγαθόν; τοιαύτην ὑπὲρ τοῦ ἀφύτου ἔχει τὸ πλαγίως πρὸς αὐτῶν εἰρημένον. καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ πλέον σὺδὲν σύνοιδεν περὶ Χριστοῦ. ὡς γὰρ πολλάκις ἤδη ἀφ' ἡμῶν εἰρήκαμεν, ἀνθρωπον αὐτὸν εἶναι ψιλὸν, καὶ τὸν καθ' ἡμᾶς ἕνα νομίζουσι τὸν ἑνωθέντα σαρκὶ μονογενῆ Θεὸν λόγον πάμπαν ἀγνοήσαντες, ἵνα σεαυτὸν ποιῇς, ἐξ ἀμέτρου φρενοβλαβείας μεγαυχεῖ καὶ ἐπανορθοῦν οἴονται πλημμελοῦντα τὸν κύριον, καὶ ὥσπερ ἠγροικότι τὸ πρέπον, συμβουλεύουσι φρονεῖν τι μετριώτερον. ἠγνόηκας γάρ ὦ σὺτ', φασὶ, τὴν ἑαυτοῦ φύσιν. ἐπλάσθης ἢ ὥσπερ ἀνθρωπος ὤν. σὺκ ἠρκέσθης τῷ τοῦ Θεοῦ δοθέντι μέτρῳ, ἵνα γὰρ ἑαυτὸν ποιῇς, ὁ καὶ τῆς πρὸς αὐτὸ φιλοτιμίας τὰ ἀμείνω δώσῃ καθυπισχνούμενος, καὶ μείζονα καταρτήσῃ τῆς ἐκείνου δυνάμεως ῥιψοκινδύνως εἰπών· καίτοι ἐκείνοις γέ τοι ὡς δυσφημοῦσιν, καὶ σκορπίων δίκην ὑπεπηδῶσι λοιπὸν, ὑπαιτίαν δὲ χρὴ αὐτὸν καὶ σφόδρα δικαίως ὑπολαμβάνουσι τῷ Χριστῷ. ὡς ὃ μὲν τῆς ἀνθρωπότητος ἀτιμάζοντι μέτρον, αἰσχροδοξοῦντι δὲ καὶ ἐξαλλοτριοῦν τοσοῦτον, ὡς ἐπέκεινα φέρεσθαι τῆς οἰκούσης δόξης τῷ πάντων δεσπότῃ, ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ἁγίων πατριαρχῶν τε καὶ προφητῶν πατρῴαν ὁμιλοδοξίαν προσδοκῶσι γὰρ ἤδη καὶ ἀφρήδην ἀκούσεσθαι δι' ὧν ἐρεθίζειν νομίζουσι, ὃ τί ποτε σεαυτὸν ποιῇς κακοδόξως ἐπιφθεγγόμενος, ὅτι μείζων εἰμὶ, καὶ Abrahamo, & τῶν προφητῶν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα τοῦτο λέγων ἀληθὴς ἦν ὁ κύριος, ἐπεὶ σὺδὲν ἀνθρώπων λόγος εἰς ὃ συγκρίνεσθαι Θεῷ τῷ πάσης ὑπερὼν φύσεως, ὁρατῆς τε καὶ νοητῆς.

B

C

D

v. 54. *Respondit* IESVS, *Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.*

E

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, εἰ ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτὸν, ἡ δόξα μου σὺδέν ἐστι.

Omnis horum verborum scopus sancti Abrahæ & Prophetarum personam respicit, sed in seipsum, vt probabile est, Seruator transfert rem significatam, non ignorans Pharisæum promptum ad iram esse, vel sine causa, & quaslibet voces ad eædem

Βλέπει μὲν ἅπας ὁ τῶν λόγου σκοπὸς εἴς τε τὸν Abraam τὸν ἅγιον, & τῶν προφητῶν τοσοῦτον, μεταχηματίζει δὲ πιθανῶς εἰς ἑαυτὸν ὃ δηλούμενον ὁ σωτὴρ, σὺκ ἀγνοήσας ὅτι προπετὲς εἰς ὀργὴν καὶ προφάσεως δίχα τῆς εἰς τοῦτο καλούσης ὁ Φαρισαῖος, καὶ προθήκην ἀεὶ πρὸς ὃ χρῶτ' μεμφόμενον ἀγχιστόμου πρὸς πάσαν

τοῦ αὐτῶν λαλουμένων σκάνδαλον. Φιλαμύντι- A
μονας γὰρ ὁ φθόνος ἐργάζεται τοὺς ὑπ' αὐτῷ ὄντας,
καὶ θερμότερον αἰσχύνῃ δυσφορῶν, καὶ ἐφ' ᾧ ἥκιστα
χρὴ ὧν. τοιοῦτόν τι καὶ τότε δηλοῦν πάλιν ἐθέλων Χρι-
στὸς, ἐπεπήδων Ἰουδαῖοι, καὶ ἀντιφερόμενοι τοῖς πρὸ
αὐτοῦ λεγομένοις αὐτῷ καὶ κατὰ τὸν μακάριον
Ἀβραὰμ, καὶ τοὺς προφήτας πρὸ τούτου ὀνομάζον-
τες, καὶ ἀμφιβόλως βοῶντες, μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ
πατρὸς ἡμῶν Ἀβραὰμ, ὅστις ἀπέθανε, καὶ οἱ προ-
φῆται ἀπέθανον. εἶπε πρὸς τούτοις, καὶ ὡς τὴν τοῦ B
ἁγίου ἀλλόμενον δόξαν, καὶ ὑπερφαινόμενον πολὺ
δηλαδὴ ὑπὲρ ἐκείνους, κατηξίωσε λέγοντες, τί-
να σεαυτὸν ποιεῖς; ἐδόκει τοίνυν πρὸς τούτοις ἀφω-
λογεῖσθαι τὸν κύριον, καὶ λέγειν σαφῶς, ὅτι
χρείττων εἰμὶ, καὶ μείζων Ἀβραὰμ, καὶ τῶν προ-
φητῶν, ἀλλ' οὐκ οἴσουσιν ἐποίησατο τὸν λόγον ὁ μα-
γαλόφρων Ἰουδαῖος. ἠγανάκτησε γὰρ αὖ δηλαδὴ τού-
τῳ τῆς ὕβρεως, καὶ φιλοπάτωρ εἰς πλανώμενος, καὶ
τῇ τοῦ ἁγίου δόξῃ σπουδαιοφρόνως ὑποπεπονθὼς, C
θερμότερον ὡς ἐπιφυὲς χρὴ Χριστοῦ, καὶ δικαίως ἤ-
δη μεγαφρονῆσαι ἐδόκει λελυπημένῳ, ἀφ' ὧτου με-
γαλαυχήσας εἰς ἑαυτὸν ὁ κύριος τοὺς λόγους φησίν.
ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτὸν, ἡ δόξα μου οὐδέν ἐστιν·
μόνον γὰρ οὐχὶ τοῦτό φησι, μηδεὶς ἐφ' ἑαυτῷ φρονεί-
τω μέγα τῶν ὅλων τῆς γῆς. εἰ γὰρ βουλοίμεθα ἀφ-
νοεῖσθαι καθ' ἑαυτοὺς, τίς ἡ τῶν θεῶν δόξα ἐστὶν,
οὐδὲν ἔσθ' αὐτὴν διορισόμεθα. πᾶσα γὰρ σὰρξ χόρ-
τος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· D
θαυμαστὸν οὖν ἡ δόξα φησὶν οὐδὲν εἰ τετελεύτηκεν
Ἀβραὰμ, καὶ μετ' ὀλίγον οἱ προφῆται. τί γὰρ ἀν-
θρώπου δόξα τυγχανούσης τῆς φύσεως, καὶ θα-
νάτῳ, καὶ φθορᾷ διαφέροντι χόρτῳ ἀφ' οὗτο παρ-
ῃκασμένης; εἰκὸς δ' ὅτι μεγαλαυχήσας εἰς ἑαυ-
τὸν διαφυὲς ὂν τοῦ θεοῦ τῶν Ἀβραὰμ, ἤτοι τοῖς
προφήταις μέσον, καὶ λέγων ἡ δόξα μου οὐδέν
ἐστιν, εἰς ἀνάμνησιν ἄγει τὸν Ἰουδαῖον τῷ μὴ Α-
βραὰμ σφέσασθαι λέγοντος αὐτοῦ, ἐγὼ εἰμὶ
γῆ, καὶ σποδὸς, τῶν δὲ μακαρίων προφητῶν διακε- E
κριμένων πρὸς Θεὸν, μνησθῆναι ὅτι χοῦς
ἐσμεν. καὶ ὑδὲ δὴ που φαμὲν ἀφ' οὗτο τῆς τῶν ἁγίων
δόξης καταγρᾶσθαι τὸν δοξάζοντα αὐτούς. ἀλλ' ἵνα
μὴ δόξῃ λοιπὸν, καὶ ὁ τῆς χρηστότητος λόγος ἐκάλε-
σεν πρὸς ὃ ἐθέλουσιν αὐτὸν ὅσον ἔχει τὸν ἀφθορέα τε
θεία τε καὶ ἄῤῥητος αὐτοῦ φύσις πρὸς τὰ ὑποπί-
πτοντα θανάτῳ καὶ φθορᾷ.

moliendam illicò arripere. Inuidia quippe cultores suos ad peccandum impellit, efficitq; vt vel ob ea quæ minùs oportet vehementius indignétur. Istiusmodi verò Christus aliquid denuò significare vult. Insultabant Iudæi, eiusque dictis refragabantur, beatum Abraham & Prophetas ad satietatem vsque nominantes, & palam clamantes, Nunquid tu maior es patre nostro Abraham & Propheris, qui mortui sunt? Deinde quasi gloriæ sanctorum insultaret, & longè supra illos emineret, arguebant dicentes, *Quem teipsum facis?* Consentaneum igitur erat vt Dominus ad hæc apertè responderet, Maior sum Abrahamo & Prophetis, sed superbi Iudæi nequaquam id tulissent. succensuisset enim quidam illicò, & patrum studium sanctorumque gloriæ defensionem præ se ferens, acrius in Christum insurrexisset, eiq; cædem iure demum moliri visus esset, idcirco Dominus in seipsum dicta transfereus, ait: *si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est.* Illud enim propemodum ait: Nemo mortalium magnopere sese efferat; Si enim velimus apud nos perpendere quid sit gloria hominis, planè eam nihil esse comperiemus, *Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria hominis quasi flos agri.* Nihil igitur mirum, inquit, si Abraham & Prophetæ mortui sunt. Quid enim est gloria hominis, cum natura tyrannide mortis & corruptionis oppressa sit, ideóque fœno facile marcescenti assimiletur? fortasse etiam transferens in seipsum competentem Abrahamo & Propheris modum, & inquiens, *Gloria mea nihil est*, reuocat in memoriam Iudæis Abrahamum qui dilucidè de seipso dicit: *Ego sum terra & cinis*, & Propheras ad Deum exclamantes *Memento quòd pulvis sumus.* Neque verò idcirco dicimus eum gloriæ sanctorum detrahere, qui glorificabat eos, sed necesse erat, & ratio vtilitatis id postulabat, vt ipse ostenderet quantum diuina & ineffabilis sua natura distet ab iis quæ morti & corruptioni subiacent.

Esai.40. 6.

Ose.12.13

Ἐστιν ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με.

Est pater meus qui glorificat me.

Ὑφ' ὑποφωνείας ἀκριβοῦς, καὶ θεωρίας τῶν σπ-

Vt huius dicti sensum clarè & accu-

ratè exponam, iisdem sermonibus vtar, eadémque verba repetam. Iudæis non rectè inuictum veluti quoddam argumentum obtendentibus, ac dicentibus, *Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. quem teipsum facis?* reuera autem existimantibus ipsum moriturum, & corruptioni subiectum iri, atque idcirco nequaquam maiorem Abrahamo sanctisque Prophetis futurum, adeóque nihil planè magni de eo sentientibus, necessariò tandem Dominus noster IESVS CHRISTVS qui ex æterno Patre, æternum se ostendit esse. Idcirco ait, *Est Pater meus qui glorificat me*, illud *est*, hoc loco non simpliciter, neque sine cura & examine volens intelligi, sed per illud significare potius intendens, esse Patrem. Qui autem à vero Patre ineffabili modo est genitus, omnino simul & secum trahit quod est sui genitoris proprium, nempe vt sit. Præstantior igitur est Abrahamo & Prophetis. Hi enim mortui sunt vt terra geniti & mortalibus nati patribus, ille verò ab eo qui est inexcogitabili ratione profectus, semper glorificatur à proprio Patre, non tanquam gloriæ indigus, quippe rex est gloriæ, sed tanquam habens gloriandi materiam, quòd ab æterno genitus sit Patre, propterea & ipse immortalis existat, (secum enim infert substantialiter eius qui genuit dignationem) nihil ergo impediet quominus Filius diuina dignatione præditus existimetur, quòd Pater eius gloria dicitur, cum & ipse Pater glorificetur similiter à Filio non tanquã gloriæ indigus, sed quia talis geniminis, sui nimirum Filij, qui sicut ipse, Deus est, Patrem agnosci, gloriam ducit & habet. Idcirco enim & ipse Filius ad Patrem ait, *Pater, clarifica Filium tuum vt & Filius tuus clarificet te.* Itaq; gloria quidē hominis prorsus nihil est. Quod enim de terra est, in mortem cadit, corpus nimirum, licet suscitandum sit. Glorificatur porro vnigenitus à suo Patre, vt qui cum reliquis bonis omnibus proprium & peculiare habeat substantiæ suæ bonum. Quantum autem sit eius cum vniuersa creatura discrimen, etiam ipse beatus Psalmista paucis verbis significat, dicens: *Cæli peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut operiorium volues eos, & mutabuntur: Tu autem idem ipse es & anni tui non deficient.* Quicquid enim creatum est corruptioni subiacet, tametsi nondum sit corruptum, diuináque voluntate

Ioan. 17. 2.

Ps. 101. 27.

A μεγαλύνων, τοῖς αὐτοῖς ἀποκεχρήσομαι λόγοις, καὶ ἀφ' ἑνὸς πάλιν ἄρξω ῥημάτων. ὡς ἄμαχον ζήτημα καὶ πανήσιον οὐκ ἀνασπωμένων πρὸς τῶν Ἰουδαίων ἀεὶ, καὶ λεγόντων, μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ, ὅστις ἀπέθανε, καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον· τίνα σαυτὸν ποιεῖς; οἰομένων δὲ καὶ ἀληθῶς ὅτι καὶ τεθνήξεται, καὶ ὑποχείριος καὶ αὐτὸς θανάτῳ, καὶ φθορᾷ, καὶ οὐκ ἔστι μείζων καὶ τούτου γε τι Ἀβραὰμ καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν, φέροντων τε ὀνείδη πολλὰ οὐδὲν ὅλως μᾶλλον πρὸς αὐτὸν, λοιπὸν αἰσχύνης ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ διὰ τὴν ἀγνώστους αἰδέσιμος αὐτὸν ὄντα δηλοῖ· ὅπερ τοῦτο φησι, ἔστιν ὁ πατήρ μου ὁ δοξάζων με. Ὅ ἔστιν, ὁ οὐ τοῦτος ἁπλῶς οὐδὲ ἀδιασκέπτως τοσοῦτος βουλόμενος, τεθνηκὼς ἢ μᾶλλον αὐτὸ ὡς τοῦ εἶναι τὸ πατέρα σημαντικόν. ὁ δὲ διὰ τὸ ὄντως πατὴρ ἀνεύρητος γεγεννηκέναι υἱὸς, ἐπάγεται δι' ου πάντως τὸ τοῦ γεννήσαντος ἴδιον, τοῦτ' ἔστι, τὸ εἶναι. χρείττων οὖν ἀρὰ καὶ Ἀβραὰμ, καὶ τῶν προφητῶν· οἱ μὲν γὰρ τεθνήκασιν ὡς γεγόνασι θνητοὶ ὄντες πατέρων· ὁ δὲ διὰ τὸ ὄντως ἀνεξιχνίαστος προελθὼν, ἔστιν ἀεὶ δοξαζόμενος ὑπὸ τοῦ ἰδίου πατρὸς, οὐχ ὡς δόξης ἐπιδεὴς, βασιλεὺς γὰρ τῆς δόξης ἔστιν, ἀλλ' ὡς ἔχων καύχημα, τὸ ἐξ ἀϊδίου γεννηθῆναι πατρὸς, ἀΐδιός τε ἅμα τοῦτο ὑπάρχων καὶ αὐτὸς, ἐπάγεται γὰρ ὑποδῦσα τὸ τοῦ πεφύτος ἀξίωμα. ἀδικήσει δὲ γεγεννημένῳ οὐδὲν εἰς ὑπόληψιν τὸ γεννήσαντα τὸν υἱόν, τὸ δόξαι αὐτὸν λέγεσθαι τὸν πατέρα, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ δοξάζεται B ὅ ὅμοιον πρὸς τὸν υἱόν, οὐχ ὡς δόξης ἐπιδεὴς, ἀλλ' ἐπιφημίζεται καὶ ἔχει δόξαν τὸ ἑαυτοῦ γεννήματος γνωσθῆναι πατέρα, ἰδίᾳ διανοητὸν κατ' αὐτὸν τὸν Θεοῦ. διὰ γάρ τι τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ υἱὸς ὡς πρὸς τὸν πατέρα φησὶ, πάτερ, δόξασόν σου τὸν υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ υἱὸς δοξάσῃ σε. σύνοιδα δὲ ἐμαυτῷ πόθεν δόξα τὸ πρόσκαιρον οὐδὲν. πίπτει γὰρ τὸ ἀπὸ γῆς εἰς θάνατον, καὶ γὰρ τὸ σῶμα, εἰ καὶ ἀναστήσεται. δοξάζεται μὲν οὖν καὶ ὁ μονογενὴς πρὸς τοῦ ἰδίου γεννήσαντος, ὡς μὴ τῶν ἄλλων ἀπάντων ἀγαθῶν καὶ τὸ ἴδιον ἔχων τὸν ὑὸν αὐτοῦ· ὅσα δὲ αὐτοῦ πρὸς πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐν ἀφθορᾷ, καὶ ὁ μακάριος μηνύει ὡς ἐν ὀλίγοις κεφαλαιωμένη βοᾷ, οἱ μὲν οὐρανοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις, καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλαγήσονται. σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. φθαρτὸν γὰρ πᾶν τὸ ποιητὸν καὶ εἰ μή που διέφθαρται τῇ ἰδίᾳ βουλήσει πρὸς τὸν δημιουργὸν πόλεμον,

ἄφθαρτος δὲ, καὶ ἀΐδιος καὶ φύσιν Θεὸς, ὑ δῆς ἑτέρου θελήμασιν ἐπικερδαίνων αὐτὸ καθάπερ λί κτοις, ἀεὶ δὲ ὑπάρχων ἐν ἰδίοις ἀγαθοῖς, ἐν οἷς ἐστι καὶ τὸ εἶναι.

A sustentetur: Deus autem incorruptibilis, & æternus est per naturam, non alterius voluntate id assecutus, sicuti creatura, sed in suis bonis perdurans, in quibus est suum genimem.

Ον ὑμεῖς λέγετε, ὅτι Θεός ὑμῶν ἐστι, καὶ οὐκ ἐγνώκατε αὐτόν.

Quem vos dicitis quia Deus vester est: & non cognouistis eum.

Διελέγχει αὐτοὺς πάλιν ὡς μόνῳ τῷ ῥήμασι καὶ τῷ τοῦτο φιλοῖς φιλοθεΐαν ὑποκρινομένους τὴν τοῦ ἀληθῶς εἰδέναι τὸν Θεὸν, μόνον δὲ οὐχὶ τὸ ἀφ' ὑ τοῦ προφήτου διαγγελλόμενον ὑποφθέγγεσθαι πάλιν αὐτοῖς, πῶς μοι γὰρ ἔλεγεν, ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος, τοῖς χείλεσιν αὐτῶν δοξάζουσί με, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. νυνὶ δὲ χρήσιμος, καὶ πᾶν πάλαι σεσηπρωμένως τὸ οὐκ ἐγνώκατε αὐτὸν ὑποφωνῶ, καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος· ὑ γὰρ τὸ εἰδέναι τυχὸν ὅτι ὄντως ἐστὶ Θεὸς, τοῦτο δὴ πάντως ἐστὶ καὶ γινώσειν ἔχειν Θεόν· ὅτι γὰρ ὑφέστηκε, καὶ ἔστιν ὁ Θεὸς, καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύουσι, καὶ φρίττουσι, κατὰ τὸ γεγραμμένον. πρὸς δὲ τὸ γινώσκειν, ὅτι ἐστὶ, καὶ δόξας ἔχειν ἀκόλουθον περὶ αὐτοῦ ταῖς αὐτοῦ πρεπούσας, καὶ χρεωστουμένας· οἷς δὲ φημὶ τὸν ὄντα Θεὸν ὅτι μὴ ὄντως ἐστὶ κατὰ φύσιν, οὐκ ἂν οἶμαί τις πολυπραγμονήσας σωφρονῶν· ῥᾴδιον γὰρ ἀμηχάνου· πάντα μᾶλλον προσόντα αὐτῷ, καὶ μὴ προσόντα τυχὸν ἐπιζητοῖ τις ἂν καὶ λίαν δύσκολος, ταῖς ἱεραῖς ὁμιλήσας γράμμασιν. ἴσμεν γὰρ, καὶ πεπιστεύκαμεν ὅτι δυνατός ἐστιν. ἴσμεν δὲ ὅτι οὐκ ἔστιν ἀδύνατος, ἴσμεν ὅτι ἀγαθός ἐστιν, ἴσμεν ὅτι οὐκ ἔστι πονηρὸς, ἴσμεν ὅτι δίκαιός ἐστι, καὶ πάλιν οὐκ ἔστιν ἄδικος. ἴσμεν ὅτι ἀΐδιός ἐστι, ἀφικάμεθα καὶ πιστεύομεν ὅτι οὐκ ἔστι χρόνῳ πεπερασμένος, ἀλλὰ πρὸ αἰώνων προϋπάρχει καθὰ καὶ ἡμεῖς. τὰ ῥήματα καὶ φωνῆς φάσκοντες Ἰουδαῖοι εἶναι θεὸν ὅσον ὁμολογοῦσι (σαφῶς Θεὸν αὐτὸν εἶναι) τοῦ Θεοῦ, ἀγνοοῦντες αὐτὸν ὁπόθεν ἦν, ἀλλ' ὅσον τε ὅτι τε ἄφθαρτός ἐστι, καὶ ἀΐδιος συνίεσαν οὐχ ὁμοίως. εἰ γὰρ ᾔδεσαν, οὐκ ἂν, οἶμαι, προὔβαλλον τοῦτο κατὰ λιθοβολίας ὡς τεθνήξεσθαι προσδοκῶν τὸν ἐκ τοῦ ὄντος αὐτοῦ προελθόντα ἐγὼ μονογενῆ. ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ Ἀβραὰμ, καὶ τῶν προφητῶν προπίπτοντες θάνατον ἀνήκεστον ἔφασκον, ἵνα σεαυτὸν ποιεῖς; ἢ γὰρ οὐχὶ τὸ σφόδρα ἐρεῖ τις εἰκότως ὡς ἐν ἁπλῷ κεῖσθαι τοὺς εἰδέναι τίς ἐστι κατὰ φύσιν ὁ πατὴρ, τοιοῦτον εἶναι πιστεύειν καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ προελθόντα λόγον; ὅνπερ γὰρ ἔχει πρὸς γλυκείας πηγῆς γλυκεῖ μὲν πάντως προέρχεσθαι καὶ, καὶ ἀπὸ ξύλων εὐκλωνῶν εὐκλωνῆ πάντως ἔσεσθαι καὶ τὰ ἐκ τούτων· οὕτως ἁρμόσει δεῖν τὸν ἐκ τῆς κατὰ φύσιν Θεοῦ, Θεὸν εἶναι πι-

B Rursus eos arguit, vt qui nudis verbis tenus duntaxat Deum colant, cum interim eum non re vera agnoscant, adeóque Propheticum illud rursus iis inclamat: Tunc enim dicebat, *Appropinquat mihi populus iste, & labiis suis me honorant, sed cor eorum longè est à me:* Esai. 29. 13. Nunc autem opportunè & consentaneè Non cognouistis inclamat, neq; id falsò. Nec enim si scias Deũ esse, vtiq; habebis quoque cognitionem Dei. Quod enim sit & subsistat Deus, etiam Dæmones credunt, & contremiscunt, iuxta id quod scriptũ est. Oportet autẽ & cognoscere quod est, & præterea opiniones eo dignas

C de illo imbibere. Postquam autem esse cognouerimus, nemo sanus opinor quid secundum naturam suam sit curiosè indagauerit, (inuenire quippe in nullius situm est potestate) quæcunque verò ei adsunt, vel non adsunt, in diuinis Scripturis versatus facile agnoscet. Scimus enim & credimus quòd potens est, scimus quòd non est infirmus, scimus quòd iustus est, & rursus quòd non iniustus. Scimus quòd æternus: credimus quòd non est tempore circum-

D scriptus, neque sicuti nos temporarius. Iudæi ergo verbis tenus confitebantur Deum esse Deum suum, nihilosecius ignorare illum sese prodebant. nec enim cogitant eum esse immortalem & corruptioni minimè obnoxium: Quod si scirent, nusquam eò dementiæ lapsi essent vt in animum inducerent moriturum esse vnigenitum ex substantia eius profectum. Sed neque mortem ei Abrahami & Prophetarum obtendentes,

E stultè dicerent, *Quem teipsum facis?* Nunquid enim iure quis dixerit, necessarium esse vt qui norunt quis secundum naturam suam sit Pater, tale esse credant & quod ex eo processit Verbum? Quemadmodum enim ex dulci fonte dulcis riuus manat, & ex generosis arboribus generosa mala nascuntur, ita opinor credendum est ex Deo secundum naturam genitum verum esse Deum, & ex æterno Patre

genitum, æternum esse non secus ac Pater. Opportunè itaque nunc ad Iudæos dici potest, *Aut facite arborem malam, & fructum eius malum : aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum. Non enim potest arbor bona malos fructus facere : neque arbor mala bonos fructus facere.* Qui ergo fieri potest, imò verò quî non omnimoda stultitia scatet ex immortali Patre genitum mortalem ducere, & corruptionis nescium corruptibilibus adscribere?

Matt 12. 23. Matt. 7. 18.

A γένῃ ἀληθῆς, ἐκ τοῦ ἐξ ἀϊδίου γεγεννημένου πατρὸς, ἀΐδιον εἶναι καὶ τὸν γεννήτορα· δύσκριτον οὖν ἀρα καὶ παιδαριώδες τοῖς Ἰουδαίοις εἰπεῖν, ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρὸν, ἢ ποιήσατε τὸ δένδρον καλὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ καλόν. ἡ γὰρ δυνάμενον δένδρον ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιῆσαι, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν καρποὺς ἀγαθοὺς ποιῆσαι. πῶς οὖν εἰσδέχεσθαι, μᾶλλον δὲ πῶς οὐχ ἁπάσης ἐστὶ μωρίας αἰτιώτερον, τὸν ἐξ ἀθανάτου γεννήτορα πατέρα θνητὸν εἶναι νομίζειν, καὶ τοῖς ἐφθαρμένοις συναριθμεῖν ποιεῖσθαι τὸν οὐκ εἰδότα φθορέα;

B

Ego autem noui eum : & si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax.

Ἐγὼ δὲ οἶδα αὐτόν. καὶ ἐὰν εἴπω ὅτι οὐκ οἶδα αὐτὸν, ἔσομαι ὁμοίως ὑμῖν ψεύστης.

Non mentitus sum, inquit Iudæis, cum dicerem, *Si quis sermonem meum seruauerit mortem non videbit in æternum.* Possum enim immortales facere, & quoniam noui Patrem eius rei potentem esse, noui secundum naturam vitam esse Patrem meum. Quapropter ego sum sicut ille vita per naturam & viuificans. Quod si negauerim me posse viuificare, tanquam ignorare videbor Patrem, cuius proprietatem substantiæ cum habeam, possum viuificare sicut & ille. Igitur profiteor me habere omnia quæ sunt in Patre, & secundum illum existere : Sin autem dicam me non habere eodem & immutabili planè modo omnia quæ sunt Patris propria, mendax ero, sicuti vos, vt qui non norim Patrem. Sed & cum dico nihil esse gloriam Abrahami & Prophetarum, quia ex terra erant, & homines naturâ, à quibus idcirco mors aliena non erat, meam autem gloriam esse Patris æternitatem, tanquam Patris gnarus hæc dico. Quòd si dicam me perinde ac illos corruptum iri, nec me Patri coæternum esse, mendax ero sicuti vos, ignorans eum ex quo sum Patrem. Fieri quippe non potest vt qui est ex eo qui est, ac eodem modo se semper habet, non vtique semper sit, eodemque modo perpetuò sit. Est enim æternum quod ex æterno genitum est. Simplicius quippe si accipiatur hic locus, alio modo dictum intelligetur. Noui, inquit, Patrem meum : Quòd si dixero me eum ignorare, mendax ero sicuti vos, qui Deum quidem non nostis, sed eum nosse dicitis. Quænam autem illa sit cognitionis ratio, & quid in ignoratione culpæ sit, cum antea clarè iam exposuerimus, nihil addemus superflui.

Οὐκ ἐψευσάμην, φησὶν Ἰουδαίοις, λέγων, ἐάν τις τὸν ἐμὸν λόγον τηρήσῃ θάνατον οὐ μὴ ἴδῃ εἰς τὸν αἰῶνα. δύναμαι γὰρ ἀπαθανατίζειν, ἐπειδὴ οἶδα τοῦτο ποιῆσαι ἰσχύοντα τὸν ἐξ οὗπερ εἰμὶ, οἶδα καὶ φύσιν ὄντα ζωὴν τὸν πατέρα τὸν ἐμαυτοῦ. εἰμὶ τοιγαροῦν κατ' ἐκεῖνον καὶ ἐγὼ ζωὴ διὰ τοῦτο καὶ φύσει, καὶ ζωοποιός. ἀρνησάμενος δὲ τὸ δύνασθαι ζωογονῆσαι, ὡς ἀγνοῶν ἔσομαι τὸν πατέρα, οὗ τὸ ἴδιον τῆς οὐσίας ἔχων ἐγὼ ζωοποιῆσαι δύναμαι, καθάπερ ἐκεῖνος. ὅλως ἔχω ὁμολογῶ πάντα τὰ τοῦ πατρὸς, καὶ κατ' ἐκεῖνον ὑπάρχειν. λέγων δὲ μὴ ἔχειν ἀπαθανατιστικὰ αἰτήματα τὰ τοῦ πατρὸς ἴδια, φεύσομαι καθ' ὑμᾶς, ὡς μὴ εἰδὼς τὸν πατέρα. ἀλλ' ἐγὼ ὅτι φημὶ τὴν μὲν τοῦ Ἀβραὰμ καὶ τῶν προφητῶν φύσιν οὐκέτι εἶναι δόξαν, ἐπείπερ ἦσαν ἐκ γῆς, καὶ ἀνθρωπικῶς τὴν φύσιν, οἷς καὶ ὁ ἀποθνήσκειν οὐ ξένον, τὴν δὲ ἐμὴν εἶναι δόξαν, τὸ ἀΐδιον τοῦ πατρὸς, ὡς εἰδὼς τὸν πατέρα, τοιαῦτα φημί. λέγων δὲ ὅτι φθαρήσομαι κατ' ἐκείνους, ἐγὼ οὐκ εἰμὶ τοῦ πατρὸς συναΐδιος, φεύσομαι καθ' ὑμᾶς, ἀγνοήσας τὸν ἐξ οὗπερ εἰμὶ πατέρα. ἀμήχανον γὰρ τὸν ὄντα τοιοῦτον καὶ οὕτως ἔχοντα ἀεὶ, μὴ ὄντα ποτὲ οὕτως ἔχειν τε καὶ οὕτως ἔχειν ἀεί. ἀΐδιον γὰρ τὸ ἐξ ἀϊδίου γεγεννημένον. ἁπλούστερον γὰρ τὸ κατὰ τόπον τοῦτο ἐκληφθὲν ἐφ' ἑνὸς αὐτοῦ καθ' ἕτερον εἰρῆσθαι δύναιτο. οἶδα, φησὶ, τὸν ἐμαυτοῦ πατέρα· λέγων δὲ μὴ εἰδέναι καθ' ὑμᾶς ἔσομαι φεύστης, ὑμεῖς γὰρ εἰδέναι μὲν τὸν Θεὸν, εἰδέναι δὲ φάσκοντες αὐτὸν τίς ἢ ὁ τῆς εἰδήσεως τρόπος, ἢ ὅτι τίνι τῷ μὴ εἰδέναι τὰ ἐκλήματα, σοφοὶ ὄντες ἀφρονέστατοι, ἀξιόπιστον ἐποίησθε σεαυτούς.

C

D

E

A

Αλλ' οἶδα αὐτὸν, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρῶ.

Sed scio eum, & sermonem eius seruo.

Οσον μὲν οὖν ἦκεν εἰς τὸ ἐπίμονος τῷ προκειμένῳ προσδιάλλῃν, ἐκεῖνο φαμὲν, ὅτι λεκτέον πάλιν ὡς ἀληθῶς, καὶ καταβιβάζοντα πάλιν αὐτὸν εἰς τὰ ἡμέτερα Χριστὸς, τὸ δουλοπρεπὲς οὐκ ἀφιεὶς σχῆμα καὶ ἀμοιρῆ τὸν πρέποντα. λέγει τοίνυν καὶ εἰδέναι τὸν πατέρα, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρεῖν, καὶ οὐχὶ πάντως ἐφθέγξατο ἁπλῶς ἑαυτῷ τὰ τοιαῦτα προσμαρτυρῶν, ἀλλ' ὡσὰν τῶν αὐτοῦ προκόπτων ἀπαιθμεῖσθαί τινα, τέχνῃ δέ τις αἰνιγμάτων τὸν λόγον πολλή. Δεῖ γὰρ τὸ φάναι καὶ εἰδέναι τὸν πατέρα, καὶ τὸν λόγον αὐτοῦ τηρεῖν, οἷς ἔχει αὐτὸς διϊσχυρίζεσθαι, τοιαῦτα φθεγγομένοις τοῖς Ιουδαίοις ὑποδείκνυσιν, ὡς μήτε εἰδόσι δηλονότι τὸν Θεὸν, μήτε μὴν οἰομένοις ὅτι χρέος τηρεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ· οὐ γὰρ αὖ ἐδέξαντο καὶ μάλα προθύμως τὸν Δεῖ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν προκεκηρυγμένον. Θεραπεύειν δέ πως καὶ πρὸς ἡμῶν σχῆμά τι τοιοῦτον εἰώθασι λόγοις δύφυές τι καὶ κόλλιστον, ἐλεύσχου μὲν ἔχον δυσάμενον, καὶ πρέμα ὄντα ὑποδηλοῦν τὰ εἰς οἷς εἰσι κακά, ὑποτίμησιν δέ πως τοῦ εἰς ὃ διελεύσεται ζημίαν. οἷς ἔστω τις ἀνὴρ τυχὸν ὑπόκρισις, καὶ τὰ ἄλλα χρηστὸς, ὀνειδίζων τὸν κλέπτοντι, καὶ τὸν μεθύοντι, καὶ λέγων, ἐγὼ δίκαιος εἰμί τις ὑπόκρισις, καὶ κέκλοφα τὰ ἑτέρων, ἀλλ' οὐδὲ μεμέθυσμαι ποτέ. καὶ πάντως ὁ τοιοῦτος ἑαυτῷ Δεῖ τούτου μαρτυρεῖ, οὐδὲ ὅταν αὐτὸν οἰκοδόμα λεκτέον, ἀλλ' ὧν ἔχει τὰ ἐναντία ἀπείρατα τοῖς ὀνειδίζομένοις· ὅτω τοιγαροῦν καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς ὁ Χριστὸς εἰδέναι φησὶ τὸν πατέρα, καὶ τηρεῖν τὸν λόγον αὐτοῦ, ἐπιφορίως Δεῖ τοῦτο τοῖς ἀσεβέσι Ιουδαίοις, τὸ μήτε εἰδέναι τὸν Θεὸν προσήκοις, μήτε μὴν ἀνέχεσθαι τὸν λόγον, ἢ φυλακῆς τινος ὅλως ἀξιοῦν τὸν αὐθεντικὸν αὐτοῖς ἀφορισθέντα νόμον. εἰ δὲ χρὴ καὶ ἑτέρως τοῖς προκειμένοις ἐμβαλεῖν, καὶ λεπτότερόν πως ἰδεῖν τὸ πλαγίως ὑποδηλούμενον, καὶ πάλι προσῆκε τούτοις ἐροῦμεν. εἶδεν ὁ υἱὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα ὡς τοιοῦτον ἔχοντα γνῶσιν, ὁποία θεὸς ἐστιν ἐν ἐαυτῷ ἡμῖν, ἀλλὰ θεοπρεπῆ τινα καὶ ἀνεξήγητον. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐξ ἀνθρώπου γεγεννημένος ἄνθρωπος, οὐ πάντ' ἐτέρου τινὸς μαθὼν, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐστιν αὐτὸς πλὴν τῷ γεννήσαντος φύσιν οὐκ ἀγνοεῖ, φησὶν, ὅταν καὶ ὁ υἱὸς εἰδέναι λέγῃ ἐξ ὧν ἐστι τὸν ἑαυτοῦ γεννήτορα, τηρεῖ δὲ τὸν λόγον αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν, ἔχει ἐξομοίωσιν ὁλοκλήρως ἐν ἑαυτῷ τὸν τοῦ πατρὸς ὅρον. λόγος μὲν γὰρ ὁ ἀνθρώπου, τοῦτ' ἔστιν, ὁ ὅρος τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ζῷον λογικὸν, θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀγγέλου

Si locum hunc simpliciter attendamus, dicimus Christum loqui rursus quidem vt hominem, & ad nostra se rursus demittere, seruilem formam congruo tempore nequaquam abiicientem. Ait ergo & se nosse Patrem, & sermonem eius seruare, neque tamen omnino dicemus eum ista sibi necessario adscribere, nec vlla quæ ei conueniunt recenseri, sed multo artificio sermonem esse temperatum. Nam cum ait se nosse Patrem, & sermonem eius seruare, ostendit Iudæos refragari iis quæ habere se ipse profitetur, quippe qui neque Deum norint videlicet, neque adeò seruandum eius sermonem esse putent. alioqui enim sermonem à Mose & Prophetis proclamatum prompto & lubēri animo suscepissent. Istiusmodi loquendi formam apud nos comperiemus, quæ vim & rationem reprehensionis quidem habet, sensimque nonnullis sua vitia subinnuit, ita vt reprehensi non excandescant: Verbi gratia, Sit aliquis frugi, atque bonus, qui furi & ebrio sua vitia exprobret, ac dicat, Ego probus homo sum, non furatus sum res alienas, nec immadui vino vnquam, non tamen his verbis ista sibi ascribit, neque verò eum ita loqui in animum inducemus, sed contraria iis quibus est præditus, iis quos inculpat obiicere. Eodem itaque modo Dominus noster Iesvs Christvs se Patrem nosse ait, & sermonem eius seruare, aliter eam ob rem Iudæis impiis tribuens neque Deum nosse, neque adeò sermonem eius sustinere, aut supernè datam eis Legem vllatenus obseruare. Quòd si aliter hic locus expendendus est & subtilius obseruandum quod obliquè subinnuitur, addemus à Filio Patrem agnosci, non talem cognitionem habente qualis nimirum est in nobis, sed Deo dignam atque inenarrabilem. Quemadmodum enim homo ex homine genitus non ab alio quodam edoctus, sed ex eo quod est ipse genitoris sui non ignorat naturam, sic & Filius ex eo quod est nouit suum Patrem, seruat autem sermonem eius, hoc est totam habet prorsus in seipso substantiæ Patris rationem. Ratio quippe hominis, hoc est definitio substantiæ eius hæc est, animal rationale, mortale, intelligentiæ & scientiæ capax. Sed & Angeli ratio definitio

finitio ſubſtantiæ eius cenſebitur. Quia verò rationem Dei ſecundum naturam aut definitionem capere non licet, (neſcimus enim quid ſit ſecundum naturam is qui genuit ipſum) à noſtra conſuetudine eam ſumens, & humanis vocabulis vtens, ſermonem Patris tanquam definitionem ſubſtantiæ eius ſeruare ait in ſeipſo. Est enim imago eius qui genuit ipſum, & character expers omnis planè diſſimilitudinis, ſed habens omnia in ſeipſo quæcunque Deo conuenientia & præclara ſunt in Patre.

A τυχὸν ὁ λόγος, ὅσος αὐ νοοῖτο τῆς οὐσίας αὐτοῦ. ἐπὶ δὲ Θεοῦ οὔ κ᾽ φύσιν ἡμᾶς μὴ λόγον, ἢ ὅσον οὐκ ἔστι λαβεῖν· οὐ γὰρ ἴσμεν τί κ᾽ φύσιν ἐστὶν ὁ γεννήσας αὐτόν· ἀπὸ γ᾽ τῆς πρὸς ἡμῖν συνηθείας λαβὼν καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἀποχρησάμενος ῥήμασι, τὸν λόγον τοῦ πατρὸς, οἱονεὶ τὸν ὅσον τῆς οὐσίας αὐτοῦ τηρεῖν φησὶν ἐν ἑαυτῷ φησιν. ἔστι γὰρ εἰκὼν τοῦ τεκόντος αὐτὸν, καὶ χαρακτὴρ ἀδιαφόρως πάντα πάντως εἰς ὁμοιότητα κατηρτισμένος, ἔχων δὲ πάντα ἐν ἑαυτῷ τὰ τοῦ
B γεννήσαντος ἀνυπερβλήτως τε καὶ ἐξαίρετα.

v. 56. *Abraham pater veſter exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauiſus eſt.*

Αβραὰμ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν· καὶ εἶδε, καὶ ἐχάρη.

Diem hic, non aliud eſſe dicit quam tempus aduentus, quo verax lux nobis apparuit, & iuſtitiæ Sol exortus eſt ſolutis caliginis inſtar tenebris quibus tunc detinebamur, Principe ſæculi huius tyrannicè nos vexante, & vniuerſum, vt verbo dicam, terrarum orbem ſua peruerſitate offundente, atque vniuſcuiuſque mentem variis modis obtenebrante. Idcirco diuinus quoque Pſalmiſta optatiſſimum eius aduentus diem quodammodo agnoſcens, præcinebat in Spiritu, dicens, *Hæc eſt dies quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.* præſertim cum & diuinæ Scripturæ mos ſit vniuſcuiuſque rei tempus vocare, *diem*, iuxta illud, *Dies enim Domini Sabaoth ſuper omnem ſuperbum & contumelioſam, & humiliabuntur.* Et rurſus: *Quid facietis in die conuentus & in die ſolemnitatis Domini?* Sed & perituras quorundam cogitationes in illa die Pſalmiſta dicit, diem rurſus ſtatuens diuini & expectati Iudicij tempus, quo nihil proderunt claris in hoc mundo hominibus priſtinarum cogitationum fraudes, & diuitiarum faſtus inanis. *Exultauit*, inquit, *Abraham pater veſter, vt videret diem meum: & vidit, & gauiſus eſt.* Quomodo verò aut quando putabimus beatum Abraham diem Chriſti noſtri Seruatoris, hoc eſt tempus aduentus eius cum carne vidiſſe, explicatu facile non eſt, veruntamen quoad eius eſt rectè dicemus ei ceu ſanctorum Prophetarum vni Deum reuelaſſe ſuum myſterium,

Pſ. 117. 24.

Eſa. 2. 12

Oſ. 9. 5.

Pſ. 145. 3.

Η μέραν δὲ τοῦτον, οὐχ ἕτερόν τί φησι τῶν τῆς ὑπερδημίας χρόνων, καθ᾽ ὃν ἡμῖν ὁ φῶς ἔλαμψεν ὁ ἀληθινὸν, καὶ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἀνέτειλεν ἥλιος, λελυμένου ὥσπερ τὸ ἀχλύος πάσῃ τῇ συνέχουσι λίμας ὁ πλανικὸς σκότος, τυραννοῦντος ἔτι τῶν ἐφ᾽ ὅλης τοῦ αἰῶνος τούτου, καὶ πᾶσαν
C ὡς ἔπος εἰπεῖν τὴν οἰκουμένην ταῖς ἑαυτοῦ δυσκρασίαις καταμιγαίνοντός τε καὶ εἰς πολύθεον κατωθοῦντος πλάνην, διαφόρως τε τὸν ἑκάστου καταστοχάζοντος νοῦν. διὰ τοῦτο γὰρ ὁ θεσπέσιος μελῳδὸς ἡμέραν ὥσπερ εἰδὼς τὸν τεταμένην τῆς ὑπερδημίας αὐτοῦ χρόνον, προφωνεφώνει λέγων ἐν πνεύματι, αὕτη ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ κύριος. ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ. ἄλλως τε καὶ ἡμέραν εἶπος ἀποκαλεῖ τῇ θείᾳ γραφῇ τὸν ἑκάστου προσήκοντος χρόνον, καὶ ὅ, ἡμέρα γὰρ
D κυρίου σαβαὼθ ὅτι πάντα ὑβρισήν, καὶ ὑπερήφανον, καὶ ταπεινωθήσονται. καὶ πάλιν· τί ποιήσετε ἐν ἡμέρᾳ πανηγύρεως, καὶ ἐν ἡμέρᾳ ἑορτῆς κυρίου. ἀλλὰ γὰρ ἀπολεῖσθαι τοὺς λίαν ἀβασανίστως ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ φησὶν ὁ μελῳδὸς, πάλιν ἡμέραν ὀνομάζων τὸν τοῦ θείου καὶ προσδοκωμένου βήματος χρόνον, καθ᾽ ὃν οὐδὲν ὠφελήσει τοὺς ἐν κόσμῳ λαμπρῶς λίαν τῶν πάλαι ἀβασανίστως ἀπάτας, καὶ τῆς ὀφρύος τῆς ἐπὶ πλούτῳ ὁ ἀβάσανος φύσημα. ἠγαλλιάσατο, φησιν, ὁ
E πατὴρ ὑμῶν Αβραὰμ, ἵνα ἴδῃ τὴν ἡμέραν τὴν ἐμήν. καὶ εἶδε, καὶ ἀχλύη. καὶ πῶς, ἢ πότε νομισθήσεται τὸν μακάριον Αβραὰμ τὴν ἡμέραν τε ἰδεῖν καὶ χαρῆναι τῆς ἐπὶ σαρκὸς λίαν τοῦ Χριστοῦ, τοῦτ᾽ ἔστι, τὸν καιρὸν τῆς ὑπερδημίας αὐτοῦ τῆς μετὰ σαρκὸς ἰδεῖν, ἢ πλατύνθη ὁ λόγος, ἢ γὰρ ἔστιν εἰπεῖν ὡς ἀπορρήτου λαβόντα, καὶ σαφηνίσαι, πλὴν ὡς ἔνι καλῶς τὰ εἰς τοῦτο νοοῦντες ἐσόμεθα, ὅτι καθάπερ ἐνὶ τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπεκάλυψεν ὁ Θεὸς τὸ ἑαυτοῦ μυστήριον,

ὑμῖν τῶν πάσχα θύσαι δώσομεν ἀληθῶς τὴν ἡμέραν αὐτὸν τοῦ κυρίου σφαγῆς, δι' ἣν τὰ πάντα ἡμῖν αἰσίως συμβέβηκεν, καθάπερ ἐξ ὑγείας ἰὼν ἔδη καλῶς ὅτε καὶ εἰς τύπον αὐτοῦ τοῦ μονογενῆ καὶ πρωτότοκον, τοῦτ' ἔστι, τὸν Ισαὰκ ἀναφέρειν εἰς θυσίαν ἐπέτασε· τῷ ἱερουργοῦντι γὰρ εἰκὸς αὐτῷ τότε καθάπερ ἐν τύπῳ τὴν ἀρωμένην καλυφθῆναι σοφίαν τοῦ μυστηρίου τὴν ἀκρίβειαν. δοίη δὲ ἂν καὶ ἑτέρας εἰς τοῦτο τοῖς φιλομαθεστέροις ταῖς ἀφορμάς. καὶ γὰρ εἶδεν ἄνδρας τρεῖς πρὸς τῇ δρυῒ τῇ Μαμβρῇ, ἀλλὰ καὶ ἐπαγγελίας ἐδέξατο περὶ Θεοῦ, ὅτι πατὴρ ἔσται πολλῶν ἐθνῶν, ὥσπερ ἰδὼν οὐχ ἕτερος ἂν ἡσθῆναι δυνατὸν, εἰ μὴ ἀφ' ἧς εἰς Χριστὸν πίστεως ἐκλήθη πατέρα τὰ ἔθνη τὸν Αβραὰμ ὑπεδέχοντο φόρμιγξα, καὶ σὺν τῇ τῶν ἀρρένων βασιλείᾳ συνῳδαχλιθησόμενά τε καὶ συμμελιξόντα αὐτῷ τῆς ἐφ' ἅπασιν ἀγαθοῖς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν φιλοτιμίας. εἶδεν οὖν, φησὶν, ὁ μακάριος Αβραὰμ, καὶ ἰδὼν ἐχάρη τὴν ἡμέραν τὴν ἐμὴν. καὶ ἀφ' ποίας αἰτίας ὅτι δὲ καὶ ταῦτα φάναι πρέπει Χριστὸν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. δῆλον ὁρῶντες αὐτὸν Ιουδαῖοι ἀφ' ὧν τὸ πρόσλημμα τῆς σαρκὸς, οὐδὲν ὑπενόουν περὶ αὐτοῦ θεωρητὸν, ἔφασκον δὲ οὐ καὶ ὀπτὸς ὢν πρὸς ἡμᾶς, ἀπὸ δὲ οὐκ ὢν μὴ ὄντως εἰς τὸ εἶναι προενεχθείς. ὅτι δὲ ἐν αἴσθησις ὡς ἐξ αἰδίου παρῆν, πιστεύειν οὐκ ἤθελον ἀφ' πολλοῦ ἀβουλίαν. ἵνα τοίνυν ἀποδείξῃ σαφῶς ὡς ὑπερόπτατός ἐστιν, οὐδὲ ἀρτιγενὴς καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' ὅτι καὶ τοῖς ἀρχαιοτάτοις αὐτοῦ πατράσιν ἐγνώσκετο ὡς ὢν αἰδίως, τὰ τοιαῦτα φησιν. ὁ τοῦτο δὲ ὡς ἔνι μοι ἐνδείξασθαι χρησίμως, ὅτι πρὸς τοὺς ἀρνουμένους ἀβούλως, καὶ φθονοῦντες ἀσυνέτως, ἅτε καὶ ἐν ἑορτῆς τάξει τοῦ τῶν ἡμέρων αὐτοῦ ἐξαρχοντι. ἐκεῖνος μὲν γὰρ μόνον εἶδε, καὶ ἐχάρη, ἔχοντες δὲ αὐτοὶ, καὶ ἀπολαύειν ἐξὸν τῆς ἀπειθείας ὑβρίζουσι, καὶ τῆς ὕστερον λαμπρότητος καταλαζονεύονται χάριτος· ἢ τάχα καὶ κεῖνο πλαγίως ὑποδηλοῖ ὅτι καὶ μείζων ἐστὶ καὶ κρείττων τοῦ Αβραὰμ, ἐπεὶ ὥσπερ ἐκεῖνος πεπήγυιεν, ὅ καὶ μόνον γεγονέναι τι πρὸ αὐτοῦ. γυμνὸς μὲν γὰρ, καὶ ἀπεκαλύμματος ἦν ὅτε τοῦτο λέγει οὐκ ἐκ τοῦ δοκεῖν ἀκρατὲς εἰς ὀργὴν, ἑτέρῳ δὲ τρόπῳ καταστημένῃ πάλιν αὖθις. καὶ μήτις οἰέσθω λέγοντα πρὸς Ιουδαίους τὸν Ιησοῦν Αβραὰμ ὁ πατὴρ ἡμῶν ἀπέθανεν, ἑαυτοῦ φθείρεσθαι τὴν φωνὴν, ἐπεὶ ὥσπερ αὖθις ποτὲ μὲν τὸν τοῦ Αβραὰμ οἰκειότητος ἀξίωσι λέγων, εἰ τέκνα τοῦ Αβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Αβραὰμ ἐποιεῖτε αὖ· νυνὶ δ' ἐκ πάλιν ἑαυτοῦ Αβραὰμ ἀποκαλῶ. ἴσως δὲ ὅτι καλῶς ἐπ' ἀμφοῖν τὸν οἰκεῖον ἐξ ἀληθείας ἀποδύεται λόγον.

A aut certè concedemus eum reuera diem
spectasse necis Dominicæ, ob quam
cuncta nobis prosperè cesserunt, ac ve-
luti secundo cursu fluxerunt, cum & in
eius typum vnigenitum & primogeni-
tum suum Isaac in sacrificium offerre
iussus est. Consentaneum quippe est ei
sacrificanti mysterij veritatem tunc pa-
tefactam cum in huius typum istud fie-
ret. Sed & aliæ rationes in studioso-
rum gratiam hic afferri queunt. Vidit
B quippe virostres ad quercum Mambre, Gen.18.
ac præterea promissionem accepit à
Deo, multarum se patrem fore gen-
tium, quo quidem gaudere aliter non
potuit, nisi quòd vocatæ sunt Gentes,
per fidem patrem sibi Abrahamum
asciscentes in regno cælorum simul con-
fessuræ, & in partem cum eo venturæ
Seruatoris nostri summæ munificentiæ.
Vidit igitur, inquit, beatus Abraham
diem meum, & cum vidisset, gauisus
C est. Quam autem ob causam Christus
hæc dicat operæpretium est exponere.
Cum hominem ipsum Iudæi cernerent,
ob carnis velamen, nihil Deo dignum de
eo concipiebant, sed sicut nos mortalem
esse putabãt, vt qui ex nihilo ad esse pro-
ductus esset: æternũ verò esse vt ex æter-
no Patre, nequaquam præ summa sua
væcordia credere volebãt. Vt ergo clarè
ostenderet non recẽtem se neque nuper
genitum sicuti nos, sed vetustissimis eorũ
patribus agnitum tanquã qui æternus sit,
D hæc ait. Simul autem quoad licet oppor-
tunè exprobrat eos stultè respuere, quæ
princeps generis eorum festiuitatis loco
habebat. Ille enim tantum vidit, & gaui-
sus est: sed cum habeant ipsi, fruique li-
ceat, incredulitate sua contumeliosè re-
iiciunt, ac tam illustrem gratiam super-
bè renuunt. Aut certè obliquè subinnuit
se maiorem & potiorem esse Abrahamo,
cum vel ob exiguam tantum cognitionẽ
magnum ille gaudium duceret. Apertè
itaque & absque velamine vllo dici istud
non debebat ob eorum intemperiem,
E sed alio modo rursus istud significat. ne-
que verò quisquam existimet IESVM
dicendo Iudæis, *Abraham pater vester*
mortuus est, sibi contraria dicere, quòd
eos modò quidem à cognatione Abra-
hami alienos statuat his verbis, Si filij
Abrahæ essetis opera Abrahæ faceretis:
modò verò filios Abrahæ nuncupet; Sed
sciendum est eum in his duobus ser-
monem suum ad veritatem dirigere.

Illic quippe spiritalis nobilitatis qualitatem definiens, in morum similitudine cognationem depingit: hic verò, nudam eis carnis cognationem tribuit, vt & illic verè loquatur, & hic mendacem neutiquam se præbeat.

A ὁ μὲν γὰρ ἐκείνοις τὴν πνευματικῆς διὰ ὁμοιότητος ἐικαζόμενος τὴν ποιότητα, ὁ τῇ τῶν ἠθῶν ταυτότητι τὴν ῥιζοτόμον ζωγραφῶν, ἐν τούτοις, μόνων αὐτοῖς τῶν γυμνὸν τὴν ἱστορίαν ἐπιφέρει τὴν συγγένειαν, ἵνα καὶ ὁ ἐκείνοις ἀληθεύῃ, καὶ ὁ τούτοις μὴ ψεύδηται.

v. 56. *Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti?*

Εἶπον οὖν οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς αὐτόν, πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις, καὶ Ἀβραὰμ ἑώρακας;

Sulta planè est Iudæorum oratio, & multo risu digna. Sed iure quis eos mirabitur tantam in impietatem delatos, vt nihil prorsus consentaneum in animum inducere queant. Innumeris quippe modis Seruatore nostro Christo, eadémque verba identidem eis inculcante, suámque eis æternitatem variis rationibus indicante, nihil amplius sibi fingunt quàm quæ corporeis oculis cernant, sed velut attoniti ac mente perculsi non attendunt iis quę Deo conueniunt, rursus verò ei ceu nostrum vni qui vix tum ad esse productus sit, & in rerum natura tum esse cœperit cum est genitus, absurdè mendacium exprobrant, neque quod eum dicentem audierunt satis capiunt. Hic enim dixit Abrahamum diem suum vidisse, illi verò vim sermonis in contrarium vertentes aiunt, *Quinquaginta annos nondum habes, & quomodo vidisti Abraham?* Miser itaque Iudæus, qui multa in ignorantia vsque degit, immanemque furorem in se alit.

B Ἀνόητος χαμαὶ τῶν Ἰουδαίων ὁ λόγος, καὶ πολλοῦ γελοίων τὴν ἠλιθιότητα· θαυμάσαι γὴ δ' ἂν τις αὐτοὺς καὶ σφόδρα εἰκότως εἰς τοσαύτην ἐκδεδραμηκότας τὴν ἀσέβειαν, ὡς μηδὲν ὅ τι προσήκον δυνάσθαι, ὧν ἐχέτω σύνοψιν. μυρίας γὰρ λόγων ἐπεισροφήσας ὁπλοποιοῦντος αὐτοῖς τὸν σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, διότι τε κάτω δεῦρο τῶν αὐτῶν ὄντος ῥημάτων, καὶ τὸν ἴδιον αὐτοῖς αἰδιότητα πολυτρόπως καταμηνύοντος, οὐδὲν ὅλως προσαλογίζονται πλέον ὧν ὁρῶσι τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς, ὥσπερ δὲ πάντελῶς ἐξεστηκότες, καὶ τῷ θαμβει κεχυμένοι τοῦ νοῦ τὸ εὐεγγλαες, οὐκ ἀπατείνουσι τὴν καρδίαν εἰς τὰ πρέποντα Θεῷ, πάλιν δὲ ὡς ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπων τάξεως μόλις ἀρξαμένῳ τοῦ εἶναι καὶ τὸ τοῖς οὖσι πᾶσιν, ὅτι καὶ γεγένηται, τῷ λόγῳ ἐγκαλοῦσι τὸ ψεῦδος, οὐδὲ ὅσον ἤκουσαν λέγοντος σὺν νοῒ ὀρθῶς. ὁ μὲν γὰρ ἔφη πεπρᾶσθαι τὴν Ἀβραὰμ τὴν ἡμέραν αὐτοῦ, οἱ δὲ μεταφέροντες πρὸς τὸ σωματικὸν τοῦ λόγου τὴν δύναμιν, οὔπω γάρ, φασιν, ἔχεις ἔτη πεντήκοντα, καὶ πῶς τεθέασαι τὸν Ἀβραάμ; ἐλεεινὸς τοιγαροῦν ὁ D παράφρων Ἰουδαῖος πολλῆς μὲν ἀεὶ συζήσας ἀπαιδευσίας, μυρίαν δὲ τὴν ἀπίθανον ποιησάμενος σωφροσύνην.

v. 58. *Dixit eis* IESVS, *Amen amen, dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.*

Εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγὼ εἰμί.

Rursus ad familiare sibi institutum Christus reuertitur. loquitur enim interdum per ambages, variisque modis narrationem tegens eam cunctis patere non sinit. Vbi verò nihil intelligere eos videt audiendo, tunc exuto obscuritatis velamine sermonem nudum & apertum proponit, quod & nunc facit. Postquam enim comperit eos intelligentia carere, licet multis verbis docuerit, nec capere posse quòd esset æternus vt ex æterno Patre, quódque maior Abrahamo citra comparationem tanquam Deus, iam propalam dixit, sed addito *Amen*, *amen*, iuramẽti loco ad confirmationem dictorum,

Πάλιν ὅτι τὸ σωθῆναι αὐτοῦ τὸ φίλον ὁπλοποιοῦμα βαδίζει Χριστός. λανθάνει γὰρ ἐκεῖ ὅτε πολυτρόπως αἰνιγματωδῶς, καὶ διαφόροις ἐπικρύπτουσιν ὑποσκιάζων τὴν ἐξήγησιν· ἡ πᾶσιν ἐᾷ γυμνὰς καταφαίνειν. ἐπεὶ δὲ συνιέντας ἴδῃ μηδὲν τοὺς ἀκροωμένους, τότε τὴν ἀσαφείας ἀπαμφιέσας τὸν λόγον παρεστήσατο γυμνὸν τὸ σαφῆ, ὃ δὴ καὶ δρᾶν ὅτι τὴν παρόντος ἐπείγεται. ὅπερ γὰρ οὐδὲν διείσακτος συνέσεως, κἂν πολὺ διαπεπυσμένος λόγου, οὐδὲ δυνηθέντας ἐνοῆσαι ὅτι τὸ ἀΐδιός ὑπάρχει ὡς ἐξ ἀϊδίου πατρός, καὶ ὅτι μείζων τοῦ Ἀβραὰμ ἀσυγκρίτως ὡς Θεὸς, διαφωνοῦν ἤδη φησὶν ὡς τὸ ὅρκου τάξει προτιθεὶς τὸ ἀμὴν, ἀμὴν, εἰς βεβαίωσιν τοῦ λεγομέ-

των, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι, ἐγώ εἰμι. οἰηθείημεν γὰρ ἂν ἡμεῖς ἐπαυξεῖν τὸν μονογενῆ τῷ εἶναι πρὸ μόνου τοῦ Ἀβραάμ. ἔστι γὰρ πρὸ χρόνων πάντων, καὶ παντελῶς ἔχει τὸ ἀΐδιον ἀπαρχὴς ὢν ὅλως πάντων. ὅπερ δὲ προῆκτο πρὸς τοῦ παρόντος πρὸς Ἀβραὰμ αὐτοῦ σύγκρισις, ἐκεῖνο φησὶν ἑαυτὸν ὑπερέχειν ἀρχαιότητι, ὡσανεὶ λέγοι καὶ ὁ ἑκατὸν ἀριθμὸς ὅ τυχὸν, ὅτι μείζων εἰμὶ τοῦ δέκα, καὶ οὐχὶ πάντως ὡς πολὺ τοῦ δέκα τὸ ὑπερέχειν ἔχων, τοιαῦτα φήσειεν ἄν, ἀλλ' ὅτι πολὺ μᾶλλον ὑπερχείμενος, καὶ ὑπὲρ τὸν δέκα ἐστίν. οὐκοῦν οὐ τοῖς Ἀβραὰμ ἀμιλλᾶται χρόνοις, οὐδὲ ὀλίγῳ προῦχειν ἑαυτὸν τῶν ἐκείνου χρόνων διισχυρίζεται, ἀλλ' ἐπείπερ ἐστὶν ἄνω πάντως χρόνου, καὶ πάντως αἰῶνος ἀριθμὸν ἐξάλλεται, καὶ πρὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἑαυτὸν εἶναι φησι, προῆγμα λέγων δηλῆσαι. οἰκείως γὲ σοφόφρα, καὶ καλῶς, ὅτι μὴ τοῦ Ἀβραὰμ ὅ γενέσθαι πέπονθεν, ἐφ' ἑαυτῷ δὲ ὃ, εἰμὶ, δηλοῖ ὅτι τοῦ μὴ ὄντος ἐξ οὐκ ὄντων ἡμοιμένου πάντως ἔστιν ὃ φθείρεσθαι δεῖ, τοῦ δὲ ἀεὶ ὄντι τὸ πρὸς τὸ μὴ εἶναι χωρεῖν οὐ συμβαίνει ποτέ. μείζων οὖν ἐστὶ καὶ κρείττων τοῦ Ἀβραάμ· μείζων μὲν ὡς ἀΐδιος, κρείττων δὲ ὅτι καὶ φθείρεσθαι καθάπερ οὐκ ἔνι.

Ἦραν οὖν λίθους ἵνα βάλωσιν ἐπ' αὐτόν· ὁ δὲ Ἰησοῦς ἐκρύβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ.

Οὐχ ὁρῶσι τὴν ἀλήθειαν, ἅτε δὴ ψευδεῖς ὄντως φαντασίαι τε ὄντες αὐτοὶ, καὶ φύσιν ἔχοντες τὸν πατέρα, καθ' ἣν τῆς σωτῆρος φωνῆς· ἀγαναχτοῦσι δὲ πάλιν ἐπ' οὐδενὶ τὴν ἀρχὴν εἰωθότων. ὡσανεὶ οὖν ἀδικούμενοι τῇ τοῦ προπάτορος δόξῃ σκανδαλίζοιντο, ἀφ' ἑαυτῶν ἀνεκαύθησαν πάλιν εἰς οὐκ εὐκαίρους ὀργὰς, καίτοι δέον μᾶλλον αὐτοὺς σιωπᾶν καὶ τὴν εἰρημένων εἰς δύναμιν, καὶ τίς ὁ ταῦτα λέγων ἐστὶν, ἀλλ' εἰς μανίαν ἀλογωτάτην καὶ θηριωδεστάτην παροξύνοντες, λίθοις αὐτὸν ὑπαχθῆναι σφενδονᾶν, ὡσανεὶ οὐκ ἀκούσαντας ἀφ' ὅλης πολλῆς ἤδη λοιδορίας προπεπτώκοντες, ἤγουν μετείσης ἐξ ἀπονοίας ἐφ' ἑαυτοῖς ὑπεισελθόντος τὸ ὀργίλον. θερμὸν μὲν οὖν καὶ παθητικὸν ὁ τῶν Ἰουδαίων ἐξεχείρημα· προῆκτο δ' οὐκ εἰς ἔργον εὐκαίρως, ἀπῆν γὰρ ἔτι τοῦ παθεῖν ὁ καιρός. καλυπτόμενος δ' ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς, ὑπὸ τοίχοις ὑποφαινόμενον, ὑχ ἑτέρῳ τῷ ἰδίῳ προσπεπλάσθαι σώματος, ἀλλὰ τῇ δυνάμει τῆς θεότητος ἀφανῆ τοῖς ζητοῦσιν ἑαυτὸν καθιστάς. καὶ οὐκ ἠρκέσθη τοῦ λαθεῖν, ἀλλὰ δι' ἐξόδου ἐκ τοῦ ἱεροῦ, τύπον ὥσανεὶ τινὰ προβάλλων ἡμῖν τοῦ νοητοῦ καθαγιάσεως τοῦ τοιούτου. τοῖς μὲν γὰρ ἀγαπῶσιν

A *antequam Abraham fieret, ego sum.* Sed enim existimandum non est vnigenitum gloriari quòd sit ante solum Abrahamum, est enim ante omne tempus, & antiquissimam natiuitatem habet, cum principij expers sit in Patre: Sed quia inpræsens proposita erat eius cum Abrahamo comparatio, illo se ostendit antiquiorem, non secus ac si centenarius munerus exempli causa diceret, Maior sum denario, non vtique id diceret tanquam à denario haud multum distet, sed quòd decem longè superet. Igitur non contendit cum Abrahami temporibus, neque parum se illius temporibus præstare asserit, sed quia supra omne tempus est, & omnis qui numerum transcendit, etiam ante Abrahamum se esse dicit, quod verum quidem est. Propriè autem admodum ac rectè de Abrahamo vsurpat illud, *fieri*, de seipso verò, *sum*, docens omni quod à non esse ad generationem productum est omnino competere vt intereat, ei verò qui semper sit nusquam contingere posse vt ad non esse B procedat. Maior itaq; & præstantior est C Abrahamo; maior quidem, vt æternus, præstantior verò quia non est interitui vt ille obnoxius.

v. 59. *Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum:* IESVS *autem abscondit se, & exiuit de templo.*

Non vident veritatem, quippe mendaces ipsi, & mendacem Patrem habentes, vt ait Seruator, sed cum nihil sit vnde lædantur, denuò tamen stomachantur. Existimantes ergo se Patriarchæ gloriam quodammodo D iniuria affectam propugnare, intempestiua ira rursus æstuant, quum vim & rationem dictorum potius spectare, & loquentis personam attendere deberent, sed in belluinum furorem immaniter erumpentes, lapidibus eum impetere aggrediuntur, quasi non iam plus satis ei conuitiis ac contumeliis insultassent, aut certè parum in se pro dementia iræ concitassent. Ardens itaque Iudæorum audacia, & immanis: sed non tempestiuè erumpit, quoniam nondum aderat patiendi tempus. E Occultat autem sese Christus, non parietes subiens, non aliud quidpiam proprio corpori obtendens, sed vi Deitatis se minimè conspicabilem quærentibus reddens: nec contentus latere duntaxat, egreditur templo, per hæc nobis veluti delineans figuram rerum sub intelligentiam cadentium. Diligentibus enim se

nunquam non est manifestus, iuxta illud, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Ab hostibus verò Dei aufugit, nec impiis manifestatur, sed nec vllo modo conuersari amat cum persequentibus se, immò verò ab iis refugit, secum omnem velut pacem animorum ac tranquillitatem auferens, suaque gratia destitutos relinquens eos qui, quantum in impiorum audacia situm est, ipsum malè excipiunt, licet inania cuncta Christus reddat, impiam eorum audaciam qui in ipsum peccant incredibili virtute delens.

Mat. 5. 8

A αὐτὸν ἐμφανὴς ὀφθῆναι πάντας ἔστι, κατὰ τὸ, μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. διὸ πρέπει τοὺς θεομαχεῖν εἰθισμένους, καὶ σαφῶς τῶν δυσσεβούντων φαίνεσθαι, ἀλλὰ σεσῶσθαι τόπον τινὰ, καὶ σεσωφρονῆσθαι τοὺς διώκοντας αὐτὸν ποιῆσαι φίλον, διόπερ μᾶλλον αὐτὸν, καὶ ἀπομίσασθαι, πᾶσάν ὡσπερ ἑαυτῷ συνεξέλκων θυμίαν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν χαρὰν ἀμιγῆ ἐρήμους ἀφεὶς ἐκείνους, ἀφ' ὧν δυσσεβοῦσι κακῶς, ὅσον εἰς τὸ ψηλαφᾶν αὐτὸν ἀδικεῖσθαι φημὶ, καὶ εἰς τὰ τῶν δυσσεβούντων ἐγχειρήματα, εἰ καὶ μάταια πάντα δείκνυσι Χριστὸς, ἀφάτῳ δυνάμει τὴν εἰς αὐτὸν πλημμελουμένων τὸ ἀθέσμιον ἀφανίζων θράσος.

B

c 5. v. 1. *Et prætereiens, vidit hominem cæcum à natiuitate.*

Καὶ παράγων, εἶδεν ἄνθρωπον τυφλὸν ἐκ γενετῆς.

Iudæis per summam animi temulentiam lapides in eum iaculari adoriẽtibus, egreditur confestim templo & iis elabitur. Præteriens autem videt quendam ab ortu ipso cæcum, certissimum velut documentum ac signum ponens se à Iudæis discessurum, & impiam turbam relicturum, genteſque potius denuò respecturum, & eas inuisurum, atque in illas omnem clementiæ suæ munificentiam transfusurum, quæ etiam ei qui à natiuitate cæcus est assimilantur, quòd in errorem natæ sint, & velut à teneris vera Dei cognitione caruerint, nec tamen lucẽ à Deo, hoc est illuminationẽ per Spiritũ habuerint. Præterea obseruatione dignum est quid sibi velit quòd in transcursu cæcus à Christo conspectus sit. Et mihi quidem subit hæc cogitatio non propriè venisse Christum ad gentes, sed propter solum Israël, quemadmodum & ipse alicubi ait, *non sum missus nisi ad oues quæ perierunt, domus Israel.* In transitu vero Christi, oculi gentium sanati sunt, transferentis in eas misericordiam, propter rebellionem & incredulitatem Israël. Et hoc est quod Moses decantabat, *Ego prouocabo ad zelum in non gente, in gente stulta irritabo illos.* Gens enim insipiens quæ seruit creaturæ posthabito creatore, & instar animalium ratione carentium omni iniquitate pascitur, solisque rebus terrenis & caducis inhæret. Quoniam verò Israel Deum commouit ad iram sapiens & doctus & intelligens, vt fretus Lege ac Prophetis, vicissim in iram commotus est à Deo

Mat. 15. 24.

Deut. 32. 21.

Εμπαροινούντων αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων, λίθους τε ἤδη καταχεομένων ὑπ' ἐκείνων αὐτὸν, ἔξεισι μὲν τοῦ πρὸς αὐλαῖς ἱεροῦ παραχρῆμα, καὶ τὴν τῶν διωκόντων ἀμοσιότητα ἑαυτὸν ὑπεξάγει. παραβλέπων δὲ τὸν ἐκ γενετῆς δηλονότι ὑπιβλέπει τυφλὸν, σημεῖον ὥσπερ ἐκ τούτου δώσων σοφόν, ὅτι μὲν Ἰουδαίων ἐπιφανήσεται βδελυκτός, ἐκ δὲ τῶν ἐθνῶν ἐκλεκτὸν πλῆθος, ὑπεκστήσεται δὲ πάλιν μᾶλλον τὰ ἔθνη, καὶ εἰς αὐτὰ μεταστρέψει τὴν ἡμερότητος τὴν αὐτοῦ τὴν φιλοψυχίαν, ἃ δὲ τῷ ἐκ γενετῆς παρακάθηται τυφλῷ, δηλοῖ τὸ ἐκ πλάνης γεγονὸς καὶ ἐκ πονηρίας ὥσπερ πλάσμα τὴν ἀληθοῦς θεογνωσίας ἐπαρχὴν αὐτοῖς, ἐκ δὲ φῶς οὐκ ἔχειν τὸ παρὰ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστι, τὸν διὰ τοῦ πνεύματος φωτισμόν. ὑπιτηρῆσαι δὲ πάλιν ἀκόλουθον τί ἂν βούλοιτο δηλοῦν τὸ ὡς ἐκ παρόδου τὸν τυφλὸν ἐπισκέψασθαι παρὰ Χριστοῦ. καὶ μοι πάλιν ἔπεισι νοεῖν, ὅτι κυρίως μὲν οἷς ἔθνεσιν ἐπιδήμησεν ὁ Χριστὸς, διὰ μόνον δὲ τὸν Ἰσραὴλ, καθὰ καὶ αὐτὸς που φησὶν, οὐκ ἀπεστάλην εἰ μὴ εἰς τὰ πεπλανημένα τοῦ ἀπολωλότα οἴκου Ἰσραὴλ. κατωρθώθη δὲ τοῖς ἔθνεσιν ἡ ἀμάβλεψις ὡς ἐκ παρόδου Χριστοῦ μεθορμίσαντος ἐπ' αὐτὰ τὸ ἔλεος, διὰ τὸ τοῦ Ἰσραὴλ ἀπιθῆσαι· καὶ τοῦτο ἴσως ἦρα ὁ διὰ Μωσέως, καὶ πάλιν παραδώσω, ἐγὼ παραζηλώσω αὐτούς, ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. ἔθνος μὲν γὰρ ἀσύνετον ἴσως ὁ δουλῶσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸ κτίσαντα, καὶ κτίσιν ἀλόγων δίκην εἰς πᾶσαν ἀπλῶς ἁμαρτίαν καταβοσκόμενον, καὶ μόνοις ἐπέχον τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. ὅθεν ἡ πρόρρησις ὁ Ἰσραὴλ ὁ ὀφθεὶς διὰ τὸν νόμον, καὶ σωτὴρ διὰ τὸ παρεφθάσας ἔχειν, ἀνθυπορρηθεὶς παρὰ τοῦ Θεοῦ παρεληφθήσεται

C

D

E

εἰς τὸν ἐκείνοις πρέποντα τόπον τῆς ἀστεμέτου δ A
πείν, οἷς ἀφῃ τῆς πίστεως καὶ σοφίας γέγονεν ὁ
Χριστὸς ἡγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ δε-
δογραμμένον, δῆλον δι' ὅτι καὶ φῶς, καὶ ἀναβλεψις.

assumptis in eius locum & sortem debitam antehac insipientibus, quibus per fidem & sapientiam Christus & sanctificatio & redemptio factus est, iuxta Scripturam, adeóque lux & illuminatio.

ΚΕΦΑΛ. Α.

CAPVT I.

Ὅτι οὐκ ἐκ προηγουμένων τῆς ψυχῆς ἁμαρτημάτων τὰ σωματικὰ ἴσιν ὑποσυμβαίνει πάθη, ἀλλ' οὐδὲ ἁμαρτίας πατέρων ὑπὲρ τέκνα ἢ τέκνων ἐπάγει ἐστὶν ὁ Θεὸς, τοὺς οὐδὲν ἡμαρτηκότας κολάζων, ἀλλὰ δίκαιον ἐφ' ἅπασιν ἐπιφέρει τὸ κρίμα. B

Quòd morbi corporei ex præcedentibus animæ peccatis nemini accidant, sed neque peccata patrum filiis, aut quorumuis Deus vllis inferat, puniens eos qui nihil deliquerint, sed iustum de omnibus iudicium ferat.

Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, λέγοντες, ῥαββὶ, τίς ἥμαρτεν, οὗτος, ἢ οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ; ἀπεκρίθη ὁ Ἰησοῦς, οὔτε οὗτος ἥμαρτεν, οὔτε οἱ γονεῖς αὐτοῦ, ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ· ἀλλ' ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἐν αὐτῷ.

v. 2. &c. *Et interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit* IESVS, *Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo.*

nec inuocauerunt eum qui propugnare ac repellere posset, qui è Babyloniorum manibus seruasset, qui Assyrium euertisset, qui per manum Angeli centum & octoginta quinque millia alienigenarum confeciſſet. Quòd verò non mediocre detrimentum Israeli importatum sit accepto externo nempe sub alienigenis principatu, res ipsa etiamnum tibi ostendet. Etenim cum aliquando Pilatus Iudæis suam incredibilem audaciam exprobraret quòd Dominum crucifigi ab eo flagitarent, apertéque diceret, *Regem vestrum crucifigam?* tunc certè excussa Dei seruitute & veteris dominij vinculis dirruptis, nouo tanquam iugo ceruices subiecerunt, impudenter vociferati, *Non habemus Regem nisi Cæsarem.* Quæ omnia cum fiegent & clamarentur, principibus rectè se habere visa sunt, quibus ideò omnium malorum causæ ascribendæ sunt. Damnantur enim iuremerito tanquam gregis sui proditores, ignaui, & imbelles prorsus, ac pugnare pro subditis gregibus detrectantes. Ideóque Deus ipsos arguit dicens, *Pastores stulte egerunt, & Dominum non quæsierunt. propterea non intellexit omnis grex & dispersi sunt.* Ex ipsis itaque rebus ostensum est Christum reuera esse bonum pastorem ouium, illos verò esse corruptores potius & pestes quàm bonos, & à vera laude longè alienos.

Ioan. 19. 15.

Ibid.

Hier. 10. 20.

A ἐκδήσαντ᾽ ἐπαμύνειν δυνάμενον, τ᾽ δεσπόσαντα μὲν ἐκ Βαβυλωνίων, σώσαντα δὲ τ᾽ Ασσύριον, τ᾽ ἀνελόντα δι᾽ χειρὸς ἀγγέλου ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας τῶν ἀλλοφύλων. ὅτι δὲ ἠδίκησεν μικρὸς ἡ παρέλυσεν εἰς βλάβας τοὺς ἐξ Ισραὴλ ὁ παραδέξασθαι τ᾽ ὀθνείων ἀρχὴν, τ᾽ ἐκ τοῦ γε τοῖς ἀλλοφύλοις φημὶ, ἡ ὃς αὐτὸν μαθήσῃ τὸ πρᾶγμα τος. Πιλάτου γὰρ ποτε τοῖς Ἰουδαίοις ὁ παβόλως ὀξυφιζόντος ὄψεσθε, ὅτι ἡ σταυρώσω τὸν βασιλέα ὑμῶν; τότε δὴ τότε τ᾽ ἐκ τοῦ Θεοῦ δουλείαν ἀποσεισάμενοι, ἡ τὰ τ᾽ ἀρχαίας διαστάσεις διαῤῥηγνύντες δεσμὰ, νέοις ὥσπερ ποδοστρόβοις ζυγοῖς, αὐχήν αὐχαφωνήσαντες, οὐκ ἔχομεν βασιλέα εἰ μὴ Καίσαρα. ἐ τῶν τοῖς ἡγουμένοις ὀρθῶς ἔχειν ἐδόκει, δρώντά τε καὶ διαφωνοῦντα. διὸ τοῖς οὖν ἅπασι τοῖς ἐφ᾽ ἅπασι τοῖς κακοῖς αἰδεστὸν αἰτίας. καθαπείρονται γὰρ ἡ μάλα εἰκότως ὡς τῶν ποιμνίων προδόται, ὡς δῆλοι, ἐ ἀνανδροι, ἐ φιλόμαχοι πάντπαλιν, ἡ ἀπαυδήσαντες ὁλοκλήρως ὑπὲρ ἁπάντων ἐ ὑπὲρ μεγάλης θέλης τῶν ὑπὸ χεῖρα ποιμνίων. ἀφ᾽ τοῦτο ἐ Θεὸς αὐτοὺς ὑπαιτιᾶται λέγων, ὅτι οἱ ποιμένες ἠφρόνησαν, ἐ τὸν κύριον οὐκ ἐζήτησαν· διὰ τοῦτο οὐκ σύνοπος πᾶσα ἡ νομὴ, ἡ διεσκορπίσθησαν. ἐξ αὐτῶν δὲ ἔνδηλον ἀποδέδεκται τῶν πραγμάτων, ὅτι ποιμὴν μὲν πρεσβάτων ἀγαθὸς ὄντως ὁ Χριστὸς, οἱ δὲ φθορεῖς μᾶλλον ἢ ἀγαθοὶ ἐπαίτιοί τε τῶν ὅπῃ γησιότητι πολὺ δὴ λίαν ἐξωκισμένοι.

B

C

D

Ioan. 19. 15.

Ibid.

Hier. 10. 20.

v. 14. *Ego sum pastor bonus.* Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός.

Exultauit rursus, tanquam causâ superior & Iudaici principatus [illegible] adeptus, non aliquorum testimoniis, sed ipsarum iam rerum documentis euidentibus delatum. Quemadmodum enim postquam opposuit facta sua falsorum Prophetarum maleficiis, suáque ipsius opera & præclaros effectus eorum mendaciis potiores ostendit: Siquidem illos venisse duntaxat vt furentur, vt mactent, & perdant, ac præterea vt mentiantur, & quæ dictu sint nefas, se verò non modò vt vitam ouibus, sed vt & aliquid amplius daret, exclamauit illud, *Ego sum pastor bonus*, ita & hoc loco vbi definiuit bonum verè pastorem, qui mori vult pro ouibus, & animam suam

Ανεσκίρτησε πάλιν ὡς τ᾽ νικῶσαν θύρσῳ, ἡ τ᾽ ὅτι ὁ χειρῶσαι πρεσβεύσας τ᾽ Ιουδαίων ἀρχὴς ἀποκομισάμενος ὑπῆρχε, ἡ ταῖς ἄνωθεν μαρτυρίαις, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῆς ἤδη τ᾽ τῶν πραγμάτων συνεξελέσεως ἀναφανομένοις. ὅπερ γὰρ ἔφην αὐτὸς ἀντιθεὶς τὰ οἰκεῖα τοῖς ψευδοπροφητῶν κακουργήμασι, ἡ ἀμείνω δηλοὺς τ᾽ ἐκείνων ψευδολογίας τ᾽ οἰκείων κατορθωμάτων τ᾽ ἔκβασιν· τοῖς μὲν γὰρ ὅτι μόνον ταῦ κλέψαι, ἐ θῦσαι, ἐ ἀπολέσαι γνώσεσθαι φησὶν αὐτομόλους ὅτι ὁ ψεύστας, ἐ ἃ μὴ θέμις εἰπεῖν, ἑαυτὸν γε μὴν ἀφῖχθαι πρὸς ὃ μὴ μόνον ἔχειν ζωὴν, ἀλλὰ ἐ περισσόν τι ἐκ περισσοῦ ἔχοντα, καλῶς τε καὶ ὀρθῶς διαφωνῶ ὃ, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὅταν καθάπαξ τ᾽ ἀγαθὸν ὄντως ποιμένα δηλονότι ὑπὲρ τῶν ἡ προβάτων ἐπίσης τῶν προβάτων, ἐ τ᾽ ψυχὴν προτίθηται

προθύμως ὑπὲρ αὐτῶν, τὸν δὲ μισθωτὸν καὶ ὀθ- A libenter ponat pro illis, mercenarium
νεῖον ὄντα φεύγειν, καὶ δηλον, ὅτι φυγάδα, ὅτι τε καὶ δειλὸν verò & extrancum præfectum fugacem
τοιοῦτον μὴ πρόβατα, ἐπίνοιαν ἑαυτὸν οἶδε κα- esse ac timidum, & quiduis tale, quo-
θεστῶτα τῇ ψυχῇ ὑπὲρ τῶν προβάτων, διὸ λόγως niam norat se cum esse qui animam
πάλιν αἰσθοῦ, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. ἔδει pro ouibus esset positurus, rursus me-
γὰρ ἐδὴ πάντας νικᾶν τὸν ἐν πᾶσι πρωτεύοντα, ἵνα ritò exclamat illud, *Ego sum pastor bo-*
καὶ δικαίως φαίνῃ πάλιν ὁ μελῳδὸς πρὸς αὐτὸν που *nus*. Oportebat enim cum omnes vin-
λέγων· ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νι- cere, qui in omnibus primas obtinebat,
κήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. πρὸς δὲ γε τοῖς εἰρημέ- vt & verè dixisse Psalmista videatur ad
νοις καὶ τοῦτο διασκεπτέον. οἶμαι γὰρ ἔγωγε τὰ πρὸς B ipsum alicubi dicens his verbis : *vt iu-* Ps. 50. 6.
ὠφελείας ἐσόμενα πολλῆς τοῖς Ἰουδαίων λαοῖς πα- *stificeris in sermonibus tuis, & vincas,*
ρεληλύθατε τὸν κύριον, μὴ μόνον ἐξ οἰκείων ῥημάτων, ἀλ- *cum iudicaris*. Iam verò præter supradi-
λὰ καὶ ἐξ ὧν τοῖς προφήταις χρησμῳδίας ἀναπέ- cta illud expendendum est. Puto enim
φηνε αὐτοῖς ἐπιτελεσθαι τὰ εἰκότα φέρειν, καὶ εἰδέναι Dominum proponentem vtilia Iudæis
σαφῶς, ὡς αὐτὸς μὲν ὄντως ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, οἱ δὲ non suis tantùm verbis sed & ex Pro-
οὐκέτι, πόθεν. ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἀπεικὸς ἐνόησε, ὡς εἰ μὴ phetarum oraculis monere eos vt quæ
τοῖς παρ' αὐτοῦ λαληθεῖσι πιστεύσουσι, ἀλλά γε τοῖς rationi consentanea sunt, sentiant, &
δι' ἐκείνων καὶ ἀκούοντες ἐνδώσουσι. λέγει τοίνυν apertè nouerint, ipsum esse bonum &
δὲ, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, εἰς ἀνάμνησιν ὧν C egregium pastorem, istos verò nequa-
παρὰ τῶν εἰρημένων διὰ φωνῆς Ἰεζεχιὴλ τοῦ προ- quam. Probabilis enim coniectura erat,
φήτου τοῖς τῶν Ἰουδαίων ἀναχωμίζων διάνοιαν. λέγει fore, vt si non eius verbis fidem habe-
γὰρ ὅτω πρός τε Χριστὸν, καὶ τοὺς καθηγεμόνας λαχόν- rent, attamen vel inuiti Prophetarum
τας τῶν Ἰουδαίων ἀνθρώπους, τάδε λέγει κύριος, ὦ ποι- vaticiniis assentirentur. Ait ergo, *Ego*
μένες τοῦ Ἰσραὴλ, μὴ βόσκουσιν οἱ ποιμένες ἑαυ- *sum pastor bonus*, reuocans in memo-
τούς; ὄχι τὰ πρόβατα βόσκουσιν οἱ ποιμένες; ἰδοὺ D riam Iudæis quæ per vocem Iezechiel dicta sunt. Sic enim de Christo
γάλα καταθίετε, καὶ τὰ ἔρια περιβάλλεσθε, καὶ & de iis quibus forte obtigerat præesse
τὸ παχὺ σφάζετε καὶ τὰ πρόβατά μου οὐ βόσκετε. gregi Iudæorum ait, *Hæc dicit Dominus,* Ezec. 34.
τὸ πλανηθὲν οὐκ ἐπεζητήσατε, καὶ τὸ κεκακωμένον οὐκ *ô pastores Israel, nunquid pastores pascunt* 4.
ἐσωματοποιήσατε, καὶ τὸ συντετριμμένον οὐ κα- *semetipsos? Nonne oues pascunt ipsi pasto-*
τεδήσατε, καὶ τὸ πεπλανημένον οὐκ ἀπεστρέψατε, *res? Ecce lac comedistis, & lanis operimi-*
καὶ τὸ ἀπολωλὸς οὐκ ἐζητήσατε, καὶ τὸ ἰσχυρὸν κα- *ni, & quod crassum est occidistis, & oues*
τεργάσασθε μόχθῳ, καὶ διεσπάρη τὰ πρόβατά μου *meas non pascitis, quod infirmum fuit non*
διὰ τὸ μὴ εἶναι ποιμένας, καὶ ἐγένοντο εἰς κατάβρω- *confortastis, & quod ægrotum non sa-*
μα πᾶσι τοῖς θηρίοις τοῦ ἀγροῦ, καὶ διεσπάρη τὰ *nastis, & quod contritum non alliga-*
πρόβατά μου ἐν πάσῃ ὄρει, καὶ ἐπὶ πᾶν βουνὸν *stis, & quod errabat non reduxistis, &*
ὑψηλὸν, καὶ ἐπὶ πρόσωπον πάσης τῆς γῆς, καὶ οὐκ *quod perierat non quæsistis, & quod*
ἦν ὁ ἐκζητῶν, οὐδὲ ἀποστρέφων. εἷς γὰρ τοῖς Ἰου- *forte erat afflixistis labore. Et dispersa*
δαίων καθηγητὴς ὁ σκοπὸς πρὸς μόνον ὁρᾶν τὴν *sunt oues meæ, propterea quod non sunt*
φιλοκερδίαν, καὶ χρηματίζεσθαι μὲν ταῖς παρὰ τῶν E *pastores, & factæ sunt in deuorationem*
ὑποκειμένων προσαγωγαῖς, δασμούς τε συλλέγειν, *omnibus bestiis campi, & dispersæ sunt*
καὶ τὰ ὑπὲρ νόμου διαπράττειν, τῷ δὲ γε λοιπὸν εἶναι *oues meæ in omni monte, & super*
μηδόντος, ἢ καὶ τῷ διασώζειν ἐθέλοντας τοὺς ὑπὸ *omnem collem excelsum, & super*
χεῖρα λαοὺς, μηδένα ποιεῖσθαι λόγον. διὰ τοῦτο πά- *faciem vniuersæ terræ, & non erat*
λιν ἐπ' αὐτοῖς ὅτω φησὶν ὁ καλὸς ὄντως ποιμήν· *qui requireret, neque qui reduceret.*
τάδε λέγει κύριος. ἰδοὺ ἐγὼ ὅτι τοῖς ποιμέσι, καὶ Vnus enim Iudæorum præpositis sco-
ἐκζητήσω τὰ πρόβατά μου ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν, pus erat, lucri nempe studium, & sub-
καὶ ἀποστρέψω αὐτοὺς τοῦ μὴ ποιμαίνειν τὰ πρόβα- ditorum oblationibus ditari, ac tribu-
τά μου, καὶ βοσκήσουσιν ἔτι οἱ ποιμένες αὐτὰ, καὶ ta exigere, & edicta supra Legem fa-
cere, eius autem quod prodesse popu-
lis sibi subditis aut eos seruare posset,
nullam planè curam habere. Idcirco
de ipsis rursus ait pastor ille ve-
rè bonus his verbis : *Hæc dicit* Ezec. 34.
Dominus : Ecce ego super pastores, 10.
& requiram oues meas de manibus
eorum, & amouebo eos ne pascant
oues meas, & non pascent amplius
pastores eas, & separabo oues meas de

manibus eorum, & ex ore eorum, & non erunt eis vltra in deuorationem. Et paulo post: *Et suscitabo super eos pastorem vnum, & pascet eos, seruum meum Dauid. Et erit eorum pastor: & ego Dominus ero eis in Deum, & Dauid princeps in medio. ego Dominus locutus sum, & disponam Dauid testamentum pacis, & delebo bestias pessimas de terra, & habitabunt in deserto, & somnum capient in saltibus montis. Et dabo eos in circuitu mei: & dabo pluuiam meam, pluuiam benedictionis, & ligna quæ in campo dabunt fructum suum, & terra dabit fructum suum.* Per hæc ergo Deus manifestissimè declarat futurum vt à Iudæorum principatu Pharisæorum impius cœtus amoueatur, & post illos rationali credentium gregi præsit è semine Dauid secundum carnem Christus. Fœdus enim pacis per eum pepigit, Euangelicam nimirum, & diuinam prædicationem, quæ nobis amicitiam cum Deo & regnum cælorum conciliat. Per ipsum itidem rursus benedictionis pluuia, id est primitiæ Spiritus, quæ animum in quo extiterit ceu agrum quendam fœcundum efficit. Quia verò Pharisæi suis ouibus non mediocrem perniciem inferunt multis modis eas deformari sinentes, nedum eas pascentes, Christus autem eas seruat, ac supernæ benedictionis largitor eis est atque pararius, idcirco iure profitetur id quod est, dum ait, *Ego sum pastor bonus.* Nemo porro scandalisetur, quòd Deus ac Pater eum seruum appellauerit, qui ex semine Dauidis homo factus est, quamuis secundum naturam Deus verus sit ac Filius, sed cogitet potius ipsum se humiliasse formâ serui sumpta. Quare conuenienter formæ illi serui assumptæ à Deo & Patre seruus nuncupatus est.

Ezech. 34.

A ἐξελοῦμαι τὰ πρόβατά μου ἐκ τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ οὐκ ἔσονται αὐτοῖς εἰς βρῶμα. καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα· καὶ ἀναστήσω αὐτοῖς ποιμένα ἕνα, καὶ ποιμανεῖ αὐτούς, τὸν δοῦλόν μου Δαβίδ, καὶ ἔσται αὐτῶν ποιμήν, καὶ ἐγὼ κύριος ἔσομαι αὐτοῖς εἰς Θεόν, καὶ Δαβὶδ ἄρχων ἐν μέσῳ· ἐγὼ κύριος ἐλάλησα. καὶ διαθήσομαι τῷ Δαβὶδ διαθήκην εἰρήνης, καὶ ἀφανιῶ θηρία πονηρὰ ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ κατοικήσουσιν ἐν τῇ ἐρήμῳ καὶ B καθεύσουσιν ἐν τοῖς δρυμοῖς. καὶ δώσω αὐτοῖς κύκλῳ τοῦ ὄρους μου, καὶ δώσω τὸν ὑετὸν ὑμῖν, ὑετὸν εὐλογίας, καὶ τὰ ξύλα τοῦ πεδίου δώσουσι τὸν καρπὸν αὐτῶν, καὶ ἡ γῆ δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς. ὁρᾶτε οὖν τοῦτο δῆλον καὶ σαφές, ὅτι μὲν τὸν τῶν Ἰουδαίων ἡγεμονίας ἀνατρέψεται τῶν Φαρισαίων ἡ δόλιος πλάνη· ὁ δὲ θεὸς, ὅτι δὲ μετ' ἐκείνους ὀπτατὴν τῶν λογικῶν τῶν πιστευόντων ἀγέλην ὁ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τὸ κατὰ σάρκα Χριστὸς ἀναφανδὸν ἐποίησατο. δῆλον γὰρ εἰρήνης συνθέμενος διαθήκην C αὐτῷ, τὸ εὐαγγελικὸν δηλονότι καὶ θεοπάσιον κήρυγμα τοῖς φιλίαν ἡμᾶς ἀναφέρον πρὸς ὡς τοῖς θεὸν, καὶ τὴν οὐρανοῦ βασιλείαν παρεπιποιοῦν. διὸ αὐτός τε πάλιν ὁμοίως ὁ τῆς εὐλογίας υἱὸς, τοῦτ' ἔστιν, ἐκ τοῦ πνεύματος ἀπαρχὴ καρποφορεῖν ὡσανεί τινα χλόην ἐποτελοῦσα τὸν ἐν ἡμῖν ἀνθρωπον ψυχήν. ὅθεν ἡ τῶν μὲν παρβάτης ὁ μετεῖος οἱ Φαρισαῖοι διελυμήναντο, καταβόσκοντες μὲν ὑδαμῶς, καταλωβᾶσθαι δὲ μᾶλλον αὐτὰ πολλαχῶς ὀπτῶντες· λέοντος δὲ ὁ Χριστὸς, καὶ τὸν αἰῶνα D εὐλογίας ἐδίζηται καὶ σωτὴρ καὶ προξένος, εἰκότως ἀναφαίνεται τοῦτ' ὄνομ' ὅτιν ὁμολογῶν, ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλός. σκανδαλιζέσθω δέ μοι μηδεὶς, εἰ δοῦλον ἀποκαλεῖται ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ γεγόνοτα δεσπότην, κἂν τῇ κατὰ φύσιν ὄντα Θεὸν καὶ υἱὸν ἀληθινόν, συνειέτω δὲ μᾶλλον, ὅτι ταπεινώσει ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών. πρεπόντως γὰρ τῇ ληφθείσῃ μορφῇ κέκληται δοῦλος παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός.

Et cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem.

E Καὶ γινώσκω τὰ ἐμὰ, καὶ γινώσκουσί με τὰ ἐμά. καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα.

Nihil aliud hîc innuere velle Dominum quispiam simpliciter dixerit, nisi se suis manifestum fore, séque credentibus in eum largiturum esse sine labore sui cognitionem, & se suos agniturum esse, non inutile vtique cognosci, quibus id forte obtigerit, insinuans.

Ἀπλούστερον μὲν δὴ τοῦτο φαίη τις ἂν ἕτερον οὐδὲν βεβουλῆσθαι καταμηνῦσαι τὸ ῥηθὲν, ἢ ὅτι σαφὴς μὲν αὐτὸς ἔσται τοῖς ἑαυτοῦ, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ἀπαλλαίτως χορηγήσει τὸ εἰδέναι αὐτὸν γνώσιν, ὑπογνώσεσθαι δὲ ἐκ αὐτὸς τοὺς ἰδίους, οὐκ ἀσύμφορον δηλονότι τὸ γινώσκεσθαι καθίστας τοῖς τῦτο

δὴ λέγοσι. τί γὰρ ἐροῦμεν ὃ ἄμεινον τῆς γνώσεως A
αὐτῷ Θεῷ; ὅπερ ὑπερτείνει ἐφ' ἑαυτῷ τὴν βάσανον ἐξαιτεῖ πως ὃ εἰρημένον λόγος ὃ προσκαλῶ μάλιστα, καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα· φέρε πρὸς αὐτὸν ἴωμεν τὸν προκείμενον τῆς ἐννοίας. οἶμαι γὰρ, οἶμαι, τὸν ἐρᾷ τὸν ἀρρήτων ἐχόντων τὸν νοῦν καταφῦσαι τὸν ὄντων ἀνὰ ταύτην δυνάμεν λαβεῖν περὶ Χριστοῦ τὴν γνῶσιν, ὁποία πρὸς εἶναι τυγχάνει ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς πρὸς αὐτόν. μόνος γὰρ οἶδεν ὁ πατὴρ τὸν ἴδιον γέννημα, γινώσκεται δὲ ὑπὸ μόνου τοῦ ἰδίου γεννήματος. οὕτως γὰρ οἶδε τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ, οὐδὲ μὴν τὸν πατέρα τις οἶδε τίς ἐστιν εἰ μὴ ὁ υἱός, καὶ τὸν αὐτὸν τοῦ σωτῆρος φωνῶν· ὅτι μὲν γὰρ Θεὸς ὁ πατὴρ καὶ Θεὸς ὁμοίως ἀληθινὸς ὁ υἱός, ἴσμεν τε καὶ πεπιστεύκαμεν· τὸ δὲ κατ' οὐσίαν ἐστὶν ἀπόρρητος φύσις, ἀνέφικτον πάντελῶς ἡμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις λογικοῖς κτίσμασι. πῶς οὖν ἀσυμπτώτως εἰσόμεθα τὸν πατρὸς τὸν υἱόν; ἀνθρώπειον ὅπως ὑπογνώσεως μὲν αὐτὸς ἡμᾶς διϊσχυρίζεται, B
ὑπογνωσθήσεσθαι δὲ πρὸ ἡμῶν ὡς οἶδεν αὐτὸς τὸν πατέρα, καὶ ὁ πατὴρ αὐτόν. σκοπῶ ἐπιξεργασίαν, καὶ πῆ τοῖς εἰρημένοις ἐφαρμόσωμεν λογείαν, σὺκ ἀπὸ τοῦ προκειμένου φέρουσαν σκοπὸν ζητητέον δή που γε ἥκειν εἰς νοῦν, ἐγὼ μὲν σὺκ ἀποκρύψομαι, τοῖς γε μὴν ἐθέλουσιν ἔστω δεκτόν. οἶμαι γὰρ ὅτι τὴν γνῶσιν σὺ τοῦτο ἁπλῶς τὴν εἴδησιν λέγει, διϊσχυρίζεσθαι δὲ μᾶλλον αὐτὴν τὴν οἰκειότητος, ἥτοι τὴν καὶ γένος, καὶ φυσικῆς, ἢ τῆς ὡς ἐκ μετοχῆς χάριτος, καὶ ὁμοῦ. γνωστοὺς οὖν ἔθος ἀποκαλεῖν τοῖς Ἕλλησιν C
πάντας οὐχ ὅπως τοὺς κατ' ἴδιος οἰκείους μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁμοφύλους ἀδελφούς· ὅτι δὲ καὶ ἡ θεία γραφὴ γνῶσιν οἶδε τὴν οἰκειότητα, δῆλα τοῦτον εἰσόμεθα. λέγει γάρ που Χριστὸς πρὸς τῶν ὑδαμόθεν οἰκειωθέντων αὐτῷ, πολλοί μοι ἐροῦσι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, τῇ τοῦ κυρίου δηλονότι, κύριε κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν, καὶ δαίμονας ἐξεβάλομεν; τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, ὅτι ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. ἀλλ' εἰ μὴ γνῶσις μόνον ἡμῖν καταφαίνει τὴν εἴδησιν, πῶς ἠγνόησε τῶν ὄντων ἁπάντων ὁ πάντα ἔχων γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, καθά γέγραπται· ὁ δὲ πάντων ἀκριβῶς εἰδώς. σὺκοῦν αἰσχύνην κομιδῇ μᾶλλον ἢ ἄγνοιαν καὶ δυσσεβὲς δόγμα ἀγνοῆσαί τινας τοσούτους τὸν κύριον, οἰησόμεθα δὲ μᾶλλον εἰπεῖν αὐτὸν ὡς ἀδαμόθεν τὴν οἰκειότητα τὴν πρὸς αὐτὸν καὶ σχέσιν ἐπάγοντας. σὺκ οἶδα γάρ, φησὶ, γνησιότητας ἐραστὰς ἀρετῆς, οὐ τὰ ἐμὸν ὑμνοῦντας λόγον, ἀλλ' οὐδὲ σπουδαφιλίᾳ ὑμᾶς δεῖ προσ-

Quid enim melius dicemus quam innotescere Deo? Sed cum id quod dictum est subtiliorem requirat indaginem, maximè quia additum est, *Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem*: age verborum istorum sensum expendamus. Neque enim opinor quisquam dicere ausit, posse quenquam talem de Christo percipere notitiam, qualis forte sit in Deo & Patre de eo. solus enim Pater nouit suam genituram, & cognoscitur à sola genitura. *Nemo enim nouit Filium nisi Pater: neque Patrem quis nouit nisi Filius*, secundum ipsius Seruatoris vocē. Quòd enim & Deus sit Pater & Filius similiter verus Deus, scimus atque credimus: quid verò sit secundum substantiam ineffabilis illa natura prorsus supra nostrū & aliarum intellectualiū creaturarū captū est. Quomodo igitur scimus eodē modo quo Pater Filium? Despiciendū enim quomodo cognituru ipse nos affirmet, cognitū verò iri à nobis, sicut ipse Patrē nouit, & Pater ipsum. Exactius itaq; inquirendū quo pacto nos à proposito non alienam explicationem huic dicto accommodemus. Ego quidem quod in mentem venit non reticebo, quod tamen liberum sit volentibus accipere. Puto enim hic cognitionem dicere, non duntaxat scientiam, sed necessitudinem & coniunctionem, siue eam quæ secundum genus est & naturalem, siue eam quæ tanquam in participatione est honoris & gratiæ. Notos igitur Græci vocare solent, non tantum genere propinquos, sed & fratres consanguineos. Quod autem Scriptura sacra cognitionem pro necessitudine & coniunctione accipiat, hinc intelligemus. Ait enim alicubi Christus de iis qui minimè ipsi coniuncti sunt, *Multi dicent mihi in illa die, iudicij nimirum, Domine, Domine, nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus, & dæmonia eiecimus? Tunc confitebor eis, Amen dico vobis, nunquam noui vos.* Atqui si notitia nobis solam significaret scientiam, quomodo ignoraret aliquos, qui omnia habet nuda & aperta in oculis suis, quemadmodum scriptum est, quiq; omnia nouit antequam fiant. Ergo non solùm absurdum, sed etiamnum impium est suspicari Dominum ignorare aliquos, quinimo potius existimandum est eum dicere nullam se cumprorsus similitudinem ac relationem habere. Non enim, inquit, noui eos amantes virtutis, non verbi mei cultores ac retinentes, sed neque bonarum actionum coniunctione

Matt. 11. 27.

Matt. 7. 22.

Dan. 13. 42.

mihi deuinctos. Eodẽ modo & ad ſapientiſſimum Moſem dictum eſt, *Scio te præ omnibus, & gratiam inueniſti apud me,* pro eo quod eſt, præ omnibus mihi conciliatus es, & magnam nactus es gratiam. Quæ quidem dico non quòd inficias ire velim notitiam etiam ſignificatione ſcientiæ accipi, ſed vt modum quam maximè fieri poteſt conuenientem conceptibus excogitem. Igitur *cognoſco*, inquit, *meas & cognoſcunt me meæ: ſicut nouit me Pater, & ego agnoſco Patrem*, hoc eſt, familiaris ſum meis ouibus, & mihi oues meæ coniungentur, eo modo quo mihi coniunctus eſt Pater, & ego viciſſim coniunctus ſum Patri. Quo enim modo nouit Deus & Pater ſuum ingenuum ac germanum fœtum, habens proprium filium ac fructum ſubſtantiæ ſuæ, & rurſus nouit Filius Patrem, cum reuera Deum habens, tanquã qui ex eo genitus eſt, eodem modo & nos familiares ei facti, genus eius audimus & vocamur, quemadmodum ab illo dictum eſt, *Ecce ego & pueri quos dedit mihi Deus.* Verum autem genus ſumus Filij ac dicimur, ac propter ipſum, Patris, quandoquidem exiſtens ex Deo Deus vnigenitus, homo factus eſt, eandem nobiſcum naturam aſſumens, citra tamen omne peccatum. Siquidem quomodo genus ſumus Dei, aut qua ratione diuinæ naturæ participes? Nec enim in eo ſolo quòd voluerit Chriſtus nos in affinitatem accipere, gloriationis modum habemus, ſed vis ipſa rei verè nobis competit. Diuina quippe natura Dei Verbum etiam cum carne, nos verò genus eius, quamuis ſit ſecundum naturam Deus, quòd eandem nobiſcum carnem aſſumpſerit. Itaque ſimilis eſt coniunctionis modus. Vt enim coniunctus eſt ipſe Patri, & coniunctus eſt per identitatem naturæ Pater ipſi, ſic & nos ei, in quantum homo factus eſt, & ipſe nobis. Per eum autem tanquam per mediatorem Patri conciliamur. quippe Chriſtus eſt veluti quoddam diuinitatis & humanitatis interliminium in vno eodemque exiſtens vtraque, & veluti cõprehendens in ſeipſo ea quæ tantopere ſunt diſſita, & coniungitur quidem tanquam naturâ Deus Deo & Patri: rurſus & hominibus tanquam ſecundum veritatem homo. Sed dicet forſan aliquis: Nonne vides quodnam te demum in periculum coniicias?

Exod. 33. 12.

Ioan. 10. 14.

Eſa. 8. 18

ξεων ἀγαθῶν. ἀκολούθως τὴς αὐτοῦ νοήσεως καὶ ὅτι τῷ πρωτοτόκῳ Μωσέως, ὅτε πρὸς αὐτὸν λέγει Θεός· οἶδά σε παρὰ πάντας, καὶ χάριν εὗρες παρ' ἐμοὶ αὐτὴ τῇ σὺν οἰκειότητι τῇ πρὸς πάντας ἐτέθης παρ' ἐμοὶ, καὶ πολλὴν ἐποίησω τὴν χάριν· ἐ οὐκ ἀναγκαίως δ' ἐ εἰς εἰδήσεως δύναμιν λαμβάνειν τὰ τοιαῦτα φαίην, ἀλλὰ τρόπον τοῖς θεωρήμασιν ἁρμοττόντως τ' πρεπωδέστερον. οὕτω γινώσκω, φησὶ, τὰ ἐμὰ, ἐ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν· καθὼς γινώσκει με ὁ πατὴρ, κἀγὼ γινώσκω τ' πατέρα. αὐτὴ τῇ προσοικειωθήσομαι τοῖς προβάτοις τοῖς ἐμοῖς, οἰκειωθήσεται δέ μοι τὰ πρόβατα τὰ ἐμά, καὶ τὸν τρόπον καθ' ὃν ἐμοὶ μὲν οἰκεῖός ἐστιν ὁ πατὴρ, ἐγὼ δὲ αὖ πάλιν οἰκεῖός εἰμι τῷ πατρί. ὅτε γὰρ τρόπον οἶδεν ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ γνησίαν ἔχων ὡδῖνα τ' ἴδιον υἱὸν, καὶ καρπὸν τ' οὐσίας αὐτοῦ, οἶδε δὲ πάλιν ὁ υἱὸς πατέρα κατ' ἀλήθειαν ἔχων τὸν Θεὸν, ἅτε δὴ γνήσιος ἐκ τ' ἀρχῶν ἐξ αὐτοῦ, καὶ τ' αὐτὸν καὶ ἡμεῖς τρόπον προοικειωθέντες αὐτῷ, γένος αὐτοῦ γεγόναμεν ζόμεν, ἐ κεκλήμεθα τέκνα, καὶ θ εἰρηκότος πρὸς αὐτὸν, ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός. γένος δὲ ἐ γνήσιον ἐσμὲν, καὶ γεγόναμεν ζόμεν τῷ υἱῷ, καὶ δι' αὐτὸν τῷ παῖδι, ἐπεὶ σὺν ἐκ τ' ἀρχῶν ἐκ Θεοῦ Θεὸς μονογενὴς ἀνθρωπος γέγονε, τ' αὐτὸν ἡμῖν φύσιν ἀναλαβών, εἰ καὶ δίχα πάσης ἁμαρτίας. ἐπεὶ πῶς γένος ἐσμὲν θ Θεοῦ, καὶ τίνα τρόπον θείας φύσεως κοινωνοί; οὐ γὰρ ἐν μόνῳ τῷ ἐκλέξασθαι Χριστὸν εἰς οἰκειότητα λαβεῖν ἡμᾶς θ τ' καυχήσεως ἔχομεν μέτρον, ἀλλ' ἐπαληθεύεται πάλιν ἡμῖν διὰ τῶν πραγμάτων δύναμις. θεία μὲν γὰρ φύσις ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, καὶ μετὰ σαρκὸς, ἡμεῖς δὲ γένος αὐτοῦ, καίτοι κατὰ φύσιν ὄντος Θεοῦ, διὰ θ τ' αὐτὸν ἡμῖν σάρκα λαβεῖν. οὕτω οὖν ἐμφερὴς ὁ τ' οἰκειότητος τρόπος. ὡς γὰρ οἰκείωται μὲν αὐτὸς τῷ πατρὶ, οἰκείωται δὲ διὰ τ' ταυτότητα τ' φύσεως ὁ πατὴρ αὐτῷ, ὅτῳ καὶ ἡμεῖς αὐτῷ κατὰ γέγονεν ἄνθρωπος, ἐ αὐτὸς δὲ ἡμῖν. δι' αὐτοῦ δὲ ὡς διὰ μεσίτου τῷ πατρὶ συναπτόμεθα. μεθόριον γὰρ ὥσπερ τι θ τ' ἀνθρώπου τε τ' καὶ θεότητος ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἐν ταυτῷ τε ὢν τὰ ἀμφότερα, ἐ οἷς συνέχων ἐν ἑαυτῷ τὰ τοσοῦτον διεχισμένα, καὶ συναπτόμενα μὲν ὡς φύσει Θεὸς τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ, ἀνθρώποις δὲ πάλιν ὡς κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπος. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς τις, οὐχ ὁρᾷς. ὦ σοῦ, ὅποι ποτὲ πάλιν ὁ σὸς ἀποκινδυνεύει λόγος; εἰ γὰρ καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος γινώσκει αὐτὸν οἰκονομίαν τὰ αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν, ἐλθὼν εἰς οἰκειότητα τῶν προβάτων αὐτοῦ, τίς ἔξω μένει θ ἀγέλης;

eli estis prope in sanguine Christi. Ex immensa enim benignitate seipsum Gentibus Christus obtulit, & præcognouit potius quàm cognitus est à nobis. At verò acceptæ cognitione pro coniunctione & affinitate, tursus illud dicimus, non nos rē cœpimus, sed qui ex Deo Deus vnigenitus est: nec enim nos apprehēdimus deitatem quæ supra naturam est, sed ipse qui naturâ Deus est semē Abrahæ apprehendit, quēadmodū Paulus ait, & factus est homo, vt fratribus assimilatus per omnia; sine peccato, in coniunctionem accipiat eum, qui non habet eam à seipso, nempe hominem. Itaque necessariò nos ipse priùs nosse ait, deinde & nos ipsum.

A ἦτε ἐγγὺς ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ. ἐξ ἀμετρήτου γὰρ ἠμερότητος ἑαυτὸν τοῖς ἔθνεσι προσαγήοχεν ὁ Χριστὸς, καὶ προέγνω μᾶλλον, ἢ ἐγνώσθη πρὸ ἡμῶν. εἰς δὲ λαβὴν τὴν οἰκειότητα καὶ συλλήψεως τοιαύτης γνώσεως, πάλιν ἐκεῖνό φαμεν, ὅτι οὐχ ἡμεῖς ἠρξάμεθα τοῦ πράγματος, ἀλλ' ὁ ἐκ Θεοῦ Θεὸς μονογενὴς, ὃς γὰρ ἡμεῖς ἐπεφραξάμεθα τὴν ὑπὲρ φύσιν θεότητα, ἀλλ' αὐτὸς ὁ φύσει Θεὸς σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπελάβετο, καθά φησιν ὁ Παῦλος,
B καὶ γέγονεν ὅμοιος, ἵνα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθεὶς κατὰ πάντα, χωρὶς ἁμαρτίας, πρὸς οἰκειότητα λάβῃ τὸν οὐκ ἔχοντα ἑαυτὸν ὅς ἐστιν, τοῦτ' ἔστι, τὸν ἄνθρωπον. οὐκοῦν ἀναλαμβάνει κἀκεῖνος αὐτὸς ἡμᾶς πρεσγνωκέναι φησὶν, εἰδὼς ὅτιος ἡμᾶς ἀνθ' ὧν.

Et animam meam pono pro ouibus,

Καὶ τὴν ψυχήν μου τίθημι ὑπὲρ τῶν προβάτων.

Spondet deinceps se paratum esse omni modo propugnare & periclitari tanquam pro suis propriis ac cognatis, simulque hac resumptione adstruens, se verè bonum esse pastorem. Qui enim lupis suas relinquunt oues, meritò timidi & mercenarij nuncupati sunt, qui verò ita paratus est ad eas defendendas vt ne mortem quidem detrectet, iure bonus pastor censeatur. Cum autem ait, Pono animā meam pro ouibus, quia pastor bonus sum, Pharisæos increpat, & indicat illos eò temulentiæ ac furoris venturos vt eum morte afficiant quem minimè id pati oportuit, laude verò & admiratione dignum haberi & eorum quæ fecit operum summæque in pascendo industriæ ac scientiæ gratiam accipere. Et quidem notandum est mortem pro nobis nō inuitum sustinuisse Christum, immo vltrò ei volens se offerre conspicitur, quamuis si nollet pati, nullo negotio passionem posset euitare. Igitur in eo quod volens & sponte pro nobis passus sit, eius erga nos dilectionem & bonitatis magnitudinem magis ac magis suspiciemus.

Ὡς ὑπὲρ οἰκείων ἤδη καὶ συλλήψεως πυκτεύσας μὲν εἰς ὅ πρωτὶ μὴν ὑπὲρ αὐτῶν εἶπεν, καὶ καταπαλαίσεται καὶ προκινδυνεύσει μὴν ἐτοίμως, συνιεὶς ὁ τοιαύτης δεῖ τὸ ἐπιμελήτως ὅτι ὑπὲρ αὐτὸς
C ὄντας ἐστὶν ὁ ποιμὴν ὁ καλός. οἱ μὲν γὰρ τοῖς λύκοις ἀφέντες τὰ πρόβατα, καὶ δειλοὶ καὶ μισθωτοὶ ἀφ' τοῦτο καὶ μάλα καταγνωσθήσονται, ὁ δ' ἐπεὶ ὑπὲρ ἔγνω τοσοῦτον αὐτῶν ὑπεραγωνίσασθαι δεῖν, ὡς μηδὲ αὐτὸν καταθαρρῆσαι τὸν θάνατον, ἀλλόγως ἂν δικαιοῖτο ποιμὴν ὁ καλός. λέγων δὲ ὅτι τίθημι τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ τῶν προβάτων, ἐπεὶ ὑπὲρ εἰμὶ ὁ ποιμὴν ὁ καλός, ὑποπλήττει τὸν Φαρισαῖον, καὶ δίδωσί πως σύνεσιν ὅτι τοσοῦτον ἐμπαροινήσει ποτὲ,
D καὶ εἰς τοῦτο μανίας ἐλεύσεται ἐπ' αὐτὸν κληθήσεται, ὡς θανάτου προκαθεζόμενον ἧκεν μὴν τοῦτο πάσχειν ἐχρῆν, ἐπαινεῖν δὲ μᾶλλον πάντως ἀξιοῦσθαι καὶ θαυμάτος αὐτοῦ τε ὧν εἰργάζετο χάριν, ἔτι τῆς ὑπὲρ τῶν προβάτων ἐπιμελείας ἐπιτηδείως ἔχειν. σημειωτέον γεμὴν ὅτι ὑπὲρ ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς θάνατον οὐκ ἀκούσιον ὑπέμεινεν ὁ Χριστὸς, ἐκουσίως δ' ἂν προσ τοῦτο βαδίζων ὁρᾶται, καίτοι ῥᾴστα δ πάσχειν δυσωπήσας δυνάμενος, εἰ μὴ βούλοιτο παθεῖν. οὐκοῦν δ τῆς εἰς ἡμᾶς ἀγάπης ὡς καλὸς, καὶ δ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ὑπέρφυὲς, τὸ τῷ καὶ ἐκόντα παθεῖν ὑπὲρ
E ἡμῶν ὁ φόμεθα.

v. 16. *Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.*

Καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς αὐλῆς ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν.

Multis modis Pharisæos insolentes cōfundit. Eos quippe præfecturâ ouium iamiam deturbatum iri, se verò eis præ-

Πολυτρόπως τὸν ἄλαστον ἐξελέγχει Φαρισαῖον· ὅτι μὲν γὰρ τῶν προβάτων ἐπισεισθήσεσθαι ὅσον οὐδέπω προῳδήσατο, καὶ χάριν δὲ μᾶλλον αὐτὸς, καὶ

καθηγήσεται λόγῳ. A futurum multis verbis innuit. Significat verò quòd gratioribus ex Israel, greges è Gentibus admiscens, non Iudæis tantum præerit, sed in vniuersam terram suæ gloriæ lumen diffundet, & vocabit ad Dei cognitionem omnes vndequaque populos, nolens in Iudæa sola cognosci sicut ab initio, sed omnibus potius qui sub cælo sunt, ad perfruendam veram Dei cognitionem, scientiam proponens. Quòd verò prædagogus Gentibus institutus fuerit Christus, nullo negotio videre est. Plenæ quippe sunt literæ diuinæ de eo testimoniis, quæ prætermittere non abs re ducimus, relicta studiosioribus eorum indagine. Veruntamen duobus Propheratum aut tribus locis allatis pergam deinceps ad reliqua. Ait igitur alicubi Deus ac Pater de ipso, *Ecce testimonium gentibus dedi eum, Principem & præcipientem Gentibus.* Esa.55.4

Contestatus enim est ac denunciauit Christus gentibus disciplinam salutarem, & ea per quæ saluandæ essent protulit. Psaltes verò ille diuinus tanquam ad vnam celebritatem effusos vndequaque populos inuitans, & ad cæleste festum congregari terram vniuersam præcipiens, *Omnes gentes*, inquit, *plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis.* Ps.46.

Sed si cui libuerit huius adeò claræ & illustris festiuitatis causam perscrutari, inueniet clarè dicentem quoniam *Rex omnis terræ Deus, psallite sapienter, Regnauit Deus super omnes gentes.* Ibid.8.

Et ipsum induxit alicubi Dominum vniuersis simul gentibus Euangelicam annunciantem prædicationem. In octauo quippe & quadragesimo Psalmo ait: *Audite omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem, quique terrigenæ, & filij hominum, in vnum diues & pauper. Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei intelligentiam.* Psal.48. 2.

Quibus verbis doctrinam Christi innui comperimus. Itaque, vt ad institutum sermonem reuertar: Gentium multitudinem congregatum iri vnà cum iis qui ex Ierusalem conuertentur, apertè denunciat. Sed forte dixerit aliquis huius loci sensum subtiliùs indagans, Seruator alloquens principes Iudæorum, & ad homines quibus cor odio & inuidia æstuabat verba faciens, reuelat mysteria. Quid enim quæso tales necesse fuit scire imperaturum gentibus, & oues quæ extra

Iudæam ſunt in ſuas caulas impoſiturum? Quid igitur ad hoc dicemus, aut reſpondebimus? Non quòd tanquam amicis myſteria communicet, neque tamen vanam de his expoſitionem faciat, verùm quia ſciebat ſe profuturum quantum in ſeipſo, id enim propoſitum erat, licet audientibus animus durus eſſet & intractabilis. quoniam autem ſciebat eos librum Moſis & ſanctorum Prophetarum prædictiones tenere, & prolixum eſſe apud Prophetas ſermonem, fore vt Chriſtus gentes ad Dei cognitionem velut irretiret, ideo rem illis velut ſigno & documento ponens, quòd is ipſe manifeſto eſſet olim prædictus & prænuntiatus, palam aſſeuerauit ſe oues quæ non eſſent ex Iudæorum ſtabulo vocaturum, vt deinceps eum ipſum verè eſſe crederent, quem ſanctorum virorum oracula & vaticinia prædixiſſent.

A τῆς Ιουδαίας προβατα τῶν ἰδίων αὐλῶν εἰποιήσῃ; τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς τοῦτο, τί δὲ ἀποκρινούμεθα; ἢ χ ὡς φίλοις ἀπορρήτους ποιούμενος μυστήρια, ἀλλ' οὐδὲ εἰκῇ αὐτοῖς πιστὴν ἔτι τούτοις ἐξηγήσιν· ἀλλ' ἐπίστατο ὠφελήσων ἢ ἔστιν ἐφ' ἑαυτῷ· τοῦτο γὰρ ἦν προκείμενον, εἰ καὶ τὰ ἀκροώμενων δυσάλωτος καὶ δυσκατέργαστος καὶ πρὸς πίστιν οὐκ εὐχερὴς ὑπάρχων ὁ νοῦς διέμενεν ἀκαμπής. ὅτε δὲ τὰ περὶ Μωσέως συγγραφὴν καὶ τὰ τῶν ἁγίων προφητῶν μηνύματα διεγνωκότας ἦν, πάλιν δὲ καὶ μακρὸς ἐν τοῖς προφήταις ὁ λόγος, ὅτι καὶ ἔθνη πρὸς ἐπιγνῶσιν ἐλεύσεσθαι τὸν Χριστόν, ἐν τούτῳ σημεῖον αὐτοῖς ὥσπερ B τι προέθηκε δῆλος εἶναι βουλόμενος, ὡς αὐτὸς εἴη ὁ γραφὴν λύσων, ὅτι καλέσει καὶ τὰ οὐκ ὄντα ἐκ τῶν Ιουδαίων αὐλῆς προβάτα, ἐμφανῆ ἐποίει τὸν ἐλεύσεσθαι ἀρτίως αὐτὸν ὄντως ἐκεῖνον εἶναι πιστεύσαι, ὃν καὶ ὁ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν προεκηρυκεύετο χορός.

v. 17. *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam.*

C Διὰ τοῦτό με ὁ πατὴρ ἀγαπᾷ, ὅτι τίθημι τὴν ψυχήν μου, ἵνα πάλιν λάβω αὐτήν.

Non tantùm iis quæ linguâ pronuntiata ſunt, ſed quæ etiam in imo pectore ſunt abdita ſæpius occurrit. Cum enim Deus verus exiſtat, omnium certam habet notitiam. Irridentibus igitur impiis Iudæis eius ſermonem, & nugari eum putantibus qui tantopere ſe ſuas oues propugnaturum ſponderet, vt etiam vitam profundere D paratus eſſet, neceſſariò ſimul & ex inſcitia atque impietate ridentes demonſtrat etiamnum reprehendere auſos cum verbis tum rebus, quod Deus & Pater magno honore dignum ducat. Amat enim me, inquit, propter hoc quod præ ſumma inſcitia & ſtupore nihili penditis. Quomodo ergo non arrogantes ac prorſus impij ſunt qui ridiculum appellatis id quod Deo acceptiſſimum eſt? Per hæc etiam quodammodo eis ſignificat eos Deo maximè inuiſos & abominatos. Si enim amat eum qui ponit animam pro commiſſo ſibi grege, omnino neceſſe eſt exiſtimare, eum odio dignum ducere, qui cernit lupum venientem, & relinquit gregem inuadenti vertiturque in fugam. quod quidem facere conuincit eos qui Iudæorum populo aut ſtabulo præſunt. Simul ergo & Deo inuiſos & impios oſtendit, ex eo quòd

Ὑπομιμνήσκει πολλάκις ἡμῶν τοῖς ἤδη δῆλα γλωττῆς ἐκπεφωνημένοις, ὧν καὶ ἐν τοῖς ἐν τῷ βάθει λογισμοῖς· Θεὸς γὰρ ὑπάρχων ἀληθινὸς, πάντων ἔχει γνῶσιν τὴν ὑπάγνωσιν. δῆλα γλωττῶντων τοιγαροῦν τὰ θεῖα Ιουδαίων τὰ περὶ αὐτὸν λέγειν, ἢ ἐπίστατο εἰς παντὸν τοῖς ἰδίοις προβάτοις συναθλήσειν καταγγέλλετο, ἐν σφόδρα προθύμως, ὡς ἐν προθυμίαν λίαν ἐτοίμως ἔχειν, πληρῶν οἰόμενον ἤδη καὶ μανέντας δεχομένων αὐτὸν, δυσχερῶς ἤδη λοι- ιο. αὐτὸν
πὸν ἐξ ἀπαιδευσίας ὁμοῦ, καὶ δυσκολείας ἀμέτρου τὰ εἰκότα αὐτοῖς δῆλα γιγνόντας ὑποδεικνύει λέγεις τε καὶ πράγμασιν ὑπολιμπάνειν ἐλαυνόμενους ἀπὸ πολλῆς οἴδε ὑμῶν ἀξιοῖ ὁ Θεὸς καὶ πατήρ. ἀγαπᾷ γάρ με διὰ τοῦτό, φησιν, ὃ διὰ πολλὴν ἀσυνεσίαν καὶ ποιεῖσθε περὶ ἐμέ. πῶς οὖν οὐκ ἀλαζόνες, καὶ δυσκολείας ἀπάσης ἐντὸς, οἳ καταγιγνώσκετε εἶναι φατὲ τὸ τῷ Θεῷ φιλτατον; δίδωσι δέ πως αὐτοῖς καὶ διὰ τούτων εἰδέναι, ὅτι μεμίσηκεν σφόδρα τοῦδε Θεός. εἰ γὰρ ἀγαπᾷ τὸν τίθεται τὴν ψυχὴν ὑπὲρ τῶν προβάτων τῆς ἐξ ἀγελαιότητος ἀγέλης, ἀνάγκη δὴ πᾶσα νοεῖν, ὅτι βδελυρὸν ἡγήσεται τὸν θεωρεῖν τὸν λύκον ἐρχόμενον, καὶ φεύγοντα καὶ τὸν ἀγέλῃ ἐπιπηδῶντι, ἢ μαινομένῳ, πεπόλιμον ἢ πρὸς φυγὴν, ὃ δὴ καὶ ἐφαίνετο ἐξηλεγχε τοὺς ἐξ ἀρχῆς λαχόντας τῶν Ιουδαίων λαοῦ, ἤτοι αὐλῆς. ἐν ταυτῷ τοιγαροῦν, καὶ θεομισεῖς, καὶ ἀστοργοῦντας

ἐλεύθερα ἀπὸ τῆς μὴ καθαφείας γηΐαν ὁ τοιοῦτος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τιμιώτατον, ἠγαπῆσθαι μᾶλλον τοιοῦτός τε Θεοῦ καὶ παῖς διϊσχυρίζεσθαι Χριστός, οὐχ ὅτι μόνον τίθησι τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ὅτι τίθησιν ἵνα καὶ λάβῃ· εἰ γὰρ δὴ τοι μάλιστα τοῦτο τῷ εἰς ἡμᾶς κεχαριτωμένων ἀγαθῶν ἀφανίσαι τὸ μέγεθος. εἰ γὰρ ἐτεθνήκει μόνον, μὴ ἐγήγερτο δὲ, τί τὸ πλέον ἐκ τοῦ; καὶ τί μοι τὴν φύσιν ὠνήσας ἐφθάρη νεκρὸς σὺν ἡμῖν ἀπομένας, ὑπὸ τὰ τοῦ θανάτου δεσμὰ, καὶ ὑπὸ τὴν τῆς φθορᾶς αἰκίαν τοῖς ἄλλοις τυραννούμενος; ἵνα δὲ τέθνηκεν ἵνα καὶ λάβῃ, διέσωσεν ὅλην καὶ τότε τὴν φύσιν, καταργήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος καὶ κτίσιν ἵνα αἰωνίζῃ καινήν. ἀγαπᾶται τοιγαροῦν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ὁ υἱὸς, οὐχ ὡς ἔξω τῆς ἀγάπης διαμένων, εἰ μὴ συνέβη τὸ καθ' ἡμᾶς· ἦν γὰρ ἀεὶ καὶ διὰ παντὸς ἀγαπώμενος. βαδιζόμενα δὲ ταῦτα τῆς λεγομένου καθάληψιν· τὰ φύσει τοιαῦτα ἔχουσιν, ἢ καὶ καθ' ἕξιν συμβαίνοντα, τότε δὴ μάλιστα χαριεστάτην ἔχει τὴν ἔκφασιν, ὅταν ἄγηται ταῖς ἐνεργείαις. οἷον, τὸ πῦρ ἔχει φυσικῶς τὴν ἰδίαν ἐν ἑαυτῷ θερμότητα· ἀλλ' ὅταν ἐνεργῇ καὶ ταῖς ὕλαις, τότε δὴ μάλιστα τὴς αὐτοῦ καὶ ποία δύναμις ἐνυπάρχει διαγινώσκομεν. ὁμοίως ὁ γραμματικὴς τυχὼν, ἢ ἄλλου τέχνης ἰδιώτης τινὸς ὁπηλικοῦποτε ὑπεισήμεθα, οὐκ ἂν, οἶμαι, θαυμάζοιτο σιωπῶν, ταῖς διαλέξεσιν ἢ μᾶλλον εἰς γνῶσιν ἑτέρους τὸ τῆς ἐπιστήμης ἑαυτοῦ μαθήσεως κάλλος· ὕτω τοιγαροῦν ἡ θεία τε καὶ ἄῤῥητος φύσις ἐπὰν ἐνεργῇ τὰ τῷ ἰδίως οἰκεία ἐν αὐτῇ, καὶ ταῖς σὺν αὐτῇ πεφυκόσιν, τότε δὴ μάλιστα καὶ αὐτὴ πρὸς ἑαυτὴν χαριεστέρα φαίνεται, οἷόν ἐστιν ὅταν καὶ πρὸς ἡμᾶς. καὶ γοῦν ἡ Σοφία φησὶν ἐν βιβλίῳ παροιμιῶν, ἐγὼ ἤμην, ἧ παρῳχάρει, καθ' ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην ἐν παρῳχάρει ἐν παντὶ καιρῷ, ὅτε εὐφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας, καὶ ἐνευφραίνετο ἐν υἱοῖς ἀνθρώποις. καὶ ὁ χαρὰ ἀεὶ παρῆσι τῷ Θεῷ, καὶ ὁ ἀτελεύτητον ἀγωνιδία. ὁ γὰρ λυπεῖν ὅλως τὴν ἀπαθῆ ἔχοντα τὴν ὄρεξιν· ἀλλὰ παρῳχάρει τῇ ἰδίᾳ σοφίᾳ συντελέσας τὴν οἰκουμένην. εἰς ἔργον γὰρ ἐνεργείας ἑαυτῆς τὴν ἐνέργειαν, τότε δὴ μάλιστα χαίρειν ᾠήθη δεῖν πλουσιώτερον. ὕτω τοιγαροῦν καὶ ἡμᾶς νοήσωμεν. ἀγάπη γὰρ ὑπάρχων ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν, καὶ οὐκ ἀγαθὸς ἁπλῶς, αὐτὸ δὲ μᾶλλον ὁ ἀγαθὸς, ἐπεὶ καὶ οἶδε τὸν ἴδιον υἱὸν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπόντα δι' ἀγάπην εἰς ἡμᾶς ἀγάπης, καὶ ἀσυγκρίτου χρηστότητος τὴν αὐτοῦ φύσεως ἀκριβῆ ἀποσώζοντα τοῖς χαρακτῆρας, ἠγάπησεν

subsannare non vereantur eum qui summo in honore est apud Deum, & se dilectum esse Deo & Patri affirmat Christus, non quia duntaxat ponit animam, sed quia ponit vt & accipiat. In hoc enim maximè collatorum in nos bonorum magnitudo elucet. Si enim tantum mortuus fuisset, nec exurrexisset, quod inde operæpretium? & quid naturam iuuisset mortuus nobiscum manens, vinculis mortis obseptus, atque inuectæ corruptionis tyrannide promiscuè cum aliis B oppressus? Quoniam igitur posuit, vt & acciperet, vniuersam secundum hoc seruauit naturam, debilitata mortis potentia, nobisque alia veluti creatione renouatis. Enimuerò diligitur à Deo & Patre Filius, non tanquam extra dilectionem positus, nisi occasio illa de nobis incidisset. erat enim semper dilectus: & sic quidem dictum interpretemur, quod quæ naturâ insunt aliquibus, vel etiam per habitum contingunt, tunc maximè grata sese exerunt specie, cum C ad effectum perducuntur: veluti ignis quidem habet naturaliter proprium in seipso calorem, cùm verùm operatur in materiam & ligna, hinc maximè qualis quantáquevis insit ei, dignoscimus. Consimiliter & Grammaticæ vel alterius alicuius scientiæ peritus, non erit opinor admirationi si fileat, sed potiùs si ad vtilitatem & cognitionem aliorum partæ sibi scientiæ pulchritudinem exponat. Sic igitur diuina & ineffabilis natura cum aliquid eorum quæ ipsi propriè D cõpetunt & naturaliter insunt operatur, tunc maximè & ipsa apud seipsam gratior apparet, & sic apud nos cernitur. Vnde Sapientia libro Prouerbiorum ait: *Ego eram cui adgaudebat, per singulos dies* Prouer. *lætabar in conspectu eius, in omni tẽpore cum* 8 30. *lætaretur orbe terrarũ perfecto, & lætaretur in filiis hominũ.* Et lætitia Deo semper inest, atq; interminabile gaudiũ. nec enim vlla mœroris causa in eum cadere potest qui omnium rerum potestatẽ habet. Sed adE gaudebat suæ sapientiæ perfecto orbe terrarum. Suæ quippe sapientiæ vim & energiam in actum deductam cernens, tunc maximè sibi lætandum censebat. Sic igitur & hoc loco accipiemus. Cum enim Deus & Pater sit dilectio, iuxta vocem Ioannis, & non simpliciter bonus, sed ipsamet potius bonitas, quando vidit Filium suum per dilectionem erga nos & bonitatem incomparabilem seruantem germanas ac veras suæ ipsius naturæ notas, meritò dilexit, non ve-

lut aliquam ſuorum in nos meritorum mercedem ei tribuens dilectionem, ſed quemadmodum diximus, veritatem ſuę ipſius ſubſtantiæ genuinam in Filio conſpiciens, ac veluti quibuſdam neceſſariis & inluctabilibus naturæ illecebris ad id inuitatus. Quemadmodum igitur ſiquis noſtrum formæ exactum & viuum characterem inſpiciens, affectum amoris intendit maximè cum eum intuetur, ad eundem, opinor modum Deus ac Pater diligere Filium dicitur, ponentem pro nobis ſuam animã, & rurſus accipientem. Dilectionis enim opus elegiſſe pati, idque cum ignominia propter aliquorum ſalutem, & non mori duntaxat, ſed & depoſitam animam reſumere, vt morte mortem afficeret, & omnem ex morte & corruptione mœrorem abſtergeret. Dilectus igitur exiſtens ſemper propter naturam, dilectus fuiſſe etiam cenſebitur, quod per dilectionem noſtri genitorem ſuum oblectauerit, cernentem illinc omnino puram ac viuidam, nullo que fuco elucentem ſuæ ipſius naturæ imaginem.

A εἰκότως, ὃ μεθὸν ὥσπερ ἕνεκα τῆς εἰς ἡμᾶς γεγενόντων τιμῆς ἀγάπην αὐτοῦ δωρούμενος, ἀλλ', ὥσπερ εἰρήκαμεν, τῆς οὐσίας τὸ ἑαυτῆς ἴδιον ἐν υἱῷ θεωρῶν, καὶ φύσεως ὥσπερ τινὸν ἀναγκαίοις τισὶ καὶ ἀπαραιτήτοις ὀλκοῖς πρὸς τοῦτο καλούμενος. ὥσπερ οὖν εἴτις τὴν καθ' ἡμᾶς ἐν ἰδίῳ τέκνῳ τυχὸν τῆς εἰκείας μορφῆς ἀκριβῆ τὸ χαρακτῆρα καταθεώμενος, αἴρεται πρὸς ὁπότερον ἀγάπης ὅτι μάλιστα βλέπει, κατὰ τοῦτον, οἶμαι, τὸν τρόπον ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ ἀγαπᾶσθαι λέγεται τὸ ἴδιον ἐν ἡμῖν διὰ τὴν ἰδίαν ψυχὴν, καὶ αὖθις λαμβάνοντα. ἀγάπης γὰρ ἔργον τὸ καὶ παθεῖν ἑλέσθαι, καὶ τοῦτο ἀδόξως διὰ τὴν τινων σωτηρίαν, καὶ οὐχ ὅπως τεθνάναι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὖθις τὴν τεθεῖσαν ψυχὴν λαβεῖν, ἵνα νεκρώσῃ τὸν θάνατον καὶ τὴν ἀπὸ τῆς φθορᾶς ἐλάσῃ κατήφειαν. ἀγαπητὸς οὖν ὑπάρχων B ἀεὶ διὰ τὴν φύσιν, ἠγαπῆσθαι νοηθήσεται καὶ διὰ τῆς εἰς ἡμᾶς ἀγάπης καλλωπίσας θυμηδίαν τὴν ἑαυτοῦ γεννήτορα· ἐπεὶπερ ἐν αὐτῷ καθορᾷ ὁρᾷ ἀθόλωτον πάντελῶς καὶ ἀπροσδεᾶ ποιήτως ἐκλάμπουσαν τῆς ἑαυτοῦ φύσεως τὴν εἰκόνα.

FINIS LIBRI VI.

FRAGMENTA
LIBRORVM VII. ET VIII.

COMMENT. SANCTI CYRILLI ALEXANDRINI
IN IOANNEM.

LECTORI.

Libri VII. & VIII. nuſpiam reperiri hactenus potuerunt. Quæ hic habes, fragmenta ſunt eorum, ex illuſtriſſ. ac reuerendiſſ. D. de Harlay Macloutenſis Epiſcopi Catena in Ioannem, cum interpretatione V. CL. *Nicolai Borbonij, quibus interea dum integri libri alicunde prodeant, vtere.*

Ἐξουσίαν ἔχω, φησὶ, θεῖναι τὴν ψυχήν μου.

ΕΝταῦθα μὲν τοι διδάσκει ὅτι οὐ μόνον ὑπῆρχεν ποιμὴν ἀγαθὸς κινδύνων ὑπὲρ τῶν ποιμνίων, ἀλλὰ καὶ Θεὸς φύσει. διὸ οὐκ ἂν τὸν θάνατον ὑπέμεινεν, εἰ μὴ ἑκὼν διὰ τὸ ἔχειν ἀποτρεπτέσθαι ἐξουσίαν τῆς οἰκονομίας ταύτης πολὺ τὸ χρήσιμον ἐχούσης ὑπὲρ ἡμῶν· καὶ διδασκούσης τὸν τῦ λόγου ὑφῆς καὶ ταῖς Ιουδαίοις, ὅτι οὐδέποτε ἔμελλον αὐτὸν κρατεῖν δύνασθαι μὴ θελήσαντος. ἃ μόνον δὲ ὅτι τὴν θεῖναι τὴν ψυχὴν, εἶπεν ἐξουσίαν ἔχω, ἀλλ' ὅτι ἀμφοτέρων τῦ τε θανάτου καὶ τῆς ἀναστάσεως τὸ, ἐξουσίαν ἔχω, ἔθηκεν, ἵνα μὴ δυνάμεώς τε καὶ ἐνεργείας ἑτέρου φαίνηται τὸ κατόρθωμα καθάπερ ὑπηρέτη καὶ ὑπουργῷ κατ' ὀλίγον αὐτῷ συγχωρούμενον, ἀλλ' ἵνα φύσεως ἰδίας ἐπιδείξῃ καρπὸν τὸ καὶ αὐτὸν δυνάμει κατεξουσιάζειν τῶν τῦ θανάτου δεσμῶν, καὶ ἐφ' ὅσον αὐ βούλοιτο μεταστρέπειν δυσκόλως τὰ κατὰ μηδὲν φύσεις. ὅσον ὅτιν ἴδιον τῆς κατὰ φύσιν Θεοῦ. τοῦτο οὖν βουλόμενος δεῖξαι, φησὶ τῦ λέγειν, ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν· ὅτι δ' κελεύσεως ὡς

A v. 18. *Potestatem habeo*, inquit, *ponendi animam meam.*

HOc quoque loco docet non ſolum ſe paſtorem bonum eſſe periclitãtẽ pro grege, ſed & Deum natura. Quapropter nunquam mortem ſuſtinuiſſet niſi volens & vltrò, habẽs nimi-
B rum conuenientem Deo poteſtatem totius huiuſce ordinationis magnam nobis vtilitatem in ſe continentis: docente præterea ſermonis ſerie ac contextu ipſos Iudæos nunquam eum in poteſtate habituros fuiſſe, ſi noluiſſet. Neque duntaxat circa ponendam animam dixit, *poteſtatem habeo*, ſed circa vtraque mortem ſcilicet & reſurrectionem vſurpauit, *poteſtatem habeo*, ne poteſtatis &
C operationis alterius videatur hoc præclarè factum ei tanquam miniſtro & ſeruo duntaxat mandatum ac permiſſum, ſed & propriæ naturæ hunc fructum eſſe demõſtrat poſſe habere in poteſtate mortis vincula, & quocũq; voluerit nullo negotio rerum naturas cõuertere ac traducere: quod quidẽ propriũ eſt ſecundũ naturã Dei. Hoc igitur vult oſtẽdere, cũ dicit poteſtatẽ habeo ponere animã, & poteſtatẽ habeo accipere eam, ſe nõ iuſſum

vt ſeruum aut miniſtrum, ſed neque ex A neceſſitate vel à quibuſdam coactum, ſed volentem ad id veniſſe.

δοῦλος ἢ ὑπηρέτης, ἀλλ' οὐδὲ ὡς ἐξ ἀνάγκης ἢ βιαθεὶς παρά τινων, ἀλλ' ἑκὼν ἦλθεν ἐπὶ τοῦτο.

Hoc mandatum accepi à Patre meo.

Ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔλαβον παρὰ τοῦ πατρός μου.

Nequis enim dicat, præter voluntatẽ Filij non poſſe Patrem ſumere animam eius, neque ex eo in vna deitate Patris & Filij diſſidium & diſcordiam faciat, quãdo dicit ſe mandatum accepiſſe, in hoc conſentientem conuenientemque volũtate oſtendit Patrem, & tanquam ab vna mente & ſenſu ad id ſe venire fatetur, tametſi ipſe eſt Patris conſilium, quod etiã cõueniet incarnationi. Ergo mandatũ indicat cõcordiã cum Patre, etſi humiliter loquatur. Mãdatũ vero eſt pro mũdo mori. Mãdati ergo loco accepiſſe ſe dicẽs id quod apud Patrẽ viſũ eſt ſe rectè habere, non minorem ſe Patre facit, natura exiſtens Deus, ſed ſeruat id quod conuenit humanitati. Quinetiam ſubiicit animis ſe eum Prophetam eſſe, de quo dicit Pater: *Loquetur quemadmodum mandauerimus ei:* communionem conſilij cum Deo & Patre tãquam mandatum ſe accepiſſe dicens. Quod quidẽ dicebat ad Iudæos, ne arbitrarentur cum præter mandata Patris loqui. Neque verò te turbet quod Pater proprium Filium conſubſtantialem Prophetam appellauerit: quando enim factus eſt homo tunc quadraſſe ipſi Prophetæ nomen, tunc mandata ei à Patre data eſſe œconomicè, hoc eſt, ſeruato rerum ordine, dicemus. Quanquam qui accipit mandata non propterea minor aut diſſimilis quoad naturam & ſubſtantiam mandanti, quando & homines hominibus iubent & Angeli Angelis, nec propter hoc tamen alios natura vel inferiores iuſſos dicimus. Ergo neque patre Filius inferior etſi factus eſt homo, vt nobis omnis virtutis exemplum fieret: quare & hoc docet oportere nos dicto audiẽtes eſſe parentibus, etſi pares ſumus ſecundum naturam. Aliquando verò à Patre dictum *mandabo* ſignificat cõuenienter faciam, vt cum dicit *mandabo tetri mũdo mala, & impiis peccata ſua*, tametſi & nonnunquam loquitur Filius per condeſcenſionem, vt nos ineffabilia oracula, quoad eius fieri poteſt, intelligamus: & tamen eum mandatum accepiſſe dicere non tollit Deum eſſe natura exiſtẽtem Deum. Veligitur dic Deum, & concede habere omnia quæ deitati conueniunt, vel dic ipſum creaturam manifeſto, nec enim accepiſſe mandatum vlla

Ἵνα γὰρ μή τις εἴπῃ, ὅτι παρὰ τὴν τοῦ ἰδίου βούλησιν ἠναγκάσθη ὁ πατὴρ λαβεῖν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ ἐκ τούτου στάσεως καὶ διχόνοιαν εἰσαγάγῃ ἐν τῇ μιᾷ θεότητι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ ἰδίου, δι' ὧν φησιν ἔλαβον ἐντολὴν, συμφωνοῦντα καὶ συνθέλοντα B τοῖς τοῦτο δείκνυσι καὶ τὸν πατέρα, καὶ ὡς ἀπὸ μιᾶς γνώμης εἰς τοῦτο προελθεῖν ὁμολογεῖ, εἰ καὶ αὐτός ἐστιν ἡ τοῦ πατρὸς βουλή. ἁρμόσει δὲ τοῦτο καὶ τῇ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίᾳ. ἡ ὧν ἐντολὴ δηλοῖ τὴν ὁμόνοιαν τὴν πρὸς τὸν πατέρα, εἰ καὶ ταπεινῶς λαλεῖ. ἡ δὲ ἐντολή ἐστιν, ἀποθανεῖν ὑπὲρ τοῦ κόσμου. ἐντολὴν δὲ καλεῖ πρόφασιν λέγων ὅ δόξαν πρὸς τοῦ πατρὶ ὀρθῶς ἔχειν, οὐκ ἐλαττοῖ ἑαυτὸν C τοῦ πατρὸς ὢν φύσει Θεὸς, ἀλλὰ ὃ μᾶλλον πρέπον τῇ ἰδίᾳ θεότητι τηρεῖ. πλὴν ὑπομίμνησκε ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ προφήτης, περὶ οὗ εἶπεν ὁ πατήρ, Ὃν λαλήσει, καθότι αὐτῷ ἐντέλλομαι αὐτός· τὴν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα κοινοβουλίαν, ὡς ἐντολὴν δεδεχθαι λέγων. ὅπερ ἔλεγε πρὸς Ἰουδαίους πρὸς τὸ μὴ νομίζειν αὐτὸν παρὰ τὰ τοῦ πατρὸς λαλεῖν πρόσταγματα. εἰ δὲ πρόφητὴν ὠνόμασε τὸν ἴδιον υἱὸν ὁ πατὴρ τὸν ὁμοούσιον, μὴ θορυβηθῇς· ὅτε γὰρ γέγονεν ἄνθρωπος, τότε ἁρμόσει αὐτῷ καὶ τὸ τοῦ προ- D φήτου ὄνομα· τότε καὶ ἐντολὰς αὐτῷ δεδόσθαι φαμὲν παρὰ τοῦ πατρὸς οἰκονομικῶς. πλὴν ὁ λαμβάνων ἐντολὰς, οὐ κατὰ τοῦτο ἐλάττων ἢ ἀνόμοιός ἐστι τοῦ ἐντελλομένου οὐσίας ἢ φύσεως, ὅπου γε καὶ ἄνθρωποι ἀνθρώποις ἐντέλλονται, καὶ ἄγγελοι ἀγγέλοις· καὶ οὐ διὰ τοῦτο ἑτεροφυεῖς ἢ ἐλάττονας τοὺς ὑπακροωμένους λέγομεν. οὐκ οὖν ὅτι τοῦ πατρὸς ὁ υἱὸς ἐλάττων, εἰ καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, ἵνα γένηται ἡμῖν πάσης ἀνωγραμμὸς ἀρετῆς· διὸ καὶ τοῦτο διδάσκει ὅτι χρὴ τοῖς γονεῦσιν ὑπακούειν πάντας, ἐν E *Eſa.13.11* τῷ ἴσους ἑαυτοὺς κατὰ τὴν φύσιν. ἔστι δ' ὅπου τὸ παρὰ τοῦ πατρὸς λεγόμενον, ἐντελοῦμαι, δηλοῖ τὸ ἀφανεστέρως ποιήσω, ὡς ὅταν εἴπῃ. καὶ ἐντελοῦμαι τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ κακὰ, καὶ τοῖς ἀσεβέσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. πλὴν καὶ συγκαταβατικῶς ἔστι ὅτε λαλεῖ ὁ υἱός, ὡς τὸ ἡμᾶς νοῆσαι ὡς ἔστι δυνατὸν τὰ ἄρρητα λόγια· ὅμως τὸ εἰπεῖν ὅτι ἐντολὴν ἔλαβεν, οὐκ ἀναιρεῖ τὸ εἶναι Θεὸν τὴν φύσει ὄντα Θεόν. ἢ οὖν λέγε Θεὸν, καὶ δίδου ὅσα τῇ θεότητι ἁρμόζει ἔχειν, ἢ λέγε αὐτὸν κτίσμα φανερῶς. οὐ γὰρ ὃ λαβὼν ἐντο-

λῶ, γυμνοῖ τῶν Φαρισαίων ἵνα τοιούτων, ὅπερ ὅσα ὁ πατὴρ ἐνετείλατο τῷ ἐμοὶ ταῦτα λαλῶ καὶ φησιν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἓν ἐσμεν, ἀνάγκη σοι εἰπεῖν, ἤτοι ὅτι ἀληθεύει ὁ πατὴρ ἐνετείλατο τῷ ἐμοὶ, ἢ ὅτι ψεύδεται. ἃ γὰρ ἔλαβεν ὁ υἱὸς ἐντολὴν λαλῆσαι, λαλεῖ· ὁ πέμψας γάρ φησι, πατὴρ, ἐντολὴν ἔδωκέ μοι εἴπω καὶ τί λαλήσω. εἰ δὲ καὶ εἶπεν ὅτι ὁ πατήρ μου μείζων μού ἐστιν, οὐδὲν ἐναντίον. καθὸ μὲν γὰρ φύσει Θεὸς, ἴσος ἐστὶ πατρί· καθὸ δὲ ἐγένετο ἄνθρωπος, καὶ ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, τὰ πρέποντα τῇ ἀνθρωπότητι ῥήματα λαλεῖ οἰκονομικῶς. ὅμως δὲ τῆς ἐντολῆς ὄνομα ἔξωθεν τῆς οὐσίας ὑπάρχον, οὐκ ἂν γένοιτο τῆς οὐσίας ἴδιόν τι. οὐ γὰρ ἐν τῷ ἐντέλλεσθαι τὸν πατέρα, ὅ ἐστι τῷ ἐμοὶ, οὐδὲν τοῦτο γένοιτό ποτε τῆς οὐσίας ὅρος. οἶδε γοῦν ὁ υἱὸς ὡς βουλὴ καὶ σοφία τοῦ πατρὸς, ὃ ἀρρήτως κεκεκλημένον παρ' αὐτῷ· εἰ δὲ ὡς ἐντολὴν δέχοιτο, μὴ θαυμάσῃς. ἀνθρωπίνοις γὰρ λόγοις τὰ ὑπὲρ λόγον σημαίνεται, καὶ τὰ τῆς ἡμετέρας ἀῤῥήτα φωνῆς, καταπαύθη πρὸς τὸ λόγειν τὸν ἐν ἡμῖν, ἵνα καὶ νοῆσαι δυνώμεθα. ἀλλὰ πάλιν οὐκ ἐπὶ τῷ τοῦ ῥήματος ἀπορίᾳ, ἀλλὰ τῇ τῆς ῥημάτων ἀσθενείας οὐ δυναμένων ἐφικέσθαι, καθ' ὃν ἔδει τρόπον, τῆς τῶν ῥημάτων ποιότητος καὶ ἀκριβοῦς ἑρμηνείας.

A parte naturalium personarum spoliat, quandoquidem quæcunque pater mandauit filio hæc loquitur & ait: *Ego & pater vnum sumus*, necesse tibi est dicere vel quod vera loqui Pater mandauit Filio, vel quod mentiri. Quæ enim in mandatis habuit Filius vt loqueretur, loquitur: *qui me enim misit Pater mandatum dedit quid dicam & quod loquar.* Etsi vero dixit *Pater meus maior me est*, nihil est contrarium: in quantum enim B natura Deus, æqualis est Patri: in quantum vero factus est homo, & humiliauit seipsum, verba quæ decent humanitatem œconomicè loquitur. Veruntamen mandati nomen cum extra essentiam sit nullomodo essentiæ præiudicat: non enim in eo quod Pater imperat est esse Filio, neque id vnquã fuerit essentiæ terminus aut definitio. Nouit igitur Filius tanquam consilium & sapientia Patris, quod ab eo conuenienter iudicatum est. Si vero tanquam mandatũ accipit, ne mireris. humanis enim sermonib⁹ quæ supra sermonẽ sunt significãtur, & quæ nostris vocibus exprimi nõ possũt contracta sunt ad rationẽ internã quæ in nobis est, vt cogitare valeamus. Quare incusabimus non rerũ insolentiã & absurditatẽ, sed verborũ infirmitatẽ, quæ rerũ qualitatẽ, accuratãq; interpretationẽ pro earum dignitatẽ assequi non possunt.

Σχίσμα οὖν πάλιν ἐγένετο ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ τὰ ἑξῆς.

Dissensio iterum facta est inter Iudæos. &c.

Κάτεισι τοῦ σωτῆρος ὁ λόγος εἰς ταῖς τῶν ἀκροωμένων καρδίας, καὶ πυφερωτέρας μὲν ἤδη βίρων μεταπλάττῃ τὸ ἆθος χρῆμα, καὶ πρὸς ἕξιν μεθίστησιν ἀγαθήν. σκληρὰς δὲ πεφευγὼς ἀπρόσιτας καὶ ἀπροσβάτους τόπον τινά. ἔοικεν οὖν ὁ μὲν ἕτοιμόν πως εἰς δύναμιν ἐσχηκὼς ἔχειν τὸν νοῦν, τοῦ σωτῆρος ἀσμένως τὸ δέξεσθαι λόγον, ὁ δὲ μὴ τοιοῦτος, οὐκέτι τοιοῦτόν τι σωφέβη παθεῖν τοὺς Ἰουδαίων λαούς. ὅπερ γὰρ τῶν τοῦ σωτῆρος κατακρεάσαντο λόγων, καταῤῥήγνυται πρὸς διχόνοιαν. καὶ οἱ μὲν ἀληθινώτεροι, ῥᾴονσιν ἤδη πρὸς σωτηρίας ἄρχειν· οἱ δὲ σκληροὶ, νοσοῦσι χαλεπώς, ἅπαξ εἶχον οὐ ἀρχῆ. καταπλήττεται δὲ ὡσαύτως ὁ θεσπέσιος διαλογισάμενος εἰ ἄρα τοιούτοις τοῖς λόγοις σωφέβη θαυμάζεσθαι τοὺς Ἰουδαίων λαούς. ἐμφρονεστάτως γὰρ οἶμαι λέγει αὐτὸν τὸ σκληρὸν τῶν ἀπειθούντων θαυμάζοντα, ὅτι σχίσμα ἐγένετο διὰ τοὺς λόγους τούτους δι' οὓς, φησὶν, ἔδει τοὺς Ἰουδαίους ἀκριβῶς πεισθῆναι, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Χριστός. τοσοῦτον ἦσαν οἱ τοῦ σωτῆρος λόγοι θαυμαστοί. ἀλλὰ καὶ τούτων αὐτοῖς εἰρημένων οἷς εἰκὸς

D Seruatoris sermo descendit in auditorum pectora, eaque nactus aliquantum mollia derepente mutat & ad bonũ traducit habitũ: offendẽs verò dura quodãmodo recedit ac retrofertur. Igitur cui mẽs ad beneuolẽtiã cõparata fuerit, Seruatoris sermonẽ libens excipit, qui secus se habet, nequaquã. Simile quiddã sæpe venit Iudæorum populis. Postquam enim Seruatoris verba audierunt, in partes scissi sunt, & quidẽ paulo teneriores iam ad E initium salutis vergunt, duri verò plusquã antea ægrotant. Quodammodo vero obstupescit diuinus Euangelista quî fieret vt propter hos sermones Iudæi scinderentur. Puto enim eum mirantem duritiem rebellium minimèque obsequẽtium dicere admodum significanter scissuram factam esse propter ipsos sermones, propter quos, inquit, Iudæis plenissimè persuasum esse oportuit eum esse Christum, vsque adeò admirandi erant Seruatoris sermones, & cum hæc eis dicta essent, quibus par esset

quem-

videritis, ne conuersi remedium à me
accipiatis. Si enim audissent & aspe-
xissent quo decuit modo, omnino vti-
litatem percepissent. Igitur non signifi-
cationem necessariæ vltionis sermo præ
se fert, neque determinatā condemna-
tionis in Iudæos rationē, sed vim ac effi-
caciam vtilia prænonendi habet. Nouc-
rat enim quales futuri erant, & de il-
lis pronuntiauit, quamquam non ad
omnes pertinet sermo, sed ad solos in-
fideles, multi enim ex iis crediderunt:
sic igitur ediderunt septuaginta. Veri-
simile est vero Euangelistam Hebraorū
editionē secutū à septuaginta diuersam,
dixisse hoc, propterea non poterant
credere, quia excæcauit eos: & quoad
apertam dictionem non dixit excæcas-
se ipsos; par est autem alium hoc feci-
sse, vt conuerterentur Iudæi, & medi-
cinam consequerentur. Quod si acci-
piamus Deum excæcasse, sic intelli-
gendum, permisisse eos pati cæcitatem
à diabolo, quia boni non essent habitu.
Sic enim tradit in reprobam mentem,
& in calamitatem ei similes moribus.
Quandiu verò tales erant, non æ-
quum erat eis communicare altitudi-
nem & abdita mysterij, qui ne qui-
dem legum præcepta obseruassent.
Quando verò neque legem, neque e-
uangelica præcepta exceperunt, sopo-
rem & veternum mentis nictantibus
oculis passi, propterea nec institutio-
nem, quæ illos illuminare potis sit, ad-
mittunt.

A ὁ δὲ νοεῖ ῥητῶς. ὡς γὰρ ἀπὸ Θεοῦ λαληθέντα τὰ
ῥήματα ὁ Ησαΐας προφέρει. ἐὰν γάρ μου μό-
λις ἄνθρωπος καὶ οἰκείᾳ φωνῇ ἐξηγήσωμαι ὑμῖν τὰ
λοιπὰ, οὐδὲ οὕτως ἀκούσεταί μου, ὡσπερ
οὐδὲ τῶν προφητῶν. οὐδὲ ὅταν ἴδητε τὰ ὑπὲρ
λόγον σημεῖα, οὐδὲν ὄφελος τῆς ἰδέᾳ ὠφεληθήσε-
σθε. καὶ τοῦτο δηλοῖ ὃ, ὑ μὴ ἴδητε. οὐ γὰρ εἶ-
πεν ὅτι πωρώσω αὐτῶν τὰς καρδίας, ἢ τυφλώ-
σω τοὺς ὀφθαλμούς, ἀλλ' ὅτι κἂν ἀκούσητε, οὐ
B μὴ ἀκούσητε· κἂν ἴδητε, οὐ μὴ ἴδητε, ἵνα μὴ
ἐπιστραφέντες ἰάσωμαι. Εἰ γὰρ ἤκουσάν καὶ
εἶδον ὥσπερ ἔχρῆν ἔπρεπον, ἔτυχον ἂν πάντως
ὠφελείας. οὐκ ἄρα ὁ τῆς ὠφελείας ἀπαλλαγὰς ἔχει
δήλωσιν ὁ λόγος, οὐδὲ ὅρον κατακρίζοντος ἢ
καταψηφιζομένου τῶν Ιουδαίων, ἀλλὰ τὴν χρη-
σίμων ἔστι προσαγορευτικός. ἤδει γὰρ ποίοι ἐσόμενοι
γίνεσθαι, καὶ ἀπεφήνατο περὶ αὐτῶν· πλὴν οὐ-
δὲ πρὸς πάντων χωρεῖ ὁ λόγος, ἀλλὰ πρὸς μόνων
τῶν ἀπίστων· πολλοὶ γὰρ ἐπίστευσαν ἐξ αὐτῶν.
C οὕτω μὴν ἄρα ἐκδεδώκασιν οἱ ἑβδομήκοντα. εἰ-
κὸς δὲ, ὅτι ὁ Εὐαγγελιστὴς τῇ Ἑβραίων ἐκδόσῃ
ἀκολουθήσας ἑτέρως ἔχούσῃ παρὰ τὴν τῶν ἑβ-
δομήκοντα, εἶπε ὅ, διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύ-
νατο πιστεύειν, ὅτιπερ ἐτύφλωσεν αὐτούς· καὶ ὅσον
μὲν οὐ τῆς προφανοῦς λέξεως, οὐκ εἴρηκεν
ὅτι ὁ Θεὸς ἐτύφλωσεν αὐτούς. εἰκὸς δὲ, ὅτι ἄλ-
λος τοῦτο ἐποίησε πρὸς ὃ ἐπιστρέψαι τοὺς Ιου-
δαίους καὶ τυχεῖν ἰάσεως. Εἰ δὲ καὶ δεξόμεθα ὅ-
D τι ὁ Θεὸς ἐτύφλωσεν, οὕτω νοητέον. ὅτι παρε-
χώρησεν αὐτοῖς παθεῖν τὴν τύφλωσιν ὑπὸ τοῦ
διαβόλου, οὐκ ἀγαθοὺς ὄντας τὴν ἕξιν. οὕτω
γὰρ παραδίδωσιν εἰς ἀδόκιμον νοῦν ἢ εἰς πά-
θος τοὺς ὁμοιοήθεις. ἐπεὶ ᾧ δὲ τοιοῦτοι ἦσαν, οὐ
δίκαιον ἦν αὐτοῖς μεταδοῦναι τοῦ μυστηρίου τὸ βάθος
ἢ τὰ κρύφια, τοὺς μηδὲ τοὺς νομικοὺς ἐντολὰς
διατηρήσαντας. ἐπεὶ δὲ οὔτε τὸν νόμον, ὅτε
τὰ διαλήψεις ἐδέξαντο διαστάγματα, τὸν τῆς
διανοίας μύοντες ὀφθαλμὸν, διὰ τοῦτο οὐ δέ-
E χονται τὴν φωτίσαι δυναμένην αὐτοῖς παί-
δευσιν.

Hæc verò dixit Esaïas, quando vidit gloriam eius, & de eo loquutus est.

Ταῦτα δὲ εἶπεν Ησαΐας, ὅτε εἶδε τὴν δόξαν αὐ-
τοῦ καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ.

Quod Filium Propheta conspicatus sit in gloria Dei & Patris, nemo ambigit, præsertim cùm Ioannes diserte scribat de eo, quod hæc dixerit Esaïas, quia vidit gloriam eius: attende verò mihi diuinæ eminentiæ maiestatem, &

Ὅτι μὲν οὖν τὸν υἱὸν ὁ προφήτης τεθέαται ἐν
τῇ δόξῃ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, οὐκ ἂν ἀποδιστάσαι
τις, Ιωαννου γράφοντος σαφῶς περὶ αὐτοῦ, ὅτι
ταῦτα εἶπεν Ησαΐας, ὅτι εἶδε τὴν δόξαν αὐτοῦ.
ἄθρει δέ μοι τῆς θεωρητικῆς ὑπεροχῆς τὸ ἀξίω-

μα, καὶ τὸ καθ' πάσης ὑπεροχῆς κράτος. ὁ μὲν γὰρ ὄζει ἐφ' ὑψηλοῦ τε καὶ ἐπερειδόμου θρόνου τοῖς τῆς βασιλείας ἀξιοπρεπεστάτοις ἀγλάϊσμασιν ἀμφὶ μάλα κατεσκευασμένος· αἱ δὲ ἀϋπτατοι δυνάμεις μέσαι ἀεὶ ὡς ὀφθῆναι ἐπίκειται τῷ θρόνῳ εἰς λέγονται, κύκλῳ περιεστῶσι, τάξιν ἔχουσαι τὴν οἰκείαν καὶ τῆς ὑφηνίας καταγεγράμμουσαι. χρὴ δὲ ὑπολαμβάνειν ἐν τοιούτοις ὑψώμασι τὸν θεῖον πάντα θρόνον ὑδαμῶς· ἄπιθες γὰρ τὸ οὕτω νοεῖν. ὑψοῦ δὲ ὁ θεῖος πάντα θρόνος, καθὸ καὶ νοεῖται πάσης ἐπέκεινα φύσεως νοητῆς, τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἡ δόξα. ἡ δὲ κάθισις ἡ ἐπ' αὐτῷ, τὴν οἱονεὶ βεβαιοτάτην καὶ ἐν ταυτότητι τῶν ἀγαθῶν ἵδρυσίν τε καὶ ἀθάμβητον ἔοικεν ὑποδηλοῦν φράσιν· οὕτω γὰρ ἔφη ὁ θεῖος Δαβίδ· ὁ Θεὸς κάθηται ἅγιον θρόνου αὐτοῦ. καὶ μὴν καὶ ὁ προφήτης Ἱερεμίας πρὸς αὐτόν που φησί· σὺ καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἡμεῖς ἀπολλύμενοι εἰς τὸν αἰῶνα. ἀεὶ γὰρ καὶ ἐν παντὶ χρόνῳ, φθαρτή τέ ἐστι καὶ πεποιημένη φύσις ἅπασα καὶ τῶν γενητῶν ἐν τούτοις τὸ εἶναι ἔχον. κάθηται δέ, ὡς ἔφην, ἡ πάντων τεχνίτις καὶ δημιουργὸς σοφία, τοῦτ' ἔστιν, ἀκλόνητον ἔχει τὴν ἐν ταυτῷ ἀθάμβησιν. ἢ τάχα τὸ κάθεσθαι, τὴν τοῦ διαιωνίου φύσιν σημαίνει, ἢ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, πρεπόντων αὐτῷ ἐν ῥήμασι δουλείας τῶν Σεραφίμ, ἃ ὑποφλόγα ἐστὶ καὶ φλογώδη μᾶλλον τῶν ἀγγέλων πάντων. διερμηνεύεται δὲ Σεραφίμ, ἐμπιπράντες, ἤτοι θερμαίνοντες· ψυχρὸν γὰρ οὐδὲν προσφέρεται ταῖς ἄνω δυνάμεσιν, αἵτινες ἂν εἶεν μάλιστα καὶ ἔγγιστα Θεοῦ. σύμβολον δ' ὅτι ταῖς πτέρυξι καταπετάζειν τὰ Σεραφὶμ τό, τε πρόσωπον καὶ τοὺς πόδας, καὶ πέτεσθαι ταῖς δυσὶ πτέρυξι, τὸ μὴ δύνασθαι ἕνας ἢ ἀρχὴν ἢ τέλος ὁρᾶν ἐννοίαις ἢ λόγῳ τῶν περὶ Θεοῦ. σημαίνει γὰρ τὴν ἀρχὴν ἡ κεφαλὴ καὶ τὸ πρόσωπον· τὸ δὲ γε τέλος, οἱ πόδες· ἄπαρχον γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀπελεύτητον. προσαλλοιοῦται δὲ τοῖς ἀφ' ἑαυτοῦ μέτροις, τοῖς κατά γε τοὺς χρόνους φημί· κατὰ οὐ τὰ ὄντα ὄντα ποτὲ παρήχθησαν πρὸς ὕπαρξιν. πέτονται γε μὴν ὡς οὐδὲν ἔχοντες τὸ κατερρινημένον· ὑψοῦ γὰρ μᾶλλον ἀεὶ τὸ φρόνημα πρὸς Θεόν· ἃ γάρ τοι πρὸς ἡμᾶς φρονοῦσι τὰ κάτω. ἀλλ' ὁ ἀπόρρητος αὐτῶν ὑψώμασιν ἐννοίαις αἱ δυνάταται δυνάμεις, τὸν οἰκεῖον ἔχουσι νοῦν· εὔφημον δὲ καὶ τὸ σῶμα αὐτῶν. δοξολογοῦσι γὰρ, καὶ τοῦτο ἐξ ἀμοιβῆς· ἃ ἀφ' ἑαυτοῦ, πρόσχρεοῦσαι

A in omnem eminentiam imperium. Ille enim in excelso ac sublimi solio sedet, insignibus regni atque ornamentis magnificè circundatus, quem supremæ potentiæ, vltra quas creaturarum nihil esse dicitur, in ordine famulantum circumsistunt, & fauſtis acclamationibus laudibusq; venerantur. Cęterum nequaquam censendum est, locali celsitudine diuinum solium constitui, id enim cogitare ineptum fuerit. In sublimi verò diuinum solium constituitur, in

B quantum vltra omnem naturam intelligibilem regni Dei gloria concipitur, sessio verò in eo, veluti firmissimam in bonorum identitate stationem ac durationem videtur innuere. Sic enim canit & diuinus Dauid, *Deus sedet in solio sancto eius.* Et quidem etiam Propheta Hieremias alicubi ad ipsum ait, *Tu sedens in seculum, & nos pereuntes in seculum.* Semper e-

C nim & omni tempore corruptibilis est & facta natura, & omnia genita intra hunc modum se habent. Sedet verò vt dixi omnium opifex & operatrix sapientia, id est, inconcussam habet in eodem perseuerantiam. Vel igitur sedere, Domini naturam significat, vel regnum ipsius, Seraphim in specie seruorum ei adstantibus, quorum longe supra omnes Angelos est dignatio. Interpretamur autem Seraphim velut incendiarios siue inflammantes: nihil enim frigidum ad supremas po-

D testates, quæ Deo proximæ sunt, accedit. Quod verò Seraphim alis obtegant faciem & pedes, duabusque alis volent, signum est non posse quemquam conceptum & rationem de Deo, aut principium aut finem intueri. Caput enim & vultus principium significat, pedes verò finem: Porro sine principio & fine Deus, & nos vix medium assequimur, ea inquam, quæ secundum tempora sunt, secundum quæ, ea quæ aliquando non erant in rerum naturam producta sunt. Volant autem tanquam nihil habentes abiectum ac demissum, vt pote quorum spiritus magis in sublime ad Deum

E tendit. Nec enim sicuti nos terrena sapiunt, sed in quibusdam non enarrandis speculationum fastigiis ac sublimitatibus supremę potentiæ mentem occupatam habent. os etiam eis laudibus & fauentiũ acclamationibus personat: quippe Dei gloriam concinunt, idque alternis, non quod fatiscant, sed inuicem

sibi honorem concedentes, & Deum laudandi vicē sibi mutuo tradentes. omnia in enim ordine quæ supra sunt. Ter verò illud, *sanctus*, dicentes concludunt glorificationē in hoc, *Dominus Sabaoth*, in vna naturæ deitate sanctam Trinitatem collocantes. Subsistere enim vere dicimus Patrem, sic & Filium, & Spiritum sanctum, nec vlla ratio in diuersitatem physicam diuisit vnumquemq; supradictorum, sed in triplici hypostasi vna deitas intelligitur.

A μᾶλλον τὰς ὑμᾶς ἀλλήλοις, καὶ ἀντιδοξούμενοι τὰς δοξολογίας. πάντα γὰρ ἐν τάξει τὰ ἄνω. τρὶς δὲ τὸ, ἅγιος λέγοντες, καθαπλείοσι τὴν δοξολογίαν εἰς τὸ, κύριος Σαβαὼθ, ἐν μιᾷ φύσεως θεότητι τὴν ἁγίαν ἱδρύντες τριάδα. ὑφεστάναι γὰρ ὁμολογουμένως φαμὲν τὸν πατέρα, ὥσπερ καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. καὶ λόγος οὐδεὶς ἀφανίσαι τοῖς ἑτερότητα φυσικὴν τῶν ὀνομασμένων ἔκρυψεν, ἀλλ' ἐν ἑνότητι μία θεότης.

B

Quemadmodum enim carbo natura lignum est, & alioqui totus per totum igne plenus est, eiusque vim ac efficaciam habet, sic & Verbum ignis existens vt Deus, factum est caro, & habitauit in nobis. Etsi verò conspiciebatur homo instar nostrùm ex dispensationis ordine, attamen omne deitatis complementū in eo residebat, nimirū per vnionis modū. Idcirco etiā per suam carnem Deo dignissimas habere cernitur operationes. Si vero dicatur forcipe capi, intelliges eleganter & vrbanè, nos circa eum fidem ac notitiam velut aliqua forcipe capere, per legales simul & Propheticas institutiones, siue prędictiones & testimonia.

Ὡσπερ γὰρ ὁ ἄνθραξ, τῇ φύσει ξύλον ὑπάρχων πλέων ὅλος δι' ὅλου μεμίχθαι τῷ πυρὶ, καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμιν καὶ ἐνέργειαν ἔχει, οὕτω καὶ ὁ λόγος πῦρ ὤν, ὡς Θεὸς, γέγονε σάρξ, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. ἀλλ' εἰ καὶ ἐν ἡμᾶς ὁρώμενος ἄνθρωπος οἰκονομικῶς, ἀλλ' ὅμως ἐν αὐτῷ τὸ τῆς θεότητος πλήρωμα κατῴκησεν ἐν αὐτῷ, καθά γε φαμὲν τὸν τῆς ἑνώσεως τρόπον. διὰ τοῦτο καὶ δι' ἁγίας ἰδίας σαρκὸς, θεοπρεπεῖς ἔχων ὁρᾶται τὰς ἐνεργείας. εἰ δὲ λέγοιτο τῇ λαβίδι λαμβάνεσθαι, σαφὴς αἰτία, ὅτι τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν καὶ γνῶσιν καθάπερ τινὶ λαβίδι δεχόμεθα, διὰ νομικῶν τε ἅμα καὶ προφητικῶν παιδευμάτων, ἤτοι προαγορεύσεων καὶ μαρτυριῶν.

C

v. 42. *Tamen & ex principibus multi crediderunt in eum, &c.*

Ομως μέν τοι καὶ ἐκ τῶν ἀρχόντων πολλοὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Enimuero iam compulsi miraculis ad credendum, nec vltra audentes contradicere Domino, ab æterna vita excidunt: quippe in sua nequitia obfirmati ac perseuerantes, pudorem ac verecundiam hominum Dei amori ac coniunctioni anteponunt, momentaneæ gloriæ serui, quibus intoleranda iactura videtur, si honorem, quem apud Pharisæos obtinent, amiserint. Quandoquidem igitur hoc eos, quo minus crederent, cohibebat, audi quid dicat Christus.

D

Νῦν μέν τοι σεσωφρονισμένοι ὑπὸ τῶν σημείων εἰς τὸ πιστεύειν, καὶ οὐκέτι τολμῶντες ἀντιλέγειν τῷ κυρίῳ, ἐκπίπτουσι τῆς αἰωνίου ζωῆς, ὑπομονῇ τῆς ἑαυτῶν βουλεύσεως, τοῖς εἰς ἀνθρώπους αἰδοῖ τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως προτιμήσαντες, καὶ δόξης προσκαίρου δοῦλοι ὄντες, ἀφόρητον ἡγούμενοι ζημίαν τὴν ἐκπτῶσιν τῆς ἐν τῶν Φαρισαίων ἡμῶν. ἐπεὶ οὖν τοῦτο ἦν τὸ κωλύον αὐτοὺς πιστεῦσαι τότε, ἄκουσον τί φησιν ὁ Χριστός.

v. 44. *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, &c.*

E

Ο πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με, καὶ τὰ ἑξῆς.

Vociferatur præter morem suum, atq; hoc vociferatione intempestiuum pudorē eorum qui credebāt, necdum tamen palam hoc agebant, coarguit. Neq; enim latenter ab iis qui suspicere eum volunt & cōplecti, sed aperte coli vult: atq; adeo existimabat fidē in penitissimo corde reponendā, cæterum summa libertate eius

Κεκράζει δὲ παρὰ τὸ εἰωθὸς ἑαυτῷ, ἐλέγχει δὲ μᾶλλον τὴν πιστευόντων μὲν εἰς αὐτὸν, οὐκ ἐξεκαλυπτομένων δὲ ἔτι, τοῦ καιροῦ αἰδῶ. οὐ γὰρ λελήθοτος ἡμᾶς ἐθέλει βιάζεσθαι τοὺς θαυμάζειν αὐτὸν βουλομένους, ἀλλὰ φανερῶς. χρῆναι γὰρ ὑπολαμβάνει τοῦ μὲν πίστιν ἀποτίθεσθαι τῇ καρδίᾳ, πολλοῦ γε μὴν τὸ παῤῥησίᾳ

πολλῇ τιλὶ ἐπ' αὐτῇ σοφωτάτῳ ὁμολογίας. ὅλως γὰρ ὁ Θεὸς κατὰ φύσιν ὑπαρχων, τιλὶ καθ' ἡμᾶς ὑποδύσει μορφῇ, ἁπλῶς τοῖς γυμνοῖς εἰς μισουμένων ἀνεπὶ εἰς τὸ παρὸν εἰπεῖν, ὅτι χρὴ πιστεύειν εἰς αὐτόν, καίτοι πολλάκις τοῦτο εἰπών· οἰκονομικώτατα δὲ, τῷ νενοσηκότων ἐπ' αὐτοῖς τὸν ἀπήκαστον φθόνον καταβραχὺ παρορεπίζει τὸν νοῦν καθικνεῖσθαι πρὸς τὸ βάθος τῆς περὶ αὐτὸν μυστηρίων, οὐκ εἰς αὐθέκτινον πρόσωπον, ἀλλ' εἰς τὸ τῆς θείας οὐσίας, ὡς νοουμένης τῆς θεότητος ὁλοκλήρως ἐν τῷ προσώπῳ τῷ Θεοῦ καὶ πατρός. ἔχει γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα. διὸ ὧν γάρ φησιν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με, οὐκ ἔξω ποιῶν ἑαυτὸν τοῦ πιστεύεσθαι παρ' ἡμῶν ὅτι Θεὸς κατὰ φύσιν ἐστὶ καὶ οὐκ Θεοῦ πέφηνε παντός· ἀλλ' ἐπέκεινα, καθὰ εἴρηται, μεταχαράττεσθαι πρὸς διάνοιαν τῶν ἀθενούντων τὸν νοῦν, ἵνα τοιοῦτον ἐνοῦντες λέγοντα. ὅταν εἰς ἐμὲ πιστεύητε τὸν δι' ὑμᾶς ἄνθρωπον καὶ ὑμᾶς, Θεὸν ὄντα δι' ἑαυτὸν, καὶ τὸν ὃς ἂν εἰμὶ πατέρα, μὴ αἰσθήσει τιλὶ πίστιν ἀλλοτρίαν νομίσητε. εἰμὶ γὰρ οὐδὲν ἧττον κατὰ φύσιν Θεὸς, καὶ εἰ φαίνομαι καθ' ὑμᾶς· ἔχω δὲ ἐν ἑαυτῷ τὸν γεννήσαντα. ἐμοῦ γὰρ διαφερόντως ὄντος ὁμοουσίου τῷ γεννήσαντι, ἀμεταβάτως πάντως ἡ πίστις καὶ εἰς αὐτὸν τὸν πατέρα. ὅπερ οὖν ἔφημεν, καταβραχὺ μεταπαιδεύων ὁ κύριος ὅτι τὸ ἄμεινον, καὶ χρησίμως διαπλέκων τῷ διαφέροντι τὸ αὐθέκτινον, ἔφασκεν ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καὶ τὰ ἑξῆς. ὅτι μὲν γὰρ οὐκ εἰς αὐθέκτινον ἁπλῶς ἡ πίστις, ἀλλ' εἰς Θεοῦ φύσιν, εἰ καὶ ἐν σαρκὶ, ἀφ' οὗ μὲν εἰς αὐτὸν προσῆκεσθαι τὴν φύσιν, οὗ μάλα ἀφαμεμύκηκεν. ὅτι δὲ ὅλην τὴν ταυτότητα τῇ καθ' ἡμᾶς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ἀφ' τιλὶ φυσικὴν ἐμφέρειαν καὶ τὸ τῆς οὐσίας οἱονεὶ ταυτόδες, διεσάφει λέγων.

Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἰδοὺ πάλιν εἰς ἑαυτὸν ἁρπάζει τιλὶ πίστιν, καὶ δύο κατὰ ταυτὸν ἐξανύει τὰ χρησιμώτατα. φῶς μὲν γὰρ ἑαυτὸν ὑπαρχὴν ὁμολογῶν, Θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν ἀποδείκνυσι· μόνῳ γὰρ τῇ φύσει Θεῷ πρέπει τὸ οὕτω καλεῖσθαι. προσθεὶς δὲ τῆς ἀφίξεως τιλὶ αἰτίαν, ἐρυθριᾶν διαπείθει τὸν τῆς εἰς ἑαυτὸν ἀγάπης ὀλιγωρήσαντα· καὶ ὅτι διὰ τοῦτο δίκαιον ἐστὶ, τὸ σκότει τίνας ὑπάρχειν τοὺς μὴ πιστεύσαντας, εἰ γε μόνοις τοῖς

cõfessionem expromendam. Quandoquidem verò Deus secundum naturam existẽs nostrã subiit formã, nõ vult nude ac simpliciter apud infestos & osores in præsentia profiteri, quod in se credendum sit, tametsi hoc sæpe alias dixerit: sed maxime œconomicè eorum qui implacabilis inuidiæ morbo in se laborant, paulatim animum prouocat ad penetrandam mysteriorum circa ipsum altitudinem, & non humanæ sed diuinæ essentiæ personam, ceu in vniuersum deitas in persona Dei ac Patris intelligatur. Habet enim in seipso Filium & Spiritum sanctum. Nam per quæ dixit, qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, non excludit seipsum quo minus credatur à nobis Deus esse secundum naturam, & ex Deo patre existens: sed summo artificio, vt dictum est, imbecillilorum mentem ad pietatem pellicit, vt accipere possis hoc modo loquentem. Cùm in me credetis, propter vos hominem factum secundum vos, Deum vero per meipsum, & eum ex quo sum Patrem, ne homini fidem adiicere putetis: nihilo secius enim sum secundum naturam Deus, etsi videar vestrûm similis: habeo enim in meipso genitorem, & cum vtique sim genitori consubstantialis, transibit prorsus fides & in ipsum patrem. Quod igitur diximus, paulatim Dominus informans ad meliora, & humanitati diuinitatem vtiliter applicans, dicebat, *qui credit in me*, & reliqua. Quod enim non in hominem simpliciter fides, sed in Dei naturam, etsi erat Verbum in carne, eo quod non in ipsum fiat natura, luculenter indicauit. Quod verò per omnia cum Patre & Deo identitatem habeat, propter naturalem similitudinem, & veluti eandem essentiæ speciem, declarabat dicens.

Ego lux in mundum veni, &c.

Ecce rursus in seipsum fidem arripit, & duò identidem vtilissima consequitur. Lucem enim seipsum esse profitens, Deum secundum naturam esse ostẽdit. Soli enim natura sua Deo ita vocari conuenit: adiiciens autem sui aduentus causam, suæ dilectionis contemptoribus pudorem incutit. Quinetiam necessariò consequitur, interim in tenebris eos versari qui nondum crediderint, siquidem solis in eum credentibus lu-

cis ab eo emissæ contingit esse participes. Quin & illis refricat memoriam multorum sæpenumero de ipso prædictorum, per quæ venturus nuntiabatur ad illuminandum orbem: cuiusmodi est illud, *illuminare, illuminare Hierusalem, venit enim lumen tuum verum.* & illud: *emitte lucem tuam & veritatem tuam:* &, *gloria Domini in te effulsit.* Simile igitur ac si dixisset: Ego sum lux, quæ in Scripturis ventura expectatur ad salutem mundi, ad illuminandos eos qui in tenebris tanquam in nocte deerrant.

πιστευκόσιν εἰς αὐτὸν ὑπαρχῇ. Ὃ δὲ φωτὶ ἡμέραν τὴν πρὸ αὐτοῦ. ἀγγέλοις δὲ ἄλλοις καὶ εἰς αἰῶνα τὴν πολλαχοῦ περὶ αὐτοῦ εἰρημένων, δι' ὧν ἤξειν προηγγέλλετο τὴν οἰκουμένην καταφωτίσων· οἷόπερ ἐστὶ τὸ, φωτίζου φωτίζου Ἱερουσαλήμ· ἥκει γάρ σου τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν. καὶ τὸ, ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου. καὶ, ἡ δόξα κυρίου ἐπ' σὲ ἀνατέταλκεν. ὅμοιον οὖν ὡς εἰ ἔλεγεν, ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τὸ ἐν τῇ γραφῇ ἀφίξεσθαι προσδοκώμενον ἐπὶ σωτηρίᾳ τῷ κόσμῳ, πρὸς τὸ φωτίσαι τοὺς ἐν σκότει πλανωμένους ὡς ἐν νυκτί.

v. 47. *Non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.*

Igitur suo ipsorum iudicio damnatum iri ait eos qui dicto audientes non fuerint, fidemque seruatricem non acceperint. Qui enim venit ad illuminandum, non venit vt iudicaret, sed vt seruaret. Ergo qui rebellis est, & maximis seipsum malis inuoluit, incusset se tanquam meritò pœnas dantem. Non enim ego huius rei causa sum, qui cupio seruare eos qui properant subire iudicium, quique ob id veni. Qui enim legem ponit, quæ castiget rebelles, non vt violatores puniat, eam ponit, sed vt qui eam audiunt seruantes ipsi seruentur. Ego igitur qui veni ad seruandum, denuncio vobis vt credatis, & non meos sermones contemnatis, quandoquidem præsens tempus salutis est, & non iudicij. In die enim iudicij inobedientiæ pœnas infliget Verbum, quod ad salutem vos vocauit. Quale autem erat verbum, quod loquutus sum?

Οὐ γὰρ ἦλθον ἵνα κρίνω τὸν κόσμον. ἀλλ' ἵνα σώσω τὸν κόσμον.

Αὐτοκατάκριτος οὖν φησιν ἔσεσθαι τοὺς αὐτῆς παρακούοντας καὶ οὐ παραδεξαμένους τὴν σώζουσαν πίστιν. ὁ γὰρ ὅτι τοῦ φωτίσαι ἐλθών, οὐχ ἵνα κρίνῃ ἦλθεν, ἀλλ' ἵνα σώσῃ. ὁ τοίνυν ἀπιθῶν καὶ τοῖς μείζοσι κακοῖς ἑαυτὸν ὑποβάλλων, ἑαυτὸν μεμφέσθω ὡς δικαίως ἡμωρούμενον. οὐ γὰρ ἐγὼ τούτου αἴτιος, ὁ θέλων σῶσαι τοὺς μὴ μένοντας εἰς κρίσιν ἐμπεσεῖν· καὶ διὰ τοῦτο ἐλήλυθα. ὁ γὰρ νόμον θεὶς κολάζοντα τοὺς ἀπιθεῖς, οὐχ ἕνεκεν τοῦ ἡμαρτῆσθαι τοὺς παραβαίνοντας τοῦτον πέθηκεν, ἀλλ' ἵνα φυλάξαντες αὐτὸν οἱ ἀκούοντες, σωθῶσιν. ἐγὼ οὖν ἐλθὼν σῶσαι, παραγγέλλω ὑμῖν πιστεύειν, καὶ μὴ καταφρονεῖν τῶν ἐμῶν λόγων, ἐπείπερ ὁ παρὼν καιρὸς, σωτηρίας ἐστὶν, ἀλλ' οὐ κρίσεως. ἐν ἡμέρᾳ γὰρ κρίσεως ἐπάξει ὑμῖν τῆς ἀπιθείας τὰς ἀμοιβὰς, ὁ πρὸς σωτηρίαν ὑμᾶς καλέσας λόγος. ποῖος δὲ ὢν ὁ λόγος ὃν ἐλάλησα;

FINIS LIBR. VII. ET VIII.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΟ ΕΝ ΤΩι ΕΝΝΑΤΩι ΒΙΒΛΙΩι.

LIBRI NONI CAPVT VNICVM.

α. Ὅτι διὰ τὴν ταυτότητα τῆς Φύσεως ὁ μὲν υἱὸς ἐστὶ τοῦ πατρός ἐστιν· ὁ πατὴρ δ' αὖ πάλιν ἐστὶ τοῦ υἱοῦ ἐστιν.

B 1. *Quòd propter naturæ identitatem Filius quidem sit in Patre, & Pater rursus in Filio.*

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ,

ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ

ARCHIEPISCOPI,

IN IOANNIS EVANGELIVM,

LIBER NONVS.

c. XII. v. 49. & 50. *Quia ego ex meipso non fum locutus. Sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Et scio quia mandatum eius vita æterna est: quæ ergo loquor, sicut dixit mihi Pater sic loquor.*

A Ὅτι ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν δέδωκε, τί εἴπω καὶ τί λαλήσω, καὶ οἶδα ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστιν· ἃ οὖν λαλῶ ἐγὼ, καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ πατὴρ, οὕτως λαλῶ.

VDÆORVM populo reuocat in memoriam ea quæ de se à Mose prædicta sunt, & per hæc eos perstringit, insitamque eis impietatem designans clarè arguit nihil eis curæ esse temulentorum more Legi illudere, quamuis à Deo datæ. Patet enim omnibus quid per Mosen de Christo dixerit, illud tamen afferam, ad clariorem loci explicationem. *Prophetam suscitabo eis ex fratribus eorum, sicut te*: id est Legislatorem, & mediatorem inter Deum & homines: *Et dabo verbum meum in ore eius: & loquetur eis secundum quod mandabo ei. Et homo qui non audierit quæ locutus fuerit Propheta ille in nomine meo, ego vindictam sumam de eo.* Vno igitur

Deut. 18.

B ΙΣ ἀναμνησιν ἄγει τὸν τῶν Ἰουδαίων λαὸν τῶν ἀφ' Μωσέως προκεκηρυγμένων περὶ αὐτοῦ, ἐπανορθούμενος ὃ δὴ τούτων ἕνεκα καὶ τὴν ἐπιορκίαν αὐτῶν ἀναισθησίαν προδηλῶν, ἀπελέγχει σαφῶς, ὡς οὐδὲν αὐτοῖς λόγος τῶν εἰς αὐτὸν ἐμπεριειλημμένων τῷ νόμῳ, κἂν δοκῶσι πιστεύειν τοῖς Θεοῦ. τί γὰρ ἔφη ἀφ' Μωσέως περὶ Χριστοῦ, γνώριμον μὲν ἅπασιν, ἐρῶ δὲ οὖν ὅμως ἀφ' τοῦ τῆς νοήματος

C χρείαν, προφήτην αἰσήσω αὐτοῖς ἐκ μέσου τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν, ὡσπερ σὲ, τοῦτ' ἔστι νομοθέτην, καὶ μεσίτην Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων· καὶ δώσω ῥῆμά μου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ λαλήσει αὐτοῖς καθότι ἂν ἐντείλωμαι αὐτῷ. καὶ ὁ ἄνθρωπος ὃς ἐὰν μὴ ἀκούσῃ ὅσα ἂν λαλήσῃ ὁ προφήτης ἐκεῖνος τῷ ὀνόματί μου, ἐγὼ ἐκδικήσω ἐξ αὐτοῦ· ἀντὶ τοῦ-

τῷ τοιγάρτοι ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, A
τὸν ἀλαζόνα τῶν Ἰουδαίων δῆμον, ὡς καὶ
αὐτῷ μαχόμενον τῷ Θεῷ, καὶ πατρὶ, καὶ δι' ὧν
ἐντολῶν εἰληφέναι λέγει παρ' αὐτοῦ, καὶ ἀφ' ἑαυ-
τοῦ μὴ λαλεῖν, ἑαυτὸν ὅτι τὸν προφητικῶς ὑπο-
δηλοῦντα γραφὰς, τὸν ἀφ' νόμου προσδοκώμενον,
καὶ ἀφ' τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς φωνῆς ἐκ
πολλῶν αἰῶνων χρόνων προκεκηρυγμένον. καὶ-
λεῖ δέ πως πρὸς ἀνάμνησιν, καίτοι νωθεῖς ὄντας
αὐτοὺς, ὡς εἰ μὴ βούλοιντο τοῖς παρ' αὐτοῦ κελευ- B
πείθεσθαι λόγοις, ὑποκείσονται τοῖς πάντων ἀνθρω-
φύκτῳ κολάσει, ἃ ὑπομνήσουσιν ἅπερ ἔφη Θεός.
οἱ γὰρ τὴν θείαν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς παρεμ-
πίπτοντες, καὶ τὸν ζωοποιὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἀπω-
θούμενοι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, πῶς οὐκ ἐν
τοῖς ἐσχάτοις κείσονται κακοῖς, ἢ πῶς οὐκ ἀμέτοχοι
μενοῦσι τῆς παρ' αὐτοῦ ζωῆς, θλέποντας ἀκούοντας ὃ
ἀνθρώπου φωνῆς. γῆ, γῆ, ἄκουε, ἄκουε
λόγον κυρίου· ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ὅτι τὸν λαὸν τοῦτον κα- C
κὰ, τὸν καρπὸν ἀποστροφῆς αὐτῶν, ὅτι τῷ νόμῳ
μου οὐ προσέσχον, καὶ τὸν λόγον μου ἀπώσαντο. δίτ-
τοὺς γὰρ ἐνόχους εὑρήσομεν ἐν κλήμασι τοὺς Ἰουδαίους ἀ-
ρήσομεν· ὅτε γὰρ αὐτὸν καίτοι σεσωσμένον εἰς δοκεῖ-
τε τὸ φίλον τετιμήκασι τὸν νόμον, τὸν δι' αὐτοῦ κη-
ρυχθέντα μὴ προσηκάμενοι, οὔτε μὴν προσε-
κήκασι τοῖς λόγοις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, καί-
περ βοῶντος ἀναφανδὸν, ὡς αὐτὸς εἴη γραφὰς ὁ
προφήτης ὁ ἀφ' νόμου προσδοκώμενος, ὃ
ὧν ἔφασκε τοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ἀφικνεῖ- D
σθαι λόγοις. καὶ μοί δοκεῖ τὸν κύ-
ριον, ὡς ἀφ' ἑαυτῷ μὴ σοφὸν, λαλεῖν δὲ πα-
ρὰ πατρὸς, ἀδικεῖν αὐτὸν δοκιμάσθαι κατά τι γοῦν
ἄλως, ἢ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας αὐτῆς, ἤγουν εἰς
ἀξίας λόγον τῆς θεοπρεποῦς· ἀλλὰ προῆγον μοὶ
ἐκεῖνο διενθυμείσθω τε πάλιν, καὶ λεγέτω ἐφ-
μοῖς ἡμῖν· ἆρα γὰρ πρέπειν οἴοιτ' ἂν τις τῷ-
γε ὅλως ὄνομά τι καὶ πραγμα φύσιν Θεῷ, ὃ
τῆς προφητείας ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα· καίτοι
πᾶς τις οἶμαι, καὶ τὸν λίαν ὑχρῶν ἀποφήσειε E
ἂν, ἀπίθανον εἶναι λέγων ἀποκαλεῖσθαι προφή-
την τὸν ἐν προφήταις λαλοῦντα Θεόν. αὐτὸς γὰρ
ὁράσεις ἐπλήθυνε καὶ ὁ γεγραμμένον, καὶ ἐν χερ-
σὶ προφητῶν ὡμοιώθη. ὅπερ ἦν τὸ τῆς δου-
λείας ὄνομα καὶ σχῆμα τῆς πρὸς ἡμᾶς ὁμοιότη-
τος ἀναλαβὼν, καὶ ἡμετέραν ὁμοίωσιν ἐκλήθη
προφήτης, ἀναγκαίως αὐτῷ καὶ τὰ τοῦ προφήτου
φέροντα προσετέθη ἐκεῖνο νόμος, τοῦτ' ἔστι, τὸ πυ-
θέσθαι τι παρὰ τοῦ πατρὸς, ἐντολῶν τε εἰληφέναι

eodemque loco Dominus noster Iesvs Christvs superbum Iudæorum populum increpat, vt qui ipsi Deo ac Patri repugnet, & per quæ mandatum ait accepisse ab eo, & à seipso non loqui, per hæc eadem seipsum Prophetam esse declarat, qui à Lege prædictus sit, & per Dei ac Patris vocem multis retrò temporibus prænunciatus sit. Eis autem, quamuis tardi sint, in memoriam quodammodo reuocat, nisi eius sermonibus parere velint, ineuitabili supplicio omnino subiectum iri, eáque passuros quæ dixit Deus. Nam qui diuinum Dei ac Patris mandatum prætergrediuntur, & viuificum Dei ac Seruatoris nostri Christi sermonem repellunt, quomodo non extremis inuoluentur malis, aut quomodo vitæ ab eo manantis non experres remanebunt, non sine causa audientes quod Prophetæ voce dictum est, *Terra, terra, audi, audi verbum Domini. Ecce ego adduco super populum hunc* Hier.6.19 *malu, fructum auersionis eorum: quia Legi meæ non attenderunt, & sermonem meum proiecerunt.* Duplicis enim criminis reos esse Iudæos comperiemus. nec enim ipsam Legem, quam sanctam alioqui putabant, reueriti sunt, quippe qui non susceperunt eum quem illa prædixerat, nec attenderunt Seruatoris nostri Christi sermonibus, licet apertè clamantis se esse vtique Prophetam qui per Legem prædicitur, ex eo quod ait sibi à Deo ac Patre quid dicat suppeditari. Neque verò quisquam existimet ex eo quod Dominus ait nihil à seipso dicere, sed loqui à Patre, detrimenti quicquam accipere posse, siue quoad rationem substantiæ, siue quod attinet ad Deo dignam maiestatem: sed illud rursus primum cogitet ac rogantibus nobis respondeat, vtrum vero & naturali Deo prophetiæ nomen & rem ipsam conuenire putet; atqui nemo non dixerit, opinor, incredibile esse Deum Prophetam vocari eum qui in Prophetis loquatur. *Ipse enim visiones multiplicauit*, vt scribitur, & Os.12.10 *in manibus Prophetarum assimilatus est.* Quia ergo seruitutis nomine & forma nostræ similitudinis assumpta ad nostram similitudinem Propheta vocatus est, necessariò ei quoque Lex quæ Prophetæ conueniunt attribuit, hoc est audisse aliquid à Patre, & mandatum accepisse

quid dicat, & quid loquatur. Cui addendum arbitror, Iudæos legis opinione vehementer præoccupatos, si eam à Deo prolatam esse crederent, Saluatoris sermones nunquam susceptu-ros fuisse, in spiritalem cultum vera mandata transformantis. Sed quid causæ erat cur ipsi nollent figurarum ad veritatem transformationem susci-pere? Nesciebant Deum esse illum secundum naturam, nec animo capiebant vnigenitum Patris Verbum nostram propter nos gestasse carnem. Alioqui enim statim Deo procumbentes & quocunque vellet impigrè delati, conuenientem ei gloriam seruassent. Sed existimabant miseri vnum è nobis existere, cumque homo nudus ac merus esset, tantum sibi tamen assumere, vt & ipsas Dei Patris Leges euertere auderet. Quo factum est vt impudenter eum clamoribus incesserent, *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cum sis, teipsum facis Deum.* Singulari itaque & præclaro consilio Dominus noster IESVS ab illa suspicione auditores abstrahens, tanquam à nuda & sola humana persona orationem transfert ad eum qui palam & sine contradictione adoratur, Deum inquam & Patrem, Iudæorum væcordiam omni ratione confundens, & variis modis ignaras mentes tractans atque ad vera & conuenientiora discenda pelliciens. His quidem sermonibus & obseruationibus contentus esse quis posset ad retundenda impiorum hæreticorum conuicia, qui vel hac parte minorem Patre Filium existimant, quòd dixit nihil à seipso loqui, sed datum sibi esse mandatum, & sicut audiuit loqui. Et suffectura quidem ista ipse quoque existimo, addam nihilominus aliquid aliud quo illorum blateronum procacitas patefiat. Age enim, si placet, prætermisso nunc dispensationis cum carne sermone, ostendamus rectè de ipso vnigenito dictum esse illud, *Quia ego ex meipso non loquor, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.* Ipse enim cum sit viuens & subsistens Dei ac Patris Verbum, necessariò quæ in eo sunt enuntiat, voluntatemque genitoris in lucem edens, quasi man-

Isa.10.33

A πεῖπῃ, ἢ τί λαλήσῃ. ὡσὲ δέ γε ἔτυπω, κἀκεῖνο εἰπεῖν οἰκοσομεῖ δῆτ· ἐν πολλῇ ὡσολήψει γεγονότες Ἰουδαῖοι ὡσὲὶ τὸν νόμον, λελαλῆσθαι ὡσ' αὐτῦ τῦ Θεοῦ πιστεύοντες αὐτὸν, οὐκ ἂν ὡσεδέξαντο τῦ Σωτῆρος ἔτι λόγους, εἰς πνευματικὴν λατρείαν μεταπλάττοντος τὰ πάλαι διωρισμένα. καὶ τίς ἡ ὡσόφασις τῦ μὴ θέλειν αὐτοὺς ὡσ' αὐτοδέξασθαι τὸν εἰς ἀλήθειαν τῦ τύπων μεταπλασμόν; οὐκ ἠδεισαν κατὰ φύσιν ὄντα Θεὸν, ἀλλ' οὐδὲ εἶχον εἰς

B νοῦν, ὅτι λόγος ὢν τῦ πατρὸς ὁ μονογενὴς, διὰ ἡμετέραν δι' ἡμᾶς πεφόρεκε σάρκα· ἢ γὰρ ἂν οὐδὲν ὑποπτεύοντες Θεῷ ὡσὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀμελητὶ μεθιστάμενοι, διὰ αὐτῦ ὡσέποιθμεν διετελοῦμεν δίκαιοι. ᾤοντο δὲ μᾶλλον τὸν καθ' ἡμᾶς οἱ δίκαιοι ὑποστῆναι ἄρχειν, καὶ ἀνθρωπον ὄντα φιλονεικῆσαι τοσοῦτον, ὡς καὶ αὐτοὺς βιάσασθαι τοὺς ὡσὲὶ τῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς ὡσαλύειν νόμους. καὶ μοῦ ἀναίδην ἔφασκον ὡσὸς αὐτόν. ὡσὲὶ καλοῦ ἔργου οὐ λιθάζομέν σε, ἀλλὰ ὡσὲὶ βλασφημίας, ὅτι σὺ ἄνθρωπος ὤν, ποιεῖς σαυτὸν Θεόν.

C Isa.10.33

Διὰ πολλῆς δίκης καὶ ἀκριβοῦς οἰκονομίας ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς τῆς ἐπούσης αὐτοῖς ὑποψίας μεθιστὰς τοὺς ἀκροωμένους, ὡς ἀπὸ ψιλοῦ καὶ μόνου τῦ ἀνθρωπίνου προσώπου μεταποιῶν τὸν λόγον ἐπὶ τὸν ἀναμφιῤῥήτως τε καὶ ὁμολογουμένως

D προσκυνούμενον, φημὶ δὴ τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, διὰ παντὸς χειμῶνος ἔτι τοῦ ἀπαθῆ τὸν ἀπαθῆ τῶν Ἰουδαίων καρδίαν ἐκδυσωπῆν οἰόμενος, καὶ μεταχειρίζεσθαι ποικίλως τοὺς ἀσυνέτους ἐπιχειρῶν εἰς ὃ βούλεσθαι μαθεῖν τὰ ἀληθῆ καὶ πρεπωδέστερα τοιούτοις μὲν οὖν ἀποχρήσαντ' ἂν ἡμῖν λόγοις καὶ θεωρήμασι, τοῖς τῆς αἱρετικῆς ἀφροσύνης βλασφημίαις διαπεφυόμενος, οἰομένων, ὅτι μεῖον ἔχει κατὰ μηδενὸς ὁ υἱὸς, ὡς πρὸς τὸν ἑαυτῦ γεννήτορα, διὰ τὸ φάναι λελαλῆκέναι μὲν ἀφ' ἑαυτῦ μηδὲν, δεδόσθαι γε μὴν ἐντολὴν, λελαλῆκέναι τε ἅπερ καθάπαξ ἠκροᾶτο. καὶ ἀρκέσειν μὲν οἶμαι καὶ ταῦτα, πλὴν ἐρῶ μικρὰ καὶ ἕτερα τῆς ἐκείνων ἀγυμναστίας χάριν ὑβρεως ἀπογυμνοῦν. φέρε γὰρ, εἰ

E δοκεῖ βραχὺ παρεκτείναντες τῆς νῦν σαρκὸς οἰκονομίας ἔν γε τῷ παρόντι τὸν λόγον, ἐπ' αὐτὸ βλέψωμεν τὸ μονογενοῦς ὀρθῶς τε καὶ καλῶς εἰρημένον, ὅτι, οὐκ ἐγὼ ἐξ ἐμαυτῦ ὑ λαλῶ, ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν δέδωκε, τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω. αὐτὸς γὰρ ὢν ὁ ζῶν τε καὶ ἐνυπόστατος λόγος τῦ Θεοῦ καὶ παῦς, αἰσθητικῶς διερμηνεύει τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ ὅ ὡς ἐν ἀληθείᾳ δέκομεν τῷ ἰδίῳ γεννήτορι ἐξάγων εἰς φῶς, ὡς ἐντολῆς

δωάμιν εἰληφέναι φησὶν ἴδοι δ' ἂν τις καὶ ἐφ' A datum aliquod se accepisse ait. Quod exẽplo à nobis ipsis de sumpto verum esse cõperietur. Sermo enunciatiuus, dictionum ac verborum compositione constans, quique articulata voce foras erumpit, mentis nostræ veluti iussu eius arcana recludit, idque celerrimè. Simul enim ac mens aliquid cõcepit, tum id voci committit : hæc autem foras erumpens, quæ intus & in mente sunt abdita enunciat, nec de sibi mandatis quicquam mutat. Quid mirum igitur, aut B incredibile inquiet aliquis, si Verbum Dei ac Patris cũ sit Filius, non sicuti noster sermo (maiora enim sunt omni exemplo de Deo quæ dicuntur) genitoris sui voluntatem enunciet? Nonne enim & Propheta nomen ait esse ei conuenientissimum, vt magni consilij Angelus dicatur ? Hoc equidem clarum esse puto. Nihil igitur, quod ad substantiæ rationem aut dignitatis attinet, damni patietur vnigenitus, licet mandatum accepisse à Deo & Patre dicatur : Nam & nos ipsi sæpe aliis vt aliquid faciant iubemus, neque tamen hanc ob causam naturâ nobis similes esse desinent, quippe qui non minùs sint nobis consubstantiales cum ante, tum post mandatum. Atenim inquies, consubstantiales quidem manent, sed dignitate minores qui alienis ministrant imperiis. Idem ego quoque tibi respondeo de vnigenito. Si enim scriptum non esset de eo, *Quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se* Ph. 2. 6 *æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, & habitu inuentus vt homo, humiliauit semetipsum*, nonnihil fortassis hæc tua ratio momenti habere videretur : verùm cum subiectionis ac demissionis modus vniuersis pateat, cur temerè accusas eum qui propter nos etiam hoc pati sustinuit? Vndique igitur ad dogmatum rectitudinem sermone conuerso, Dominum nostrum IESVM Christum ratione dispensationis quæ in proposito dicto continentur eloquutum asserimus.

Περὶ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ πάσχα, εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι ἦλθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν πατέρα, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ὄντας ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς.

cap. 13. vers. 1. *Ante diem autem festum Paschæ, sciens* IESVS *quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem : quum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

Ἀσυμφανίστερόν ἐστι τοῖς πολλοῖς τὸ ἐν τοῖς πρὸ- Obscurior est apud multos huius loci

intellectus, nec explicatu admodum facilis, sed neque apertum, quod quis sibi forsan persuaserit, sensum continet. Cuius enim rei gratia signanter modò diuinus Euangelista dicere videtur, ac velut aliquod operæpretium obseruat, dicens, *Ante diem autem festum Paschæ, sciens quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Quid autem est porrò quod ait, *Cum dilexisset suos in mundo, in finem dilexit eos?* In magna itaque obscuritate, tale quiddam ipsum dicere arbitror, nimirum, ante salutarem passionem quamuis cognosceret Saluatoriam tandem veluti pro foribus instare tempus quo ad cælos transiturus esset, perfectissimam tamen erga suos qui in hoc mundo erant dilectionem exhibuisse. Quòd si operæpretium videatur totam rem latius explicare, non grauabor quod modo dixi denuò repetere. Seruatoris nostri Christi propriæ sunt ac peculiares quæcunque per eum factæ sunt rationales & intellectuales creaturæ, potestates supernæ, Throni, & Dominationes, & alia id genus, in quantum creata illa sunt. Sunt item eius propriæ quæcunque sunt in terra creaturæ rationis compotes, quatenus omnium est dominus, etiamsi nonnulli eum non adorent vt opificem. Dilexit igitur suos qui erant in mundo: Nec enim Angelos apprehendit, iuxta Pauli vocem, neque propter Angelorum naturam in forma Dei ac Patris cum esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed propter nos potius qui sumus in hoc mundo, exinaniuit seipsum, & formam seruilem sumpsit ille omnium dominus, nostri dilectione & amore eò vocatus. Cum ergo dilexisset eos qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos, licet ante festum, & ante Pascha, *sciens quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Factum enim esse hominem, haud perfectè diligentis esset, nisi pro omnium vita periclitari vellet, sed in finem dilexit eos, neque pati detrectauit, quamuis passurum se præsciret: nec enim ignota aut improuisa erat Seruatori passio. Cum ergo, inquit, Iudæorum petulantiam, & crucifigētium impietatem vitare liceret, summā dilectionem exhibuit in suos qui erant in mundo, non recusauit enim pro vita omnium mori. Quòd enim hic perfectissimum dilectionis modū videre liceat, ipsum testem adducam Dominum nostrum IESVM Christum sanctis

A κειμένοις ἀνάρμα, καὶ ὑ σφόδρα πρανὲς εἰς ἔρευνησιν, ἀλλ' οὐδὲ ἁπλοῦν ἔχον, ὡς ἂν ἁπλῶς οἰηθείη, τ νοῦν. τῷ γὰρ δι' ἣν αἰτίαν ὀνειδισμένως ὁ θεσπέσιος διαλαμπρύνεται λόγος, & ὡς ἂν ἡ τῶν αἰτιῶν ὑπόθεσις, λέγων, πρὸ δὲ τ ἑορτῆς τὸ πάσχα, εἰδὼς ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τ πατέρα· τί δὲ αὖ πάλιν ἐστί, ὃ, ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς; ἔχοντος τάχιον ὑ με-

B τρίως τὸ ἀσαφὲς, βούλεσθαί μοι δοκοῦσιν οἱμαι λέγειν αὐτὸν, ὅτι πρὸ τοῦ σωτηρίου πάθους, καίτοι γινώσκων, φησὶν, ὁ σωτὴρ, ὅλως λοιπὸν ὅτι ἤδη μεταστάσεως, τελεωτάτην ἐπεδείξατο τὴν ἀγάπην τ πρὸς τοὺς ἰδίους ὄντας ἐν τῷ κόσμῳ. καὶ εἰ χρή πως πλατυτέρως τοῖς προκειμένοις διανοῆσαι θρησείαν, ὅπερ ἔφην ἄρτιος, καὶ εἰσαῦθις ἐρῶ. ἴδιόν μὲν γὰρ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ τὰ πάντα δι' αὐ-

C τοῦ γενόμενα, λογικὰ καὶ νοερὰ κτίσματα, δυνάμεις αἱ δύο, & ἀρχαί, καὶ κυριότητες, καὶ εἴ τι τούτοις ὁμοίως, ὅσον εἰς τ τ πεποιῆσθαι λόγον ἴδιόν ἐστιν αὖ πάλιν αὐτοῦ καὶ τὰ ὅτι ἐν γῆς λογικὰ, κἀν πάντων ἐστὶ δεσπότης, καὶ εἰ μή τινες προσκυνοῦσιν, ὡς δημιουργόν. ἠγάπησε τοίνυν τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ. ὑ γὰρ ἀγγέλων ἐπελάμβανεν, κτ τ τοῦ Παύλου φωνὴν, οὐδὲ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τ τὸ εἶναι ἀγγέλων φύσιν, ἐν μορφῇ Θεοῦ & πατρὸς ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τ εἶναι ἴσα Θεῷ, δι' ἡμᾶς δὲ

D μᾶλλον τοὺς ὄντας ἐν τῷ δε τῷ κόσμῳ, κεκένωκεν ἑαυτὸν, καὶ μορφὴν ἀνείδιξατο τ οἰκειωτὴν ὁ πάντων κύριος, ἀγάπῃ τῇ πρὸς ἡμᾶς κεκλημένος εἰς τοῦτο. ἀγαπήσας τοίνυν τοὺς ἐν τῷ δε τῷ κόσμῳ, ἠγάπησεν αὐτοὺς εἰς τέλος, καίτοι καὶ τοῦ τῆς ἑορτῆς, & τοῦ πάσχα, εἰδὼς ὅτι ἦλθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν πατέρα. τῷ μὲν γὰρ μὴ εἰς τέλος ἀγαπήσαντος ἐῶ, τὸ ψευδὲς μὲν ἀνθρώπου, μὰ μᾶλλον ἐθελῆσαι καὶ τῆς

E ἀπόντων προκινδυνεύσαι ζωῆς, ἀλλ' ἠγάπησεν εἰς τέλος, & τοῦτο παθεῖν ὑ προμετρησάμενος, καίτοι προειδὼς ὅτι πείσεται. ὑ γὰρ ἀποστολον ἐῶ τοῦ σωτῆρος τὸ πάθος. ἐξὸν οὖν, φησὶ, διαφυγεῖν τὴν Ἰουδαίων τὰς προθυμίας, καὶ τ τ παρεσομένων αἰσχύνην τελεωτάτην ἐπεδείξατο τ ἀγάπην τὴν εἰς τοὺς ἰδίους τοὺς ὄντας ἐν τῷ κόσμῳ, προῃρήσατο γὰρ ὑδαμῶς, τὸ καὶ τ ἀπόντων * ὑποστειλῶσθαι τὴν ζωήν. ὅλη γὰρ ἐν τούτῳ μάλιστα τελεώτατόν ἐστι τ παῦλα ἀγάπης τὸ μέγιστον ἰδεῖν, αὐτὸν προάγω μάρτυρα τ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τοῖς ἁγίοις λέγοντα

* Ἰω. ὑπερψυχῆσαι ζωῆς.

μαθηταῖς. αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολὴ ἡ ἐμὴ, ἵνα ἀγα- A
πᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς. μείζονα
γὰρ ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, ἵνα τις τὴν ψυχὴν
αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. καὶ καλὸν ἕτερον δὲ
ἔστιν ἀεί πως ἐστὶ δῆλα σπουδῆς γεγονὸς τοῖς ἁγίοις
ἀπαγγελίας, τοσοῦδε τὸ πάθος κηρύξαι τοῦ κυρίου
ἡμῶν Ἰησοῦ τὸν Χριστόν· ἵνα μή
τις τῶν ἑτεροδόξων αὐτοῦ δόξης
καταπαίρηται, λέγων, ὡς ἄλλο μὲν ἀσθένειαν,
βεβρόχοις δὲ τοῖς Ἰουδαίων ἀσεβελήτοις ἐμπεσών, B
τοῦτο πολὺ δεινὸν ὑπομείνας θάνατον. οἰκονομικὸς τοι-
γαροῦν, καὶ ὠφέλιμος τῶν ἁγίων ὁ λόγος.

Καὶ δείπνου γενομένου· τοῦ διαβόλου ἤδη βεβλη-
κότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα σίμωνος τοῦ Ἰσ-
καριώτου, ἵνα παραδῷ αὐτόν· εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς
ὅτι πάντα ἔδωκεν αὐτῷ ὁ πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας,
καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν
ὑπάγει, ἐγείρεται ἐκ τοῦ δείπνου, καὶ τίθησι
τὰ ἱμάτια· καὶ λαβὼν λέντιον, διέζωσεν ἑαυτόν· C
εἶτα βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα, καὶ ἤρξατο
νίπτειν τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, καὶ ἐκμάσσειν
τῷ λεντίῳ ᾧ ἦν διεζωσμένος.

Περῤῥιζον ὁ σωτὴρ ἐκ τῆς ἡμετέρων διανοιῶν, ὡς
νοσημάτων αἴσχιστον, καὶ τῆς ἀπάντων ἀνωτάτω βδελυ-
κτὸν ἄξιον, καθαιρέθη τῆς ὑπερηφανίας. οἶδε γὰρ
ἅπασι σαφῶς ἀδικεῖν εἰωθὸς τῆς ἀνθρώπου ψυχῆς,
ὡς τοῦτο μάλιστα τὸ μιαρὸν καὶ ἀποπλεῖστον πάθος,
ᾧ καὶ αὐτὸς ὁ πάντων δεσπότης, ὡς ὁ τάξει πολε-
μίου δικαίως ἀντιτάσσεται. κύριος γὰρ ὑπερηφά- D
νοις ἀντιτάσσεται, κατὰ τὴν Σολομῶντος φωνήν.
ἔδει τοίνυν τοῖς ἁγίοις μάλιστα μαθηταῖς μετρίου
τε καὶ ταπεινοῦ φρονήματος, καὶ δι᾽ ἀκέρου διανοίας
ἀσφόδρα φρονεῖν ζητοῦντος λογισμοῦ, ἀ μικρὰς γὰρ
ἔχοντες ταῖς τοιαύτας νοσῶν ἀφορμὰς, κατώλι-
σθον ἂν εὐχόλως, εἰ μὴ πολλῆς ἔτυχον τῆς ὑπηκοο-
ΐας. φιλεῖ γάρ πως ἀεὶ τοῖς ἔχουσι τὸ πλεῖόν τι
πικρὸν τῆς ἀλαζονείας ὑπεισέρχεσθαι. εἶτα τί τῶν
ἁγίων ἀποστόλων φαιδρότερον; ἢ ποῖον τῶν περὶ
Θεοῦ φιλίας τὸ ἀξιολογώτερον; τὸν μὲν γὰρ οὐδὲν
ὅπως τοῦ βίου, οὐκ ἂν εἰσέλθοι τὸ πάθος. φεύγει
γάρ πως ἀεὶ τὸν οὐδὲν ἔχοντα ζηλωτὸν, καὶ τὸν οὐ
τῷ μυδῶντι πεφαγμένον ἀρεσκόμενον· πῶς γὰρ ἂν
ἐπέλθοι τῷ τοιούτων τινὶ, ὃ καπὶ τῷ ζῆν ὅλως
ἀλαζονεύεσθαι; φιλεῖ δέ τοι τῆς ὑπερηφανίας ἀξιο-
ζήλωτος. ὢν, ἑαυτὸν τε ἅπαν τοῦτο τοῦ πάθους
περιῤῥηξεν, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων διενεγκεῖν ἀσυνέτως
ὑπολαβὼν, ὡς ἐξαίρετόν τινα, καὶ ὑπερφυεστά-

μαθητὰς. *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Maiorem enim hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Quin & alia ratione ostendi potest sanctos Euangelistas imprimis curasse vt ostenderent Dominum nostrum IESVM Christum tempus passionis præscisse, ne quis hæreticus aduersus eius gloriam insurgeret, dicens præ infirmitate captum fuisse & cum inuitus in laqueos Iudæorum incidisset, crudelissimam mortem pertulisse. Vtilis ergo & ad dispoensationem pertinens sanctorum sermo.

v. 2. vsque ad 6. *Et cœna facta (quum diabolus iam immisisset in cor vt traderet eum Iudas Simonis Iscariotes) sciens Iesus quia omnia dedit ei Pater inmanus, & quia à Deo exiuit & ad Deum vadit, surgit à cœna, & posuit vestimenta sua: & quum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus.*

Seruator ex animis nostris superbiam tanquam morborum omnium fœdissimum, & summa omnium detestatione dignum radicitus euellit. Scit enim nihil æquè hominis animæ officere posse ac abominandam illam ac detestandam perturbationem, cui & ipse vniuersi Dominus velut infenso hosti iure aduersatur. *Dominus enim superbis resistit*, iuxta Salomonis vocem. Opus itaque erat sanctis discipulis modesto ac demisso animo, & vanæ gloriæ haud quaquam cupido: quippe cum non paruæ causæ essent quibus in hunc morbum inciderent, facile vtique in eum prolapsi essent, nisi opem Seruator eis attulisset. Solet enim crudelis fera superbiæ eos vt plurimum quibus claritatis aliquid inest inuadere. At quid sanctis Apostolis illustrius, aut quidnam est amicitiâ cum Deo præstabilius? Et quidem hoc vitium in nihili hominem non intrauerit. fugit enim eum in quo nihil est operæpretij, nec ad eos accedit qui nullum inter alios gradum obtinent. quid enim est quo istiusmodi homines tantulum superbiæ concipiant? Sed fastum diligit quicunque spectabilis est, atque idcirco cæteris se præponit; iisque longè se præstare existimat, vt qui eximia & excellentissima sit vir-

tute præditus, & vitæ genus insolitum ac minus tritum aliis inierit. Cum ergo superbiæ vitium iis interdum insideat in quibus nonnihil est præcipui, quomodo necesse non erat vt Christus sanctis Apostolis humilitatis exemplo esset, vt typum & imaginem habentes vniuersorum Dominum ipsi quoque ad Dei voluntatem suam mentem conformarent? Vitium igitur illud aliter euelli non poterat, quàm si palam & apertè doceret ita demisse de se sentire, vt & serui vices obire, & ministerium famuli implere non vereretur, fratrum pedes abluendo, & linteo se ad opus præcingendo. Considera enim vt seruile sit illud ministerium, si consuetudinem mundi huius, & seculi mores aspicias. Exemplum igitur modesti ac demissi animi omnibus hominibus, non tantum suis discipulis seipsum præbuit. Proindeque diuinus Paulus cum eum imitandum sumpsisset, hortatur ad istud dicens: *Hoc vnusquisque sentite in vobis, quod & in Christo* IESV: Et rursus: *In humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes.* Lex enim charitatis & concordiæ humili constat Spiritu. Verùm vt eius rei opinionem attolleret neque vulgare quidpiam à Christo factum esse putaremus, necessariò rursus diuinus Euangelista gloriam & potestatem eius & imperium in omnes prius miratur, his verbis, *Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus.* Quamuis enim, inquit, non ignoraret omnium rerum habere se potestatem, & se à Deo exisse, hoc est ex substantia genitum esse Dei ac Patris, & ad Deum vadere, hoc est rursus in cœlos reuerti, consessurum nimirum cum suo genitore, tantam tamen demissionem præ se tulit, vt linteo præcinctus discipulorum pedes abluerit. Cum igitur hinc præclarum pietatis exemplum & dilectionis mutuæ imaginem habeamus, modestè de nobis sentiamus, charissimi, & maioribus prærogatiuis fratres præditos putemus, quamuis boni simus. Hoc enim vt sentiamus & velimus magnum istud exemplum nos adigit.

Phi. 2. 5

Ibid. 2. 3.

τὴν ἀρετὴν, καὶ παροξύσωμεν ἡμᾶς πολιτείας ὁδὸν ἀνήφατε τοῖς ἄλλοις, καὶ αἰσχὴν ἀφανύσωμεν. ὅτε τοίνυν τοσαύτη παπεινότης τοῖς ἐχουσί τι λαμπρὸν, ὃ νοσεῖν ἔοικε τὸ τῆς ὑπερφυίας, πῶς οὐκ ἔδει τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις μετεῖναι φρονήματος ταπεινοῦ; ἵνα τύπον ἔχοντες καὶ εἰκόνα τοῦ ἀπόντων κύριον, καὶ αὐτοὶ τῷ δοκοῦντι τῷ Θεῷ τὸν οἰκεῖον μεταπλάσωσι νοῦν; ἰδοὺ οὖν ἀρετὴν τοσοῦτον οὐχ ἕτερος ἔξελθε, εἰ μὴ ἀφ' ἧς διδάξαι σαφῶς, τοσοῦτον οἴεσθαι τῶν ἄλλων ὑπερέχειν καὶ τοῦ δοκεῖν, ὡς καὶ δούλου σχῆμα λαβεῖν καὶ καθάπτεσθαι δίκην, σοὶ αὐτὸν καταφέρουσα τοῦ οἰκέτου παρέπουσαν λειτουργίαν ἀποπληρῶν, ἀφ' ἧς καὶ ἀπονίζειν τοῖς ἀδελφοῖς τοὺς πόδας, καὶ λέντιον περιέσθαι ἀφ' ἧς χρεία. ἀνθρώπου γὰρ ὅπως αἰσχρὰ ποδῶν τὸ χρῆμά ἐστιν, ὅσον εἰς ἔθη φημὶ τὰ ἐν κόσμῳ, καὶ ἔξω πελᾶς. ταπεινότητος τοιγάρτοι μετεῖναι τε καὶ συνεσκιασμένου φρονήματος ἅπασι τοῖς τοῦ βίου· ὅτε γὰρ μόνοις τοῖς μαθηταῖς· γέγονε Χριστός. ἀφ' οὗ τοῦτο καὶ ὁ θαυμάσιος Παῦλος, αὐτοῦ εἰκόνα σαφεστάτην, εἰς τοῦτο τρέπει λέγων· τοῦτο φρονείτω ἕκαστος ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· καὶ πάλιν, τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν. θεσμὸς γὰρ ἀγάπης καὶ ὁμοψυχίας ἐν φρονήματι τῷ ταπεινῷ. ἵνα δὲ τὸ τῆς τρόπαιον ὑπόληψις εἰς ὕψος δόξαν μέγα, καὶ μήτι τῶν τυχόντων δεδρᾶσθαι νομίσωμεν τὰ δὴ Χριστός, πάλιν ἁμαυρὰν ὁ θαυμάσιος ἁμαυρώσεις τρέπεται τὸ σωθέντα αὐτῷ δόξαν τε καὶ ἐξουσίαν, καὶ τὸ τῶν πάντων κράτος, δι' ὧν φησιν, εἰδὼς, ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας. καίτοι γὰρ, φησιν, οὐκ ἠγνοηκὼς, ὅτι πάντων ἔχοι τὴν ἐξουσίαν, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθεν, τοῦτ' ἔστιν, ἐκ τῆς οὐσίας ἐγεννήθη Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ τρὸς Θεὸν ὑπάγει, τοῦτ' ἔστι, πάλιν ἀπίοσιν εἰς ὑψηλοὺς, σωεδρεύων ἀκριβῶς τῷ ἰδίῳ γεννήτορι, τοσαύτην ὑπέστη τὴν ταπείνωσιν, ὡς λεντίῳ μὲν ἁμαζώσασθαι, τὴν δὲ μαθητῶν ἀπονίζειν τοὺς πόδας. ἔχοντες τοίνυν ἐντεῦθεν ὅρισον τῆς θελήσεως ὑπογραμμὸν, καὶ τὸ εἰς ἀλλήλους ἀγάπης παράδειγμα τὴν εἰκόνα, μέτεσι μὲν φρονῶμεν, ἀγαπητοὶ, ἡγούμενοι δὲ τοὺς ἀδελφοὺς τὰ μείζω κεκτῆσθαι τῶν ἐν ἡμῖν πλεονεκτημάτων, κἂν ὑπάρχωμεν ἀγαθοί. τοῦτο γὰρ ἡμᾶς ὁ μέγας ἐκεῖνος ὑπογραμμὸς διδάσκει φρονεῖν τε καὶ βούλεσθαι.

Ἔρχεται οὖν εἰς Σίμωνα Πέτρον· καὶ λέγει αὐτῷ, κύριε σὺ μου νίπτεις τοὺς πόδας; ἀπεκρίθη

v. 6. *Venit ergo ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit* IESVS, *& di-*

Ιησοῦς, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὃ ἐγὼ ποιῶ, οὐ γνῶσι οἷ- A
δας δέ πῃ, γνώσῃ δὲ μετὰ ταῦτα. λέγει αὐτῷ
Πέτρος, οὐ μὴ νίψῃς τοὺς πόδας μου εἰς τὸν αἰῶ-
να· ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ιησοῦς.

xit ei: *Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea. Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei* IESVS.

Θερμότερόν πως ἀεὶ τοῦ Πέτρου τὸ κίνημα, καὶ πολὺ ζεστότερον εἰς εὐλάβειαν, θεωρήσαι τις αὐτὸν ἂν ὀλοις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοῖς συγκάμμασι. διαφέρει καὶ νεῦν ἔθει τῷ ἰδίῳ καταακολουθήσας καὶ ζήτῳ, B
ὃ στοιχειωμένου δὴ τοῦτο τὸ εἰς ἄκρον ἡκούσης ταπεινοφροσύνης τε καὶ ἀγάπης πρωθεῖται μάθημα, τίς μὲν αὐτὸς εἴη κατὰ φύσιν σκοπῶν, τίς δ' αὖ πάλιν ὁ τὸν νιπτῆρα τοῦ δακομίζων αὐτῷ, καὶ τίνι οἰκέτου χρείαν ἀποπληρῶν ὁ παιδαιτύμνος. δορυβεῖ γὰρ ὁ μετρίως αὐτὸν ἀποδεδεικτὸν πως εἰς πίστιν ὑπαρχον τὸ πρᾶγμα, καὶ εἰ πολλοῖς ὁρῶτο τυχὸν ὀφθαλμοῖς. τίς γὰρ ἂν οὐκ ἔφριξε μαθὼν, ὡς ὁ τῶν ὅλων μετὰ παίδων ὑπάρχων κύριος, οἰκειοπαθῶν ὅτῳ τὰ δουλεῖα πρὸς τοὺς ἑαυτῷ μα- C
θητὰς ἐπιδείξατο, ὡς καὶ ὅσαν εἰ δοκεῖ πρὸς τοῖς οἰκείοις τὸ ἐσχατόν ἐπίσχον τάξιν, τοῦτο καὶ μάλα προθύμως ἐπιλῆσαι δρᾶν αὐτὸν, εἰς ὑπογραμμὸν καὶ τύπον μετρίου φρονήματος. δίδιε διαγλαρῶ ὁ ἀπαίσιος μαθητὴς τὸ οἰκ τοῦ πράγματος ἄχθος, καὶ τῆς σωτήρος καὶ πεπειμένης εὐλαβείας αὐτῷ καρπὸν ποιῆσαι τὴν παραίτησιν, συνεὶς ἢ ὅπῃ τινὶ αἰτίας τοῦ πράγματος, οἴεται τὸ δρᾶν εἶναι τὸ κύριον, καὶ φιλεῖ αὐτοῦ τοῦ σώματος D
ὀπτενοῆσαι τὴν ἀνάπαυσιν· ὃ γὰρ ἀπονίζεσθαι τοὺς πόδας σωτελῆ πως εἰς τοῦτο, καὶ μετρίως ἀποχαλᾷ τινὶ οἰκ τοῦ βαθίσματος φάσιν· ἀφ' οὗ τοῦτο καὶ σφόδρα θερμῶς ἀντείρηκε λέγων. κύριε, σὺ μου νίπτῃς τοὺς πόδας; ἔδει γὰρ ἔδει, φησί, τοὺς κατὰ φύσιν οἰκείως τοῦτο πρᾶξαι ἡμᾶς, ἀλλ' οὐχὶ σὲ τὸν ἀπόντων κύριον. ἀλλ' ὑπαφίησι μὲν τοῦ πράγματος τινὰ ἐξήγησιν εἰς καιρὸν ὁ Χριστὸς, ὅτι γε μὴν ἀξιολογωτέραν ἔχοι τὴν αἰτίαν, ὃ πρὸ αὐτοῦ γνῶναι, συνῆκεν φησὶ μετὰ ταῦτα, ὅταν δηλονότι πλατυτέραν τοῖς αὐτοῦ ποιῆται τὴν ἐξήγησιν. ἐννοεῖ δὲ λίαν καὶ τοῦτο πάλιν ἡμᾶς μετὰ τοῦ ἄλλων ὠφελῆς. ἵνα γὰρ ὅπως καιρὸς καλῶς εἰς ἔργον, ὑπαφίησι τὸν λόγον, καιρὸς δ' αὖ πάλιν ἐπιγόντος εἰς λόγον ἀναδύεται ὃ δρᾶν. πρέπει γὰρ καιρῷ ἀποκεῖσθαι τοῖς ἐοικόσι καὶ πρέποντα ἑκάστοτε τοῖς τοῦ Πέτρου, καὶ ἀποφαίνοντος σαφῶς, οἰκ αὖ αὐτῷ νίψαι τοὺς πόδας εἰς τὸν αἰῶνα, τὴν ἐσομένην ἡμέραν ἐκείνην φανερὸν ὁ σωτὴρ καθίστησι λέγων.

Feruentiorem vbique, vt verbo dicam, Petri animum & ad pietatem magis ac magis inflammatum videre licet. Idcirco morem & consuetudinem suam secutus, disciplinam hanc summæ humilitatis & charitatis quam seruaret, abiicit, mente quidem reputans quinam esset ipse naturâ, & quis ille qui peluim afferebat, ac famuli munus implere non detrectabat. Nec enim mediocriter eum turbat res propemodum incredibilis, licet multorum oculis conspiceretur. Quis enim non exhorruisset discens eum qui vna cum Patre Dominus est vniuersi, adeò miserabilē erga suos discipulos seruitutē pre se tulisse, vt quod inter seruos postremum locum tenet hoc lubentissimè facere voluerit, seipsum in exemplum & typum spiritus humilis tradens. Metuit ergo discipulus tantæ rei pondus, & vsitatam ac familiarem sibi reuerentiam prætexens, recusat, quippe cum nondum rei causam cognitam habeat, Dominum aliquid temerè agere putat, nec aliud in animo habere, quàm vt corporis duntaxat quietem eis conciliaret. Pedum enim ablutio in hoc conducit, & lassis de via quietem arcessit. Ideóq; feruenter admodum prohibebat, dicens: Domine, tu mihi lauas pedes? Deceret enim, inquit, deceret nos naturâ seruos id facere, non te vniuersorum Dominum. Sed explicationem rei Christus quidem differt in opportunum tempus, adeóque non sine grauissima causa factum id ab eo posthæc agnitum iri ait, cum nimirum eam rem planius exponet. Porrò non mediocrem vtilitatem ist hinc etiam nos vnà cum aliis percepturos ait. Vide enim quo pacto tempore ad opus vocante sermonem differat, & rursus tempore ad sermonem incitante, ab agendo desistat. Cuncta enim temporibus congruis tribuebat. Petro igitur renuente & apertè negante pedes sibi ab eo ablutum iri in æternum, damnum hinc futurum Seruator explicat, dicens.

Si non lauero te, non habebis partem mecum.

Quod ad loci huius manifestum & obuium scopum attinet, nisi inusitatam hanc & insolitam humilitatem didiceris, inquit, partem & sortem non inuenies mecum. Sed cum sæpe Dominus noster IESVS Christus sumptis leuibus etiam verborum occasionibus generalem expositionem faciat, & quæ de vna re aut parte vna peculiariter dicta sunt latius extendens abundantia vtili locupleteret, ipsum etiam hic dicere putabimus, quòd nisi quis per eius gratiam sordes ex peccato contractas abluerit particeps futurus non sit vitæ quæ ab eo manat, & regni cælorum expers mansurus. Nec enim fas est impuris in supernas mansiones ingredi, sed qui per dilectionem in Christum puram habent conscientiam, & sanctificati sunt in Spiritu per sanctum baptisma.

A Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ.

Ὅσον μὲν οὖν ἦκεν εἰς τὸ ἐμφανὲς ἡ παροῦσα τοῦ λόγου θεωρία, εἰ μὴ καταδέξαιο, φησί, τὸ ξένον τοῦτο καὶ ἀπὸ τῆς ταπεινοφροσύνης μάθημα, μερίδα, καὶ κλῆρον οὐκ ἂν οὖν εἴης μετ' ἐμοῦ. ὅπερ ὁ πολλάκις ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, καὶ μικρὰς τῶν λόγων λαβὰς ἀφορμὰς, γνωτικὴν ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν, καὶ εἰς πλάτος ἐξέλκων τὸ ἐφ' ἑνὸς
Stupor ſimul ac timor inuadit Chriſti diſcipulos, & intuentur alij in alios, duplicem ex dictis concipientes metum. Vnuſquiſque enim, vt par eſt, de ſua anima ſollicitus non paruo erat in metu, ſed & cum de cæteris in commune cogitarent, de alia non minùs anxij erant. Credunt quippe verum vtique fore quod dictum eſt: ſciunt enim Seruatoris ſermonem irritum eſſe non poſſe, ſed eò impietatis decidiſſe quenquam è diſcipulis, graue & intolerandum eſſe putantes, ſuam quiſque conſcientiam examinant, & in quem exitij ſors caſura ſit exactè rimantur, & vnde aut quomodo tantum poteſtatis habiturus ſit Satanas, vt quemquam è genuinis diſcipulis abripiat.

Ἐκπλήξις τὸ ὁμοῦ καὶ δέος εἰσπέπτωκε τοὺς μαθητὰς, καὶ ἀλλήλοις ἐνορῶσι, διπλοῦν ἐκ τ῀ εἰρημένων ὑφίνοντες θόρυβον. ἕκαστος μὲν γὰρ κἂν ὁ εἰκὼς τῆς ἰδίας ἐπανηρεῖχεν ψυχῆς, οὐκ ἐν ὀλίγῳ μέρει δείματι, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰς τὸ κοινὸν ὁρώσης ἐπιπολήψως χάριν, οὐκ ἐλάττονα τῆς ἑτέρας τ῀ ἀγωνίαν ἐδέχοντο. ὅτι μὲν γὰρ ἀληθὲς ἔσαι πᾶντως τὸ εἰρημένον πιστεύουσιν. ἴσασι γὰρ, ὡς οὐκ ἂν δύναιτο κενὸς τ῀ σωτῆρος ὁ λόγος, τό, τι μέλλει εἰς τοῦτο δυσσεβείας κατολισθήσειν τ῀ ἐν μαθηταῖς ἀπιθανώτατόν τινα, δηλον καὶ ἀφόρητον εἶναι λογιζόμενοι, τὸ μὴ ἴδιόν ἑκάστου σεσωδὸς δύναμείνοντος, καὶ σεσιαδεδομένος δηλονότι τινὰ τ῀ ἀπωλείας ὁ κλῆρος πιστῆται, ⸀ πόθεν, ἢ πῶς ἰσχύσει τοσοῦτον ὁ σατανᾶς, ὡς ⸀ αὐτῶν ἐκκλέψαι τ῀ χαρίσασθαί τινά.

D

V. 23. &c. *Erat ergo recumbens vnus ex diſcipulis eius in ſinu* IESV, *quem diligebat* IESVS. *Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, Quis eſt iſte de quo dicit? Itaque cum recubuiſſet ille ſupra pectus* IESV, *dicit ei, Domine, quis eſt? Reſpondit* IESVS, *Ille eſt cui ego intinctum panem porrexero.*

Ἦν δὲ ἀνακείμενος εἷς ἐκ τ῀ μαθητ῀ αὐτοῦ ἐν τῷ κόλπῳ τ῀ Ἰησοῦ, ὃν ἠγάπα ὁ Ἰησοῦς· νεύει οὖν τούτῳ Σίμων Πέτρος, πυθέσθαι τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει. ἐπιπεσὼν δὲ ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ στῆθος τ῀ Ἰησοῦ, λέγει αὐτῷ· κύριε, τίς ἐστιν; ἀποκρίνεται οὖν ὁ Ἰησοῦς· ἐκεῖνός ἐστιν, ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον δώσω.

E

Hîc rurſus etiam ſanctorum diſcipulorum ardentem erga Deum amorem

Θαυμάσαιμι ἂν εἰκότως ⸀ ἐν τούτῳ δὲ πάλιν τ῀ ἀγίων μαθητ῀ τὸ ζεστὸν εἰς φιλοθεΐαν, καὶ τὸ

λίας ἀκριβὲς εἰς ἀλήθειαν· ἢ γὰρ ἔχοντες ἐξ ἑαυτῶν εἰδέναι τὰ αἴσιον ὄντα, ἀλλ' ὁδοῖς οὐ τοιαύταις ἐπιχειροῦντες, φιλοπλανοῦνται πάλιν, καὶ μανθάνειν ἐπιζητοῦσι δι' ἑνὸς τοῦ πρώτου, Πέτρου φημὶ δὴ τοῦτ' ἔστιν, ὃς τοῦ γειτνιῶντος μᾶλλον οὐδαμῶς δι' ἑαυτὸν τὴν πάντων, τῷ δὲ πλησίον, καὶ ἀγαπωμένῳ δηλονότι καὶ τὸ τῆς ἁγνείας λαμπρότερον τὸ διαφανὲς ἐφίησιν. Ἰωάννης δέ ἐστιν ὁ τοῦ προκειμένου βιβλίου συγγραφεύς, ὃς, ἐπείπερ ἠγαπᾶτο φησὶν ἑαυτὸν, τὸ οἰκεῖον κατέκρυψεν ὄνομα, σιγῇ παραδοὺς, ἵνα μὴ τῷ δόξαι φιλοκομπεῖν. ἐλεύθερος γὰρ φιλοδοξίας τῆς ἀλόγου ὁ νοῦς. ἡρέμα τοίνυν τῷ διδασκάλῳ προσεκλιθείς, δηλονότι δὲ λάθρα, καὶ μανθάνειν ἀξιοῖ τὴν τῆς ἀπωλείας ὁρον· ἀλλ' οὐχ ἕτερόν τι σημεῖον αὐτῷ δίδωσιν ὁ Σωτὴρ ἢ τὸ γράμμα, ἢ τὸ δηλοῦν τοῦ προφήτου φωνῆς, καὶ πάλαι προκεκηρυγμένον· ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτέρνισμόν. βάπτας γὰρ ὀπτιδίῳ τὸ ψωμίον, δηλονότι δηλοῦ τοῦτο τὴν ἐσθίοντα τὸν ἄρτον αὐτοῦ· καὶ τὴν μὲν τῶν ἁγίων μαθητῶν ἐξίστησι φόβου, ἄγει δέ πως αὖθις εἰς ἀπάμυνσιν προφητείας ἑτέρας δηλονότι λούσης ὡδί· σὺ δὲ ὦ ἄνθρωπε, ἰσόψυχε ἡγεμών μου, καὶ γνωστέ μου, ὃς ὁμοῦ τὰ αὐτὰ ἐγλυκήνατε μοι ἐδέσματα· εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ ἐπορεύθημεν σὺν ὁμονοίᾳ. ἰσόψυχος μὲν γὰρ γνωστός τε καὶ ὁμοτράπεζος, καὶ τί γὰρ ἂν ἧττον εἰς γνησιότητα, γένοιτό ποτε τοῦ Σωτῆρος καὶ αὐτὸς ὁ προδότης, ἅτε δὴ τοῖς ἑτέροις εἰσκεκριμένος ἁγίοις μαθηταῖς, οἳ τὸν αὐτὸν ἔχοντες τῷ σωτῆρι σκοπὸν, καὶ τὴν τῶν Ἰουδαίων συμπεριάγοντες χώραν, κατορθώταις χερσὶ τὴν θαυμαστὴν ἐλήνοντο, καὶ πάντα προεθυμοῦντο πρὸς εἰς ὅμιλον, καὶ δόξαν αὐτοῦ· ἀλλ' ὁ γνωστὸς, καὶ ἰσόψυχος, αἰσχρῶν λημμάτων ἠλλάξατο τὴν τοῦ ὁμιλήσοντος χάριν. ἐπιτηρῶ δὲ πάλιν, ὅπως ἡμᾶς προδιδάξῃ καλῶς ὁ Σοφώτατος διαγλυφὰς τὸν βίον ἐθέλει ὅτι μάλιστα λογικώτατα, καὶ τὴν διανοίας ἐπαυξῆσαι τὴν ὀξύτητα πρὸς τὸ θεωρεῖν ἀλύπως καὶ λίαν εὐπετῶς τὰ θεῖα κατιδεῖν θεωρήμασι, καὶ τὴν θεολογίας ἐξακριβοῦν ὅσον ἔνι τοῖς λόγοις ἐπιτείνειν. τὰ δηλαδὴ πρεπῆ τετιμῆσθαι, καὶ ἠγαπῆσθαι φησὶν ἕκαστον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, ὡς καὶ αἰσχείας πλησίον, καὶ αὐτῷ τῷ κόλπῳ τῷ διακονικῷ, δεῖγμα τὸ εἰς αὐτὸν ἐπιφυοῖς ἀγαπήσεως τὸ τοιοῦτόν μοι. πλησίον δὴν ἄρα Θεοῦ, καὶ οἱ τοιοῦτοι ἔσονται τόποις τοῖς πρὸ αὐτοῦ μάλιστα δὴ τούτων οἱ τὴν καρδίαν ἔχοντες καθαρὰν, οἷς καὶ ἐξαίρετον ἀποτίθεμαι γέρας καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ, μακαρίους ἔσεσθαι

sincerum pietatis ac religionis studium mirari iure oportet. Nam cum ex se ipsis non possent vllum fontem agnoscere, sed neque fallacibus coniecturis confisi, scisciantur denuò ac discere nituntur per vnum illum primarium, Petrum videlicet, qui nequaquam per se interrogauit, sed ei qui proximus erat, ac dilectus, propter castitatis splendorem, quærendum relinquit. Ioannes autem is erat, libri huius scriptor, qui quoniam se dilectum fuisse ait, idcirco suum nomen reticuit, ne cuiquam inani gloria ductus videretur. Ambitionis quippe expers est sanctorum animus. Sensim ergo inclinatus ad pectus magistri clam quærit quis sit perditionis ille filius. Sed non aliud dat ei Seruator rei signum, quàm quod per Prophetæ vocem olim prædictum est: *Qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Intinctam quippe bucellam tradit, per hoc eum ostendens qui manducaret panem eius. Et sanctorum quidem discipulorum formidinem remouet, sed eis in memoriam adducit alteram prophetiam, quæ ait: *Tu verò homo vnanimis dux meus, & notus meus qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu.* Vnanimis enim, ac notus, & mensæ consors, & quæcumque genuinum efficere possent, fuit olim Seruatori etiam ipse proditor, vt pote vnà cum aliis sanctis discipulis electus, qui eundem cum Seruatore scopum habentes, & totam vnà cum ipso Iudæam circumeuntes, strenui miraculorum ministri erant, omniáque facere ardebant quæ ad honorem & gloriam eius spectabant. Sed notus ille & vnanimis turpi quæstu honorantis gratiam mutauit. Obserua porrò denuò quo pacto nos rectè excitet sapientissimus Euangelista, vt in vita quam maximè nos obseruemus, & ingenij aciem exerceamus ad contemplationes diuinas facile assequendas, & diuinarum rerum cognitionem quoad licet exprimendam. Summis quidem honoribus ornatum se esse & à Seruatore nostro Christo dilectum ait, vt & in ipso Domini sinu recumberet, quod in summi amoris trahit argumentum. Proximi itaque Deo & primis quodammodo apud eum locis maximè omnium sedebunt qui purum cor habent, quibus & eximium Seruator ipse præmium tribuit beatos fore di-

Pſ. 40. 10.

Pſ. 54. 15

Mat. 5. 8 cens mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Quod quidem verum esse, ipsius sapientissimi Euangelistæ testimonio confirmabimus. Vidit enim gloriam Christi, iuxta ipsius vocem. *Vidi* enim Ioan. 1. *gloriam eius*, inquit, *gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.* quippe corporeis oculis nemo spectare potest naturam vniuersæ creaturæ Ioa. 6. 46 inconspicabilem. Nec enim quisquam Patrem vidit, vt Seruator ait, nisi is qui est à Deo, id est Filius: hic vidit Patrem: veruntamen iis qui mundana labe & inanibus vitæ huius curis puram & vacuam mentem habent, per subtilem vtique captum omnem excedentem contemplationem suam gloriam Christus reuelat, ostendens & Patris in ea gloriam. Idcirco enim aiebat, Ioan. 14. *Qui vidit me, vidit & Patrem.*

καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτὸς τὸν Θεὸν ὄψονται. ἡ παρίσομεν εἰς ἀπόδειξιν τῆς ἀληθοῦς εἰρῆσθαι τὸν λόγον, αὐτὸν δὲ τοῦτον τὸν Εὐαγγελιστὴν διαλήψεσθαι. πεφίκασι γὰρ τὴν δόξαν Χριστοῦ, καὶ τὸν αὐτὸν φωτὸς. πεφίκαμεν γὰρ τὴν δόξαν αὐτοῦ, φησὶ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρός, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. ὁ γὰρ δὴ τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς ἐπαθρήσαι τις ἂν τὸν ὅλης κτίσεως παντελῶς ἀθέατον φύσιν. ὁ γὰρ ἑωρακέ τις τὸν πατέρα, καὶ τὸν τοῦ Εὐαγγελιστοῦ φωτὸς, εἰ μὴ ὁ ὢν παρὰ τοῦ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστιν ὁ υἱὸς, οὗτος ἑώρακε τὸν πατέρα. τοῖς γε μὴν κηλῖδος τῆς κοσμικῆς, καὶ φενακίδος εἰκαίας τὸν νοῦν παντάπασι βίῳ φημὶ τὸν νοητὸν ἔρωτα ἀπηλλαγμένοις, δηλονότι λεπτῆς ἅμα καὶ ἁγίας καὶ ὑπὲρ νοῦν θεωρίας τὸν οἰκείαν δόξαν ἀποκαλύπτει Χριστὸς, δηλονότι καὶ αὐτὸν καὶ τὸν τοῦ πατέρα. δηλοῖ γὰρ τοῦτο ἐφάσκων, ὁ ἑωρακώς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα.

Et quum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ. Et post buccellam, introiuit in eum Satanas.

Βάψας οὖν ὁ Ἰησοῦς, δίδωσιν Ἰούδᾳ Σίμωνος Ἰσκαριώτῃ, καὶ μετὰ τὸ ψωμίον, εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς.

Manifestissimum suis discipulis Seruator proditoris signum dedit. Intinctam enim offulam tradidit, per hoc ostendens eum qui edebat panem suum, & qui leuaturus erat calcaneum suum. Præterea impietatis in Christum & crudelitatis ducem omniumque malorum artificem irrupisse ait sapientissimus Euangelista in cor proditoris, totumque in eum ingressum Satanam, postquàm offulam tradidisset. Neque verò quisquam rursus existimet offulam istam diabolici ingressus fuisse causam: nec enim eò stuporis veniemus vnquam, aut mente ita destituti erimus, vt eulogiam ingressus causam datam fuisse MALO suspicemur, quin id potius verè dicemus, quòd cum omnes amoris & dilectionis numeri erga eum impleti fuissent, nihilque honoris & affectus erga eum relictum esset, quia tamen in eodem studio ac proposito manebat, mala consilia pœnitudine non emendans, nec animum ab iniqua molitione reuocans, nec lacrymas fundens ob ea quæ in animo versare ausus erat, sed patrandi sceleris grauiori siti æstuans, quia inquam nefariis ausibus succubuit, idcirco Satanas in eum tandem ingressus est, cor eius ceu ianuam apertam omnique custodia destitutam

Εναργέστατον μὲν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς ὁ τοῦ προδιδόντος σημεῖον ἔδειξεν ὁ σωτὴρ. βάψας γὰρ ἐπιδίδωσι τὸ ψωμίον, τὸ ἐσθίοντα τὸν ἄρτον αὐτοῦ δηλοῦν τοῦτον καθίστας ἐμφανῶς, καὶ τὸν ἐπαίροντα μηδόλως τὸν πτέρνην αὐτοῦ. τὸ γε μὴν εἰς Χριστὸν δυσσεβείας καὶ μιαιφονίας ἡγεμόνα, καὶ πανούργου, καὶ πάντων κακῶν κατασκευαστὴν εἰσεπεπηδηκέναι φησὶν ὁ Εὐαγγελιστὴς εἰς τὸν τοῦ προδότου καρδίαν, καὶ ὅλον οὐ αὐτῷ χωρεῖν τὸν Σατανᾶν μὴ τὸν ἐπιδοῦναι τὸν ψωμίον καὶ μήτις οἰέσθω πάλιν, τῷ διαλαβεῖν τὸν Σατανᾶν ὅλον ψωμίον καταλαβεῖν τὸν προδότην. ὁ γὰρ εἰς τοσοῦτον ἀποπληξίας ἥξομεν μέτρον, ἀλλ' οὐδὲ τὸν καθηκόντως ἅπαντες ὁμολογοῦντες φρενοῦν, εἰσόδου παρέφασιν δεδόσθαι τῷ πονηρῷ τὴν ἀλογίαν ὑποτοπησόμεθα, ἐκεῖνο μᾶλλον ἐροῦμεν οὐκ ἔξω τὸν ἀληθείας τὸν ἐπ' αὐτῷ καθιστάντες λόγον. ὅτῳ γὰρ ἀπάσης ἀγάπης εἰς αὐτὸν τετελεσμένης, καὶ οὐδενὸς ὃ προδότης ἐλλείποντος τὸν τελειωτάτοις ἡμῖν καὶ δηλήσεσιν, καὶ αὐτῷ εἴχετο ἀσυνδιασμῷ, ὁ τοῖς μεταγνώσεσι τὸ κακῶς δόξαν ἐπανορθούμενος, ὁ μαθίσταται τὴν καρδίαν ἐκ τῆς ἀθέσμου βουλῆς, ὁ δακρύροοσας ὅλως ἐφ' οἷς καὶ μόνον ἐνθυμεῖσθαι πεπάλμεκεν, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἀνήσας τὸν δυσσεβείας ὄρεγε, δηλονότι μιμνῄσκεσθαι κελεύω, εἰσῆλθε λοιπὸν ὁ Σατανᾶς, καθάπερ τινὰ πύλην τὸν φυλακῆσαι ἐρήμην ἀφύλακτον ἀπαντεχομένην αὐτοῦ τὴν καρδίαν

ἀνρῶν, καὶ ἀχύρωτον ὄντα λογισάμενος τὸν νοῦν, θερμόν τι ἤδη πρὸς τὸ βούλεσθαι δρᾶν, ἀπὸ δὲ ἑτέλη καὶ διαπέψηται. τετειμένον γὰρ ὡς ἀπὸ τοῦτο τὸ πονηρὸν, διὰ πάσης ὡσανεὶ ἰόντες τὰ γεγραμμένα χάρτης ἀνρήσομεν. πρόσεστι μὴν γὰρ καὶ ἡ ἀρχαῖος τὸ τὸ σιδηρομίσων τὸν Θεὸν δοκιμάζων καρδίας, καὶ πονηρὰς ἐν αὐτοῖς καταπείρων λογισμούς, καὶ πρὸς εἰς τὸ φαῦλον ἡδονάς, πρὸς πᾶν εἶδος ἡμᾶς ἐρεθίζων πλημμελείας· μάλιστα γὰρ πρὸς ἐκεῖνο πάσχει βαρεῖ, πρὸς ὅταν αὐ βλέπῃ πρεπαπονηθέντας ἤδη, καὶ πρεπτωκότας. συνεργάτιν γὰρ ὡσανεὶ τῆς ἑαυτοῦ δυσροπίας ἀεί πως δέχεται τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν, καὶ τὸ πρὸ ἀδικοῦντος πάθος τὸν ἡμέτερον νοῦν· οἷς φέρε εἰπεῖν, πρὸ ἐνοχλοῦντι τῇ δεινῇ τυχόν, καὶ θερμῶν ἐπάγεται τὸ ἄθεσμον. ὃ δὴ ἀρχικῆς ἡδονῆς βδελυρώτατον κίνημα· ἕτερον γὰρ ὃ κερδῶν ἡπᾶσθαι κακῶν, καὶ ἀθέσμων χρημάτων πρεσμὸν ἄξιον εἶναι δοκεῖ πῶς καὶ τοῦτο τετιμῆσθαι. ὅταν οὖν πρεσῇ μαχόμενος, συνόπλους ποιεῖται τὸ πρεσκρατοῦντα ἐν ἡμῖν, καὶ πρὸ πολεμοῦντα πάθος, καὶ δι' ἐκείνου πάντως λιμὴν τὴν ἀπωλείας μηχανᾶται ζῆσον. ὡσανεὶ γὰρ εἴ τις τὴν ἀρίστα πολεμεῖν εἰωθότων, πάλιν ἁπλῶς κύκλῳ πρέχων, καὶ διὰ πάσης μηχανῆς εἰσελθεῖν ὅπῃ τὰ τοῦ τείχους ἀσθενικώτατα μέρη, πρὸ σκοπίζεται καλῶς τὰς ἐλεπόλεις, ἀνεχώρησε ἀφροῦν εἰδώς· κἀγὼ τὴν αὐτὴν οἶμαι ζῆσον ὁ Σατανᾶς, ὅτι τὰ αὐθεκτοῦ ψυχῆς ἐκπολιορκῆσαι βούλεται, πρὸς ὃ ἀπορῆσαι μέρος ἐν αὐτῇ χωρῇ, καθαρεύειν ὕπνος ἀνεχόλως εἰδώς, ὅταν ἴδῃ μάλιστα μηδεμίαν ὑπιδεχομένην ὅπνον, δι' ὧν ἐκεῖ εἰκὸς ἀδικεῖσθαι τὸ πάθος, οἷς εἰσηγήσεις ἀγαθὰς, τοὺς ἐπ' ἀνδρείᾳ πρόξυσμούς, τοὺς εἰς θεοσέβειαν ἐπομοήσεις, καὶ τὴν μυστικὴν εὐλογίαν. καθαρχεῖ γὰρ μάλιστα δὴ τοῦτο τοῦ διαβόλου τὸν ἀνθρωκτόνον γόον. ἐκεῖνο ὁ πρεσβότης οὐκ ἐλέγχος ἐδυσωπήθη τοὺς ἐπὶ λελησθότως καὶ ὁ πρεσβεβουτῶ πρεκεκομισμένους, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἄμαχον τὴν ἀγάπης ἰσχύν, τὴν τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ χάριν, τὴν τὴν εὐλογίαν τὴν πρὸ Χριστοῦ· ἀπερισκέπτως γὰρ ὡσανεὶ καὶ ἀπεκκαίοντι πάνυ πρὸς ἐκεῖνο καὶ μόνον ὁρῶν, εἰς ὅταν ἤδη πρεσῇπτο, τῆς φιλοκερδείας τὸ σπιλὰς φημὶ, λοιπὸν ὁλοκλήρως ἤλω τε καὶ πέπωκεν. τὴν γὰρ ἔτι σύμβουλον ἔχει τὴν Σατανᾶν, ἀλλ' ὅλης ἤδη τῆς καρδίας διεστώσης, καὶ κατεξουσιασθείσης ποιεῖται τῆς ἑαυτοῦ δόξης, τὸ ἀρχαῖς ψευδεύζοντα. εἰσῆλθε γὰρ εἰς αὐτὸν, καὶ τὸ τοῦ διαβόλου φωνῶ. φυλακτέον οὖν ἀρα, καὶ πάντα ἀνὴρ πρὸ πάντων ἐν τοῖς πρὸς καθ' ἡμῶν

A reperiens, & animum porta vacuum aſpiciens, & ad agendum quod vellet ac ſtatueret oppido ſtrenuum. Quod quidem tritum ac familiare eſſe MALO, in Scripturis diuinis paſſim comperiemus. Accedit enim primùm tentans corda cultorum Dei, & malas imprimis cogitationes inſerit, atque libidinibus improbis ad omne genus peccati nos impellit, ſed eò maximè infeſtus ruit, qua parte nos ante ſauciatos ac debilitatos viderit. Infirmitatem quippe noſtram, &
B affectum cui animus ante ſuccubuerit, peruerſitatis ſuæ adiutricem capit. Exempli gratia, Quidam carnalis voluptatis deteſtabili motu æſtuat: alter turpis lucri & impiarum pecuniarum cupiditatem in pretio habet. Cum ergo ad pugnam acceſſerit, perturbationem illam quæ in nobis prævaluit ac vicit, ad nos expugnandos arripit, & per eam vtique
C nobis exitij modum machinatur. Quemadmodum enim egregius dux & imperator exercitus cum vrbem aliquam obſidione cinxit, debilioribus muri partibus machinas admouet, quibus ingreſſum in vrbem parari, eamque capi commodè poſſe nouit: eodem opinor modo Satanas, cum expugnare vult hominis animam, ad debiliorem eius partem ſe confert, ſperans ſe hac ratione facile eam euerſurum, maximè cum viderit inde nullam vtilitatem capere, vnde par
D eſt perturbationem reprimi, cuiuſmodi ſunt admonitiones bonæ, ad fortitudinem, & ad pietatem, & ad myſticam Eulogiam exhortationes. hoc enim maximè Diaboli filium illum homicidam profligat. Igitur proditor non reprehenſionum, quæ ſub obſcure adhuc fiebant, pudore tactus eſt, ſed neque dilectionis vim, non honorem, gloriam, atque gratiam, non Eulogiam quam à
E Chriſto accepit reueritus, verum temerè & contumaciter in eo hærens cui ante ſuccubuerat auaritiæ morbo, tandem totus captus eſt ac cecidit. Nec enim amplius ſuaſorem habet Satanam, ſed iam totius cordis ſui dominum ac mentis ſuæ rectorem facit eum qui primùm fuerat inſuſurrator. Ingreſſus enim eſt in eum, vt eſt in Euangelio. Cauendæ itaque & omni ope remouendæ ſunt cupiditates animi, vnde ſecutura

animi, vnde secutura detrimenta nouimus: sed & meminisse oportet dicentis, Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te locum tuum ne dimiseris ei, quia sanatio cessare faciet peccata magna. Necesse est enim vi cogitationũ in nostris cordibus corroborari dominantis spiritum. Nam licet potestatis nostræ non sit facere, ne tales spiritus, id est cogitationes in mentem nostram ascendant, possumus tamen quod ascenderit eiicere, nec committere vt magnas propter negligentiam nostram in mente nostra agat radices: Sed veluti quoddam amaritudinis initium confestim excindere, ac mentem molestia vacuam reddere: alioqui dubitandum non est quin paulatim Satanas vincat blanditiis, nobisque id eueniat quod ait Psalmista, *Priusquam humiliarer ego deliqui*. Ante peccati enim consummationem delinquimus cogitationum conscientiâ, illud honorantes, ac suscipientes, & per hoc ingressus locum Satanæ tribuentes. Cuius rei figura nobis & imago erit proditoris casus.

A ζημίας· χρεὼν δὲ δύν᾽ ὀφθ. μεμνῆσθαι τῦ λέγοντος, ἐὰν πνεῦμα τῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῆ ἐπὶ σὲ, τόπον σου μὴ ἀφῆς, ὅτι ἴαμα καθαπαύσει ἁμαρτίας μεγάλας. ἀνάγκη γὰρ ἀναπίζεσθαί πως ἐν διανοίαις λογισμὸν ταῖς ἡμετέραις καρδίαις ὑπ᾽ ἐξουσιάζοντος πνεύματος. εἰ γὰρ ἐν ἡμῖν ὃ διώκεσθαι ὀφθ. κωλύσῃ, τῦτό γε πάλιν ἐν ἡμῖν, ὃ κολάζειν ἀνθρώπινον ἀδικῆμα ὃ ἀνελθόν, & μὴ ὑπηρέτειν ῥιζοῦσθαι ταῖς ἐκ παθημάτων ὁρμαῖς, ἀλλ᾽ ὥσπερ
B ἴνα πικρίας ἀρχὴν ἀποτέμνῃ ἐπιτίθεσθαι, καὶ ἀπερείσχλητον ἐᾶναι θλῖψαι τὴν νοῦν· ἤρκει εἰδέναι σοφὸν, ὅτι νικήσας τὸν βραχὺ κολακεύοντα ὁ Σατανᾶς, καὶ παθοποιῶν αὐτὸν τοιοῦτον, οἷόν φησι, τὸν με ταπεινωθῆναι ἐγὼ ἐπλημμέλησα. ἀνθ᾽ ὧν τὸν παλιν τελείως πλὴν ἁμαρτίας, ἀνθ᾽ ὧν πλημμελοῦμεν ἡμεῖς τῇ συνειδότι τῶν λογισμῶν, πιμπλῶντες αὐτὸν, & καθ᾽ ἡμέραν, καὶ τόπον εἰσόδου διδόντες διὰ τούτου τῷ Σατανᾷ. ἔσται
C δὲ τύπος καὶ εἰκὼν τῦ πράγματος τῦ προδότου ὁ πάθος.

Et dixit ei IESVS, *Quod facis, fac citius. Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei.*

Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον. τῦτο δὲ τῶν ἐν τῇ ἀνακειμένων πρὸς τί εἶπεν αὐτῷ.

Dissonus forte, nec multum consentaneus antedictis videri possit textus propositus. Curenim, dicet aliquis, neque id abs re, cum clam argueret, nec clarè Dominus ab impia cæde proditorem auerteret, nunc ad eam instigare videtur, & hortari vt tam detestabile támque impium facinus strenuè aggrediatur? At quid necesse erat, inquit, hominem per se satis incitatum eò impellere, cum præstaret admonitionibus in melius reuocare, & à proposito ipsum consilio auertere? Et quidem erit qui absurdum esse fateatur, quod hîc inclamat Christus: veruntamen si propositi loci sensum acutiùs inspexerit, nihil absurdè dictum comperiet, E sed acrem potiussubesse sensum, quem ego pro virili paucis conabor explicare. Prudentissimè itaque sapiens Euangelista superius dixit ipsum Satanam in cor proditoris prius irrupisse atque introisse, vt videretur tandem Dominus noster IESVS CHRISTVS ipsi potius quàm ei qui reapse ac verè ab ipso per

Ἀπᾴδον μὲν ἴσως, & ὑσφόρα συμβαῖνον τοῖς ἤδη προφημένοις δόξει αὖ τῳ τυχὸν ὃ προκείμενον. ἀνόητον γὰρ δὴ φήσει αὖ, ἢ οὐκ ἀπὸ σκοπῦ, διελέγχων κεκρυμμένως, & οὐκ εὐαρχῶς ἀποστρέφων ὁ κύριος τῆς εἰς αὐτὸν μιαφονίας τὸν προδιδόναι σπουδάζοντα, νῦν πρὸς αὐτὸν παρορμῶν ὁρᾶται, ἀμέμπτῳ ἢ βαδίζειν πρὸς ὃ ἄπτων μυσαρόν τε & αἴσιον διεκβαίνειν σπούδασμα; καὶ τοι τί μᾶλλον τὸν οἰκοθεν ἕδρᾳ νοσοῦντα παρορμῶμεν, φησὶ πρὸς τῦτο, ἢ τεθνηκότων ἐξ ἑαυτῦ, ἢ μᾶλλον αἰσθάνεσθαι τοῖς νεκροῖς ὅπερ ὄφελον, καὶ τὸν προπετείσης αὐτὸν αἰσχύνης βουλῆς; ἢ δοίη μὲν ἂν τις σφόδρα τῶν φρένα πάντως διεφθαρκέναι λογισμὸν τὸν ἐπὶ τούτῳ καθολοῦ, ὀξυωπίσειεν ἂν μᾶλλον τῆς ἐν τῷ προκειμένῳ θεωρήματι * ἐπείρας τὸν νοῦν, ἀπόπτως μὲν οὐδὲν εἰρηκότων δύνασθαι, σκιαειδῆ δὲ μᾶλλον αὐτῆς ἐναπερχομένων σκιαῖσιν, ἵν᾽ & ὅπως δὴ διαιωμεν ἀφ᾽ βραχέων εἰπεῖν πειράσομαι. προγινωσκόντα τοίνυν τοῖς προλαβοῦσιν ὁ σοφὸς διαλῃστὴς προφασπίσας & εἰσελθεῖν εἰς τὸν τῦ προδότου καρδίας αὐτὸν ἔφη τὸν Σατανᾶν, ἵνα φαίνηται λοιπὸν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς αὐτῷ μᾶλλον, ἤπερ ὄντως τε & ἀληθῶς τῷ πρὸ αὐτῦ δι᾽

* x. ἀκριβῶς

ἀπροσηξίας κεκρατηκώς, ὁ ποιῆς, ποίησον τάχιον.
ὅμοιον γὰρ, ὡς εἰ λέγοι Σαφῶς, Τὸ σὸν ἔργον ὅπερ οἶδα μόνον, καὶ δρᾷν ἀεί σοι φίλον ὦ Σατανᾶ, ποίησον τάχιον· ἀπέκτεινας τοὺς προφήτας, ἐσφαπήλας γὰρ εἰς ἀσέβειαν Ἰουδαίους, καὶ τότε καταλιθοῦσθαι παρεσκευάσας τοὺς τὸ σωτήριον τῷ Ἰσραὴλ προσβοῶντας λόγον, οὐδενὸς ἐφείσω τῶν ἀπεσταλμένων παρὰ Θεοῦ· πᾶσιν εἰς αὐτοὺς ἀπεδείξω τὸν ὠμὸν λόγον ὠμότητα καὶ μανίας ὑπερβολήν. ἥκω τοιγαροῦν μετ' ἐκείνους ἐγὼ, τοῖς νῦν ἔτι πλανωμένοις καὶ μηκέτι πλανᾶσθαι δώσω, τοῖς ἐν σκότει καταρθῶν καὶ ἐν φωτὶ ἡμᾶς παρήσω, τοῖς εἰς πλησμονὴν παγίδα καταλιθήσασι, καὶ θήρευμα τῶν γενομένοις ὠμότητος, καὶ ἔξω βρόχων ἡμᾶς διαφύγουσι. ἥκω τὰ πολλὰ σὲ τυραννούσης ἁμαρτίας καταλύσων καὶ κράτος, καὶ τίς ὁ φύσει Θεὸς ὅπασι δείξων τῷ ἀνθρώπῳ πάντι· ἀλλ' οἶδα λοιπὸν καὶ μετρίως τὸν ἀπήθανσον φρένα. ὅσον οὖν ἔτος σοι τολμᾶν, ὅτι τοῖς τὰ τοιαῦτα καταρθοῦν ἐθέλουσι, παρέπε καὶ νῦν. ἀνιάσας γὰρ ὑδαμῶς ὅτι πίπτων ἐξεῖ, καὶ στόδρα δριμὺς εἰς κείνθυος, ὅσον ἀν ἔσῃ ὁ πάντος δι' ἐμοῦ βασάνου σε δεχθῆ. καὶ τοιγαροῦν τὰ ἐμοῦ σωτῆρος τὰ ῥήματα τῶν προκειμένων ἀναμιμνήσκεσθαί πως ὑπολαμβάνω· ὅπλα χύνεται γὰρ ἀφ' ὧν παρεσκεύασται τὰ τολμήματα, φέρε δὴ πάλιν διασκεψώμεθα. καίτοι πόθεν μοι ὁ τῆς ἀνοσίου διείσκεται δράσους, ἐμπαροιμιώδη ἀκαθέκτως ἐλαύνων ἀσπίδ. παρεσκεύασαν γὰρ ὄξει αἰκίσματα, καὶ δυσφήμων ὄχλον ὁ φορητὸν, πληγὰς, καὶ ἐμπτύσματα, καὶ ὃ τελευταῖον ἐλεεινὸν τὸ ὅτι ξύλῳ θάνατον, ἦλους, καὶ σανίδι, ὄξος, καὶ χολὴν, καὶ τὰ ἐκ λόγχης τραύματα· τί τοιγαροῦν ὅτι ἀπεύδει, φησὶ, καὶ ἀμύητα δρᾶσι βάλεται παρὰ δι' ὃ βούλου τὰ ὅτι τῶν πάθη τολμήματα; καὶ γὰρ ὑπερέπαι γεγόνασιν Ἰουδαῖοι καὶ ὑπουργοὶ τοῦ κακοῦ. ἀλλ' ἐκείνῳ τὸ πᾶν ὅτι θήσομεν στρατηγοῦντι παρὸς μιαφονίας, καὶ ἀπάρχων ἐξαρχοντι τοῦ κακοῦ· ἀλλ' εἰ καὶ σφόδρα δεινὰ τὰ εἰς Χριστὸν τοῦ θεοσέβειν Ἰουδαίων τολμήματα, καὶ ἀφόρητος ἦν σταυροπαθούντων ἡ ὕβρις, ἀλλ' ἦδη τῶν πάθους τὸ πέρας, καὶ τὸ σκοτεῦον ἀποβησόμενον. ἔμελλε γὰρ ἀφ' ἡμίου σταυροῦσθαι μὴ εἰς τὸ πάντελες λύσιν τῆς διαβόλου τυραννίδος, καταργεῖσθαι θάνατος, καὶ τὸ φθορᾶς ἀφαμίζεσθαι κράτος, ἀπολύεσθαί τε τῆς ἀρχαίας ἐκείνης ἀρᾶς τὸ ἀνθρώπινον γένος, ἀρήσειν παρεσκεύαστο λοιπὸν ἐκ φιλανθρωπίας καὶ χάριτος τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, τὸ, γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. ἔμελλεν ἀνύμνα

A negligentiam victus fuerat dicere, *Quod facis, fac cito* Idem enim est ac si apertè diceret, Tuum opus, quod vnum nosti & facere soles, ô Satana, fac citò. Occidisti Prophetas, Iudæis quippe ad impietatem ducem te præbuisti, & lapidandos curasti qui salutarem Israëli doctrinam nunciabant, nemini eorum qui à Deo missi sunt pepercisti: omne crudelitatis & furoris genus vltra modum exercuisti. Venio igitur post illos ego, errantibus daturus vt non amplius errent, in tenebris degentes in luce diuina collocaturus, in tuos laqueos lapsos ac tuæ crudelitatis præda factos, tuis vinculis expediturus. Venio peccati propter te regnantis euersurus tyrannidem, & quis sit naturâ Deus omni homini patefacturus. Sed apprimè noui efferatum tuum animum. Quod ergo audere soles, fac etiamnum. Nequaquam enim me lædes tamersi infestus tuas, donec aduenerit passio. Atque his ego verbis Seruatoris loci propositi sensum quodammodo subinnui opinor: sed cur facinus accelerari iubeat, age denuò consideremus. Grauissima quippe est Iudæorum impiorum audacia, incredibili furore in eum sæuire meditantium. Flagra enim, & maledicorum turba intolerabilis, plagæ, sputa, ad extremum miserabilis mors in ligno, claui, crux, acetum, & fel, & ex hasta vulnus eum manebant. Quid ergo festinat, inquit, ac sine mora vult à Diabolo peragi passionis nefarium facinus? ministri enim & executores malorum horum fuere Iudæi: ipsi tamen vt omnium duci & in cædem Christi coniurationum atque primitiarum malorum principi totum adscribemus Atqui licet acerbissima quæque à Iudæis in Christum implerent, & intolerabilis esset crucifigentium furor, passionis tamen exitum, & quid hinc euenturum esset nouerat: euersum iri nempe funditus per venerandam crucem Diaboli tyrannidem, mortem destructum iri, & corruptionis delendum imperium, & vetere illo maledicto liberandum genus humanum, adeóque benignitate & gratia Seruatoris nostri Christi cessaturum illud, Terra es, & in terram reuerteris. Omnem

Gen. 3. 19
Ps. 107. 42.

iniquitatem oppilaturam os ſuum, iuxta Prophetæ vocem, nec amplius ſibi obnoxios accuſaturam, & delendos planè quotquot in orbe terrarum Deum verum, naturalem, & vnicum non norant, quotquot verò fide in Chriſtum iuſtificati ſunt, iis paradiſi ianuam aperiendam: ſupremis inferiora hæc coniungenda, & apertum quidem iri cælum, iuxta Seruatoris vocem, ſanctorum autem Angelorum ordines aſcenſuros ac deſcenſuros ſupra Filium hominis. Cum tot igitur bona ſpectarentur, ac tam clara ſpes nobis per ſalutarem crucem rurſus excitaretur, quomodo neceſſe non erat vt qui noſtram ſalutem tantopere optabat, atque eam ob rem factus erat homo ſicuti nos, abſque tamen peccato, optatiſſimum hoc tempus videre percuperet? quî verò neceſſe non erat vt qui mali nihil nouerat, diabolicæ nequitiæ molitiones contemneret, & ad tam claræ feſtiuitatis optatiſſimum tempus properaret? Ignoranti ergo Satanæ ſibi bellum parari, neſcientique prorſus patibulum crucis ſtruendo datum iri ſeipſum præcipitem, Seruator aiebat, *Quod facis, fac citius.* Interminantis enim potius quàm adhortantis eſt oratio. Quemadmodum enim ſiquis iuuenis inſigni robore præditus irruentem magno impetu quemdam viderit, & acuta ſecuri dextræ aptatâ, gnarus à ſe interfectum iri aduerſarium, exclamet, quod facis, fac citius, experiere enim dextræ meæ robur: nemo certè dixerit vocem hanc eſſe mori volentis, ſed præſcientis potius de aduerſario victoriam ſe reportaturum: ita Dominus noſter IESVS CHRISTVS contendere curſu quodammodo iubet Satanã ad nefarium ſuum facinus. Iam enim efficiet vt videatur in præceps datus hominum perditor, & orbis terrarum tyranni illius ac victoris impotentia liberetur, quem fraude ſua ſic oppreſſit, vt & à vera in Deum fide auocarit. Ignorant porrò diſcipuli vim ſermonis, non ſine diuina, vt videtur, ordinatione Chriſto hanc illis non reuelante: nam & alibi præmonſtrare videtur ſe traditum iri in manus peccatorum, & crucifigendum ſe, atque interficiendum, dieque tertia reſurrecturum, verùm præcipiens illis vti nemini prorſus hæc dicerent: prin-

πᾶσα, καὶ τὸ τοῦ προφήτου φωνῇ, ἐμφραχθήσεται στόμα αὐτῆς, καὶ κατηγορήσει μηδὲ ὀλίγα τῶν ἐπ' αὐτῇ γεγενημένων, ἀφανιζεσθαι δὲ πάντας ἐμέλλοντας καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τὴν ἀληθοῦς φύσεως, καὶ μόνον ὄντα εἰδότες Θεὸν, οἱ τὴν εἰς Χριστὸν διὰ πίστεως, αἰωνίοις ἀγαθοῖς λειπόμενοι τῆς παραδείσου προσοδοκῶντο πύλης· ἔμελλε τοῖς μὲν πάτω τὰ κάτω συναπολεῖσθαι, καὶ μηδὲ γενέσθαι μηδὲ ὄνειρος, καὶ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν· τὰ δὲ τῶν ἀγίων ἀγγέλων βήματα ἀναβαίνειν, καὶ καταβαίνειν ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. εἶτα τοσούτων εἰπὲ μοι προσδοκωμένων ἀγαθῶν, καὶ λαμπρᾶς οὔσης ἐλπίδος διὰ τοῦ σωτηρίου σταυροῦ, πῶς οὐκ ἔδει τὸν ἡμέτερον διψῆσαι σωτηρίαν, διό τε τοῦτο, καὶ δι' ἡμᾶς γεγονότα χωρὶς ἁμαρτίας, τὸν ὕπνον προπόθητον ἐπείγεσθαι βλέπειν ἤδη παρόντα καιρόν; πῶς δὲ οὐκ ἐχρῆν τὸν ἐσθλὸν εἰδότα κακὸν, καταφρονῆσαι μὲν τῆς ὅλης διαβολικῆς κακουργίας ἐσκυλασμένον, ἐπείγεσθαι δὲ μᾶλλον ἐλθεῖν εἰς τὸν προπόθητον καιρὸν τῆς ὕπνου λαμπρᾶς ἑορτῆς; οὐκ εἰδότι ζημιοῦν τὴν βουλὴν, ὅτι τῆς ἑαυτοῦ καταστρατεύεται κεφαλῆς, ἀγνοοῦντι τε πάντελῶς, ὅτι καὶ κρημνοῦ πέλας, τὸ ὑπὲρ τοῦ σταυροῦ διψῆσαι θάνατον, ἔφασκεν ὁ σωτὴρ, ὃ ποιεῖς ποίησον τάχιον. ἀπειλοῦντος γὰρ μᾶλλον ἢ παρακέλευσις ὁ λόγος ἐστίν. ὥσπερ γὰρ νεανίας παρὰ ἥβης, καὶ καλὸς, καὶ σφριγῶν τὴν ἔχων ἐν τοῖς σώμασι δύναμιν, ὁρᾷ μὴν ἐφ' ἑαυτὸν δρομαῖον ἱππότην τάχιστα, ὀξὺ δὲ πελέκει τὴν δεξιὰν ἁρμόσας, καὶ εἰδὼς, ὅτι πεφυκὸς πάντως ἐλθὼν, ἀναφήσεται τυχὸν, ὃ ποιεῖς, ποίει τάχιον· ὅλη γὰρ τῆς ἐμῆς δεξιᾶς τὴν δύναμιν· καὶ ἴδοι που πεφυκὼς ἂν οὐδαμοῦ ἀναβαλλόμενος ἐρρῆσθαι τὸ ῥῆμα· παρακελεύσεται μᾶλλον ὅτι νικήσῃ, καὶ φθείρας τὸν κακῶν ἐλθόντος αὐτοῦ· ὅταν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὀξυτέρῳ ξίφει τινὰ κεχρημένος καλῇ δρόμῳ τὸν βλασφημοῦντα εἰς τὸ ἅγιον αὐτοῦ πνεῦμα. δείξει γὰρ ἤδη πεσόντα βλάβας τὸν ἀληθείου, ἐλευθέραν τε τὴν οἰκουμένην ἰδὼν τῷ πάλαι κρατήσαντος ὑπὸ πλεονεξίας καὶ νενικηκότος, ὡς ἐξ ἀπάτης, ὡς δὲ τῆς εἰς Θεὸν ἀποστάσης πίστεως. ἀγνοοῦσι γοῦν οἱ μαθηταὶ τὸ λόγου τὴν δύναμιν, οἰκονομικῶς, ὡς εἰκὸς, οὐκ ἀποκαλύψαντος αὐτοῖς τοῦ Χριστοῦ, ἐπεὶ καὶ ἀλλαχοῦ φαίνεται προδιδάσκων μὲν, ὅτι παραδοθήσεται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν, καὶ ὅτι σταυρωθήσεται, καὶ ἀποκτανθήσεται, καὶ ἀναστήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ. πρὸς γνώμους δὲ μαθητὴν ἀλλοῖα λαλεῖν. σκοπὸς γὰρ ἦν αὐτῷ λαθεῖν τὸν ἀρ-

χοντα τῦ αἰῶνος τούτου, τὴς ἀληθῶς καὶ φύσει ὄντος, A
ἵνα καὶ ἑλθὼν σταυρωθῇ, καὶ σταυρωθεὶς ἀνέλῃ τὸν θάνατον, καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσι καταρξάσῃ τὴν σωτηρίας. κεκαλυμμένως τοιγαροῦν, οἰκονομικῶς τὰ πλάσματα τῶν λεγομένων. πάντα γὰρ οἶδεν, ὡς Θεὸς τὰ συμφέροντα.

Τινὲς δὲ ἐδόκουν, ἐπεὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχεν ὁ Ἰούδας, ὅτι εἶπεν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, ἀγόρασον ὧν χρείαν ἔχομεν εἰς τὴν ἑορτήν, ἢ τοῖς πτωχοῖς ἵνα τι δῷ. B

Οὐ συνιέντες οἱ μαθηταὶ τὸν λόγου τὴν δυνάμιν, ὅτι τοῖ σωτῆρος ὑπονοίας διαπίπτουσι πρόχειροι, καὶ ἅπερ ἐν ἔθος τοῦ σωτῆρι προστάττειν, τοῦτο πάλιν αὐτὸν οἴονται δηλοῦν. εἰ γὰρ ὅσης τῆς ἑορτῆς προσδόκησάν τινα εἰς αὐτὸν ὑπηρεσίαν ἐκπεμπεσθαι καλῶς αὐτῷ τοῦ γλωσσοκόμου ἔχοντι, ἤγουν μᾶλλον ὃ αὐτῷ προεπιτάξαν ἐξωνοῦσαι προστάττειν, τοῦτ' ἔστι, τοῖς δεομένοις ἐπιτρέψαι δωρεάν, καθό γε τῶν προσκομιζομένων C μέσον. χρηστὸς γὰρ καὶ ἐλεήμων ὁ κύριος, καὶ ὃ γεγραμμένον. ἀρίστου δὲ σφόδρα καὶ λίαν αὐτοῖς ὁ τοῦ πράγματος ὑπεθέσπισεν τύπος. χρῶμαι γὰρ οἷμαι τοῖς ἑορτάζειν ἐθέλουσιν, καθαρῶς τε καὶ ἀρεστόντως Θεῷ, καὶ μόνης τῆς σφῶν αὐτῶν ἡδυμίας ποιεῖσθαι λόγον, ἀλλὰ ὅπως αὖ καὶ μόνοι ἀφθονεῖν ἱλαρῶς προσῶν, σωματικὴν πλεῖον ἢ μᾶλλον τῇ οἰκείᾳ φροντίδι, καὶ τὸ ὅτι τοῖς δεομένοις φιλῶ. τότε γὰρ τότε τὴς εἰς ἀλλήλους ἀγάπης ἀποπληροῦντες νόμον, ἑορτὴν ὄντως πνευματικὴν ἐπιτελέσομεν τῷ σωτῆρι Χριστῷ. διαφέρει καὶ ὁ παλαιὸς τοῖς Ἰουδαίοις διδαχθεὶς νόμος ἐν τῇ τοῦ μάννα συλλογῇ, ἃ μόνοις αὐτοῖς ἐφίκοι συλλέγειν τοῖς τῦτο προσῶν ἰσχύουσι· ἕκαστος γάρ, φησι, καὶ τοῖς συσκήνοις ὑμῶν συλλέξατε. εἰ γάρ τις ἠπόρησε τὸ ὁμοσκήνων αὐτοῖς, οἱ μὴ τῦτο πεπονθότες, χαριζόντες ὡσπερ αὐτῷ τὴν ἰδίαν ἰσχύν, συνεκόμιζον τῷ οἰκείῳ μέτρῳ, καὶ ὃ τοῖς ἑτέροις ἄρχων, ἵνα καὶ ὃ γεγραμμένον, ὁ πολὺ ὃ πολύ, μὴ πλεονάσῃ, ὁ δὲ ὀλίγον ὃ ἔλαττον, μὴ ἐλαττωθῇ. οὕτω γὰρ ἐν ἀναφορᾷ τινος ἰσοτιμίας, τὴν τε ἰσότητος ἅπασι συζεύξαι λόγον. ἀδικεῖ τοιγαροῦν τὸν τῆς ἁγίας ἑορτῆς παρέποντα τύπον, ὁ μὴ τῇ οἰκείᾳ φροντίδι τὴν τῶν δεομένων συνδιαμιγείς. εἴη γὰρ ἂν ὄντως ἑορτὴ τελεία ὃ συνάμμα.

Λαζὼν δὲ ὃ ψωμίον, ἐξῆλθεν εὐθέως. ἦν δὲ νύξ, ὅτε ἐξῆλθον.

cipem quippe seculi huius celare suam naturã sibi proposuerat, vt postquam & venissет crucifigeretur, & in cruce actus mortem euerteret, & credentibus in ipsum salutẽ perficeret. Occultat igitur ex dispensationis ordine pleraque eorum quæ dicuntur. Sciebat enim, vt Deus, quæcunque conducerent.

v.29. *Quidam enim putabant, quia loculos habebat, quod dixisset ei* IESVS, *Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret.*

Cum non intelligerent discipuli quid sibi vellent verba Seruatoris, ad familiares & vulgatas suspiciones vertuntur illico, & quæ Seruator imperare solebat, hæc rursus eum indicare existimant. Die namque festo imminente crediderunt ei qui marsupium habebat mandatum vt nonnihil emeret, quod ad festum esset idoneum: aut certè, quod ei magnæ imprimis curæ erat, imperatum vt egenis ex oblatis rebus pro earum subministraret modo necessaria. Bonus enim ac misericors Dominus, vt scriptum est. Præclarum verò nobis etiam ipsis exemplum hinc proponitur. Oportere quippe arbitror vt qui purè & iuxta Dei placitum festum diem agere volunt, non solùm lætitiæ suæ rationem habeant, neque prouideant quomodo soli ipsi cum hilaritate eum peragant, sed ad curam suam misericordiam in egenos adiungant. Tunc enim aliorum erga alios dilectionis legem implentes, festum reuera spiritale Seruatori Christo peragemus. Idcirco & Lex olim Iudæis tradita de manna colligendo, non solũ sibi colligere permittit iis qui facere stud possint: *vnusquisque* enim, inquit, *& conturbernalibus vestris colligite.* Nam *Exo. 16. 16.* si aliquis contubernalium viribus caruisset, quibus robur integrum erat, vires ei suas quodammodo commodantes, vnà mensura sua etiam quod aliis sufficeret comportabant, vt iuxta scripturam, qui multum, ei non superesset, qui autẽ minus, non deesset. Sic enim hoc veluti quodam temperamento æqualitatis ratio cunctis seruari poterat. Ordinem igitur & formulam sanctis festis conueniẽtem violat, qui suæ curæ pauperum curam non admiscet. Illa quippe coniunctio perfecta verè est festiuitas. *Ibid.*

v.30. *Quũ ergo accepisset ille buccellã, exiuit continuò: erat autem nox, quando exiuit.*

Diabolo ſtatim obſequitur, & æſtro veluti quodam ac ſtimulis incitatus domo exilit, nihilque ſibi perſuadet lucri ſtudio præſtabilius, & quod mirere, nihil vtilitatis eum ex Eulogia cepiſſe comperiemus, præ effrenato nimirum pecuniæ ſtudio. Quippe cum morbo illo prius teneretur, & peccati patrem in ſeipſo totum exprimeret, quò præceps ruat ne iam quidem miſer diſpicit. Noctem quippe veluti quandam & impiarum cogitationum vim toto pectore ſuſcipiens in profundum inferni ruit, & vt in Prouerbiis ſcriptum eſt, quaſi ceruus properat, ſagitta vulneratus in iecore, aut Pro.7.23 tanquam canis ad vincula, neſciens quia pro anima currit. Neque verò fruſtra mihi dixiſſe videtur Euangeliſta, *Quum accepiſſet buccellam, exiuit continuò.* Solet enim Satanas eos quos ſemel ceperit ſibique obnoxios fecerit acriùs vrgere, vt continuò mala perагant, & vt ſine mora imperata faciant cogere vel nolentes. Timet nempe forſan, quâ eſt ad maleficium peragendum mentis acrimonia, ne dum cunctatur ſubeunte pœnitentia, ad meliorem frugem homo ſe recipiat, & ex animo voluptatem quæ ad peccatum impellit ceu crapulam deponat, & ex eius laqueis ſeſe tandem expediat. Hanc ob cauſam inſtare perditorem illum ſuis ſubditis opinor, eoſque ad opus acrius vrgere, quod ſibi placuerit. Et quidem Iudam ſimul ac offulam ſumpſiſſet cogit illico, vt qui iam in ditionem ſuam tranſiſſet, ad tam impium facinus ſe quamprimum accingere, veritus, vt credibile eſt, ſimul cum pœnitentia vim quoque Eulogiæ, ne vtique in illius hominis corde lucis inſtar affulgens, eum ad bene agendi ſtudium reuocaret, eique ſaniorem mentem inderet, qui conſilium iam ceperat prodendi Seruatoris. Dæmonem quippe id contra nos facere ſolitum ex iis quæ figuratè geſta ſunt agnoſcemus. ſubmiſit quippe ſibi Iudæos Pharao in Ægypto degentes, eoſque luto & lateribus, aliiſque neceſſariis operibus tam acerbe vexari iuſſit, vt nullum orandi Dei tempus eis relinqueret. Ad operum quippe præfectos, *Grauentur*, inquit, *opera* Exo.5.9. *hominum istorum, neque vacent vanis ſermonibus*: vanos ſermones appellans libertatis ſtudium, vehementemque illius recuperandæ ardorem, ſer-

A Δεδεμένος ἅπαντα ὅπῃ ὁ τοῦ δεξιόλαβος δικεῖ, ἐκ καθαροῦ οἴστρου, ἐκ δεδομένης τῆς μικρᾶς ἐσθίας ἐξάλλεται· κρεῖττον γὰρ ὅλως οὐδὲν τῆς φιλοκερδείας ὄφελος, καὶ τὸ γε παράδοξον, οὐδὲν ὠφέλιμον εὑρήσομεν, δεξιᾶς τιμὴν ἀποδόσθαι αὐτὸν δηλονότι δυσκάθεκτον εἰς ὃ χρηματίζεσθαι ῥοπήν. προκαταληφθεὶς γὰρ τοῦ πάθους, ἐκ ὀλοκλήρου ἑαυτὸν τὸν ἁπάσης ἀνομίας ὑδίνων πατέρα, οὐδὲ ὅπου ποτὲ πέφυκε λοιπὸν ὁ δείλαιος διαισθάνεται. νύκτα γὰρ B οἷον ὥσπερ τινὰ, καὶ ζοφώδη διαλογισμῶν ἀνοσίων ὄγμον ἐφ' ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἐπισπώμενος, εἰς ἄβυσσον πυθμένα, καὶ εἰς πέλαγος κατωτάτω, καὶ κυρίᾳ τῇ ἀληθείᾳ λέγειν, ὡς ἔλαφος ἐπισπεύδει πεπληγὼς εἰς ὃ ἥπαρ τοξεύματι, ἢ ὡς κύων ὅπῃ δισμοὺς, οὐκ εἰδὼς ὅτι περὶ ψυχῆς πέφυκε. καί μοι μὴ μάτην εἰρηκέναι ὁ θεσπέσιος δοκεῖ μαθητὴς, ὅτι λαβὼν ὁ μιαρὸν ἐκεῖνος βύβλος. λέγω γὰρ ὁ Σατανᾶς εἰς ὃ τοῖς ἅπαξ ἁλοῦσι καὶ ὑπ' αὐτὸν γεγονόσι προσπίπτει βύβλος ἐξανύειν τὰ πονηρά, καὶ μηνύσεως ἁπάσης δίχα ὃ δοκοῦν αὐτῷ κατεργάζεσθαι, καὶ οὐκ ἐκόντας ἀναγκάσαι. δίδιεν ἴσως, πικρόν τι ἀεὶ φρονῶν καὶ δριμὺς εἰς κακουργίαν, μὴ ἄρα ὡς τὸ τοῖς ὑποβρύσασι πρὸς ἐξομολόγησιν μεταγνῶσις μεταβουλεύσασθαί τι τῆς ἀναξίων προδοσίας τὸ δόλιον, καὶ καθαρὸν ἅπαν μίσει ἀποθέσθαι τῆς νοὸς τὸ εἰς ἁμαρτίαν πρόθυμον, ἔξω τε παιδὸς ἑλκύσῃ τὸ πρὸς αὐτὸ τὸ ἥδιστον κατειλημμένον. ἀφ' ὑπονοίᾳ οἶμαι τὸ αἰτίας ὑποκαΐας τὸ ἀληθέστατον τοῖς ὑπ' αὐτὸν γεγονόσιν, εἰς τὸ θρᾶσος ἐπείγεσθαι καὶ μάλα γοργῶς τὸ ἀρέσκον αὐτῷ. ἐπὶ γοῦν τὸν Ἰούδαν μὲν τὸ ἥμιον εὐθὺς αἰσθάνεται λοιπὸν, ὡς ὑπὸ χεῖρα λαβὼν, ὅπῃ τὸ ὕστατον ἀσθενὲς ἰέναι προῆκεν, δεδιὼς κατὰ τὸ εἰκὸς ἅμα τῇ μεταγνώσει, καὶ πῃ ὁπὸ τῆς εὐλογίας δυνάμεως, μὴ ἄρα πως ἐν τῇ αὐθένους καρδίᾳ, φωτὸς ἀναλάμψασα δίκην, ἀναθουργεῖν διαπείσῃ προσελθοῦσα μᾶλλον αὐτὸν, ἤπερ τὸ φθέγμα τὸ γνήσιον ὑστέρησε, τοῦ καὶ προδοῦναι λοιπὸν διαπεπεισμένου. ὅτι γὰρ ἔθος τοῦτο προσῆν ἀεὶ καθ' ἑαυτοῦ τῷ δαίμονι, ἐκ ἀφ' ἑνὸς τούτου γεγονότων γνωσόμεθα. ἐποίησατο μὲν γὰρ ὑπὸ χεῖρα τοὺς Ἰουδαίους ὁ Φαραὼ κατ' Αἰγυπτίους ὄντας ἔτι, πολλῷ γε ἐκ πλινθεία, ἐκ τοῖς τοῦ ἔργων αἰσχροῖς καὶ κακοπαθείαις παρὼς ὑποπέσαι αὐτοὺς, ὥστε καὶ τοῖς πρὸς Θεὸν ἱκετείαις ἐνδιδοῦναι χρόνον. καὶ γοῦν πρὸς τοὺς τῶν ἔργων ὑποστάτας, βαρυνέσθω, φησὶ, τὰ ἔργα τοῦ ἀνθρώπου τούτου, καὶ μὴ μεριμνάτωσαν λόγοις κενοῖς· λόγους κενοὺς ὀνομάζων τὰς εἰς ἐλευθερίαν ἔξω δρομικὰς, καὶ

τὸν ὅτι τῇ δουλείᾳ θρηνῶν, καὶ τὸ ὅτι τῶν κρειττόνων A
ποθοσυχλῶ. Οὐκ ἀγνοεῖ γὰρ ἀφ' ὧν εἰς τοῦτο σκο-
λῆς, ἅμα μὲν ἐνδιατρίβοντας ὄνησιν. Ἀπὸ δὲ τῶν τύ-
πων ὅτι τελεῖ τὰ ἀληθέστερα θεωρήσειν ἰόντες ἐπί-
γνωσιν, κατεπείγοντα σφόδρα τὸν σατανᾶν διώκε-
σθαι, ποθεῖς δ' ἐκεῖνον ποθ' ἥδιον ἐκ παντὸς τοὺς
εἴσω πεισθέντας τῷ πρὸ αὐτοῦ δικτύου, καὶ ὁλοκλή-
ρους ἤδη κεκερατισμένους εἰς ὑποταγὴν τῷ δρε-
σκόντων αὐτῷ.

uitutis deplorationem, ac meliorum de-
siderium. Non ignorabat enim si ilthius-
modi rebus meditandis occuparentur,
non parum eis inde vtilitatis affuturum.
A figuris igitur ad veritatis agnitio-
nem delati, reperiemus Satanam af-
siduè vrgere eos quos semel intra sua
retia clauserit, & in obsequium suum
penitus adduxerit.

Ὅτε οὖν ἐξῆλθε, λέγει ὁ Ἰησοῦς· νῦν ἐδοξάσθη ὁ B
υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐ-
τῷ. εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ αὐτὸς δο-
ξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ, καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐ-
τόν.

v. 31. & 32. *Quum ergo exisset, dixit* Iesvs, *Nunc clarificatus est Filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarifica-
bit eum in semetipso, & continuò clarificabit eum.*

Ἐξῆλθε μὲν ὁ προδότης τῶν τοῦ Διαβόλου στρατη-
γημάτων ὑπηρετήσων· ἄρχεται δ' ὁ λόγου Χρι-
στὸς, οὐκ εἰς ἅπαντων ἀκοὰς τὰ μύστικα παρέπουσα
τοῖς γνησίοις λαλεῖν δῆλα, ὡς ἐν τούτῳ, καὶ διὰ τού-
του διδάσκων. οὐ γὰρ δίδοναι πρέπει τὸ ἅγιον τοῖς C
κυσὶ, κατὰ τὴν αὐτοῦ φωνὴν, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς ὑσὶν ἐν-
βεβλῆσθαι ποσὶ τοὺς μαργαρίτας ἐᾶν. ὅπερ οὖν ἔφη
καὶ πρότερον, ὡς ἂν εἰδὼς τὸν Διάβολον, τότε πει-
ρᾶται διδάσκειν καιρὸν καλοῦντος εἰς ἔργον, ἐν φ
φανερὸν ἔσται δῆλον. μετὰ τοίνυν τὴν προδότου πλὴν
ἀπόστασιν, ἐν τῇ ἑστίᾳ τὴν ἀποδρομὴν, διανοοῦ-
σθαι λοιπὸν, ὡς ἐν καιρῷ τῷ πρέποντι, τοῖς γνησίοις
τῶν μαθητῶν τὰ μυστήρια, ἐν φησὶ, νῦν ἐδοξά-
σθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· ἐν σημαίνει μὲν ἀφ' οὗ τού-
του τὸ σωτήριον πάθος, ὡς ὂν ἐπὶ θύραις τε καὶ ἤδη D
προεστώμενον μετὰ βραχύ. δεδοξάσθαι γοῦν τὸν
υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου φησὶν, ἀντὶ τοῦ περὶ ἑαυτὸν, καὶ διηρημένως, καθάπερ ἔδοξέ τισιν, εἷς γὰρ
υἱὸς ὁ Χριστὸς, ἐν προ Σαρκὸς, ἐν μετὰ Σαρκὸς, καὶ
πρὶν ἀνθρωπος γένηται καθ' ἡμᾶς, ἐν ὅτε γέγο-
νεν ὁ ἄνθρωπος. Τὸ δὲ ὅπως δεδοξάσθαι διηνεκίζε-
σθαι, ζητητέον φαῖεν γὰρ ἴσως τινὲς, ἢ γὰρ καὶ πρό-
τερον τεθαυμάσθαι ἐδοξάζετο; κρίνει δὲ τάλ-
λοσθαι μὲν ἀγελαίουσθαι ἐπὶ δυσωπήσας λόγῳ, E
καὶ βιαιοπάτων πνευμάτων ἀϊδίου φορὰν, προ-
σεκυνήθη μὲν πρὸ τοῦ τῶν πλοίων τότε, ἤκου-
σαν δὲ, ὅτι ἀληθῶς Θεοῦ υἱὸς εἶ· καὶ μὲν, καὶ τὸν ἐν τῇ
Βηθανίᾳ Λάζαρον παλινδρομοῦσαν προσκαλέσας
εἰς ζωὴν, δεδόντος ἔργα τὸ θαῦμα, ὡς καὶ διὰ-
βαίνοντι κατὰ τὴν ἑορτὴν εἰς Ἱεροσόλυμα
προϋπαντῆσαι σύμπασάν τε ὁμοῦ τοῖς παισὶν, καὶ
ἀξιάγαστον αὐτοῦ τὸ θαῦμα αἰνεῖν λέγον-
τας, Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.

Exit quidem proditor Diaboli artibus obsequuturus: Christus verò sermonem inchoat, hinc figuratè quodammodo innuens non esse omnibus passim euulganda quæ solis debentur ingenuis. nec enim decet sanctum dari canibus, iuxta ipsius vocem, sed neque margaritas proculcari suum pedibus. Quod igitur etiam prius specie parabolæ dixit, hoc docere conatur tempore ad opus & clariorem demonstrationem vocante. Post defectionem igitur ac discessum proditoris, communicat tandem putà congruo tempore genuinis discipulis mysteria, & ait: *Nunc clarificatus est Filius hominis*, & per hoc quidem salutarem passionem significat ipsis iam foribus imminentem, & paulo post futuram. Clarificatum verò Filium hominis ait, non diuersum à se & alium quendam significans, non diuisim, vt visum est nonnullis, vnus enim filius Christus, & ante carnem, & cum carne, & priusquam homo fieret sicuti nos, & postquam factus est homo. Quomodo verò clarificatum se esse affirmet, quærendum est. Dixerint enim forsan aliqui: Nunquid & prius clarificatus est cum miracula faceret? Nam vno verbo placato mari, & vehementi ventorum impetu compresso adoratus est quidē ab iis qui in nauigio tunc erant, auditque, *Verè Filius Dei es*. Præterea *Mat. 14.* cum Lazarum ad vitam reuerti iussisset, 33.
adeo celebre fuit miraculum, vt & circa festi tēpus Hierosolymā ascendenti omnes ei vnà cum pueris occurrerint, & faustis ominibus eum prosecuti sint, dicētes: *Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Sed & fractis quinque panibus ac duobus piſciculis vniuerſam multitudinem eorum qui ad ſe confluxerant ſatiauit abſque pueris & mulieribus, ad quinque virorum millia. Tam illuſtre verò miraculum iſtud nonnullis viſum eſt, vt ea re plurimum attoniti Regem eum creare vellent: hoc enim Euangeliſta nobis teſtatus eſt. Difficile verò non eſt plurima eiuſcemodi exẽpla congerere, nihilo iis quæ retulimus clariora. Quomodo igitur nunc clarificatum ſe dicit, qui & olim clarificatus eſt? Clarificatus enim eſt etiam ex aliis, & diuina poteſtate præditus credebatur: tamen conſummatio gloriæ in paſſione ſita erat, quam pro mundi vita ſuſtinuit, & in eo quod per ſeipſum reſurrectionis omnium modum innouauit. Nam ſi rationem myſterij iſtius quoad licet rectè expendamus, non ſibi ipſi neque propriè propter ſeipſum mortuum videbimus, ſed pro vniuerſa humanitate, & ſuſtinuiſſe ac feciſſe paſſionem ipſam, & poſt illam, reſurrectionem. Mortuus enim eſt ſecundum carnem, vitam ſuam pro vita omnium tradens, & veteris illius maledicti in ſeipſo vim adimplens ille pro omnibus æſtimandus. Excitatus autem eſt rurſus ex mortuis in vitam incorruptibilem & æternam, totam in ſeipſo ſuſcitans naturam. Semel enim mortuus, vt ſcriptum eſt, iam non moritur: mors illi non vltra dominabitur. Quod enim mortuus, eſt peccato mortuus eſt ſemel: quod autem viuit, viuit Deo. Idipſum & de nobis quoque ipſis verum erit propter Chriſtum. nec enim vltra reſurgemus in mortem, ſed in vitam æternam, licet magna futura ſit demum differentia, quod ad gloriam nimirum, & debitam cuiuſque moribus retributionem. Factus igitur obediens Deo ac Patri vſque ad mortem, mortem autem crucis, iuxta Pauli vocem: ſuperexaltatus eſt rurſus, accipiens nomen quod eſt ſuper omne nomen. Qui enim nudus homo eſſe putabatur, ſupra modum glorificatus fuit, verè Deus, & Filius reuera Dei proditus, nec ad nouam quandam dignitatem vocatus, qui naturâ Deus erat, ſed ad id quod erat ante carnem, etiam cum ipſa carne rediens, idcirco clarificatum eſſe ipſum putabimus; tametſi ſemper gloriæ Dominus extiterit. Nulla enim noua quæ Dei ſit dignitas in Chriſto reperi-

Rom. 6. 9.

Phil. 2. 8

ἀλλὰ ἐκ πέντε ἄρτων καὶ δυσὶν ὀψαρίοις πᾶσι, καὶ ἐφάγεσαν δύο, χορτασθῆναι παρεσκεύασε τὸν ἐπ' αὐτὸν συνδεδραμηκότων πλῆθος, ἀνδρῶν, εἰς πέντε σχεδὸν χιλιάδας ἀνδρῶν. ἐδόκει γοῦν ὅπως ἀκλεὲς τὸ περιπυρούμενον εἶναι, ὡς τοῦ τῆς θαύματος καταπεπληγμένους ἐπαφοχλεῖ, ζητοῦν αὐτὸν αἰδοξάσαι καὶ βασιλέα. τοῦτο γὰρ αὐτὸς ἡμῖν ὁ εὐαγγελιστὴς διεμαρτύρατο· χαλεπὸν ἢ σοφόν ἐστιν, καὶ δι' ἑτέρων ὅσων καὶ σφόδρα πλατεῖα ἐστὶ τὰ λεγόμενα, τοῦ ἀρτίως ἡμῖν ἀπειθμημένων θαυμάτων κατ' ἀξίαν ἠπωμένου τὴν δόξαν ἐχόντων. πῶς οὖν ἄρα λοιπὸν ὁ καὶ πάλαι δεδοξασμένος, ἑαυτὸν νῦν δεδοξάζειν φησί; δεδόξασται γὰρ καὶ δι' ἑτέρων, καὶ θεοπρεποῦς ἐξουσίας ἐπολήφει ἔχων ἐφαίνετο· τὸ γὰρ μέλλον τῆς δόξης τέλος, καὶ τὴν ἀϊδιότητος τὸ πλῆρες οὐ σκιαῖς τισὶν ἀπτύστοις ἐῴκει, οὐ τῷ παλαιῷ αὐτὸν ἐπὶ τὸν κόσμον ζωῆς, καὶ δι' ἑαυτῆς τὴν ἀπθάρτων ἀναστάσεως καινοτομῆσαι τὸ ζῆν. βασθμίζοντες γὰρ ὡς ἔνι καλῶς ἓν κατ' αὐτὸν μυστηρίου τὸν λόγον, ἔχ ἑαυτῷ τυχόν, οὐδὲ κυρίως δι' ἑαυτὸν πεπονθότα κηρύττομεν, ἀλλ' ὑπὲρ ἁπάσης τὴν αἰῶνος πάντων ἓν δρᾶσαι, τότε πάθος αὐτὸ, καὶ μετ' ὀλίγον τὴν ἀνάστασιν. τέθνηκε μὲν γὰρ τῇ σαρκὶ τὸν ἀπθάρτου ζωῆς ἀντίρροπον τὴν ἰδίαν ἀποδοκιμὴ, καὶ τὴν ἀρχαίας ἐκείνης ἀποπλανῆς ἀρᾶς ἐν ἑαυτῷ τὸ δυνάμενον ὁ πάντων αἴτιος ἐξήλειψεν ἢ πάλιν ἐκ νεκρῶν εἰς ἀκήρατόν τινα, καὶ ἀκατάλυκτον ζωὴν, ὅλῳ ἐκοτῷ δόμενος τὴν φύσιν. ἅπαξ γὰρ ἀποθανὼν, καὶ τὸ γεγραμμένον, ὄκέτι ἀποθνήσκει. θάνατος αὐτὸν ὄκέτι κυριεύει. ὃ γὰρ ἀπέθανε, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀπέθανεν ἐφάπαξ, ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ. τοῦτο καὶ ἐφ' ἡμῖν αὐτοῖς ἀληθὲς ἔσται δόξῃ Χριστοῦ. ἐγηγερσόμεθα γὰρ ἔτι εἰς θάνατον ὑχὶ, ἀλλ' εἰς ζωήν. τὸ ἀπέραντον, εἰ καὶ πολὺ μέτρον τοῦτο τὸ ἀμύστατον διαφορᾷ, καλόν γε τὸ ἐν δόξῃ φρονεῖν, καὶ τὸ τοῖς ἐκείνου ἴχνεσι χρεωστουμένην ἀποδοῦναι. ὑπήκοος γέγονεν ὑποτακτὸς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ καὶ τοῦ Παύλου φωνήν. ὑπερυψώθη πάλιν λαβὼν τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. ὁ γὰρ νομιζόμενος ἄνθρωπος εἶναι ψιλὸς, ὑπερεδοξάσθη λίαν, Θεὸς ὢν τῷ ὄντι, καὶ υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ ἀληθῶς ἀναδεδειγμένος, οὐκ εἰς καινὴν ἀξίωμα κεκλημένος τὸ εἶναι φύσει Θεὸς, ἀλλ' εἰς ὕστερον, καὶ παρὰ δόξαν, εἰς τοῦτο δὴ πάντων καὶ μετ' αὐτὸν ἀναδραμὼν τὸ δόξαν, καὶ τοῦτο δεδοξάσθαι νομισθὲν αὐτὸν, καιρὸν τὸ δόξης ὂν ἀπὸ πάντος κύριον. καινὸν γὰρ οὐδὲν ἐν Χριστῷ τὸ ἀνθρώπινον ἀξίωμα

εὐείσκεται, ἔχων ὑπόστασιν φυσικῶς, ὡς Θεὸς, καὶ πρὸ τῆς λεγομένης κενώσεως· ἀλλὰ καὶ τῆς ληφθείσης τοῦ δούλου μορφῆς, ἐπειδὴ ἑαυτὸν ἀνέβιβασεν εἰς σχῆμα πάλιν, καὶ ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος, δεδόξασται λέγεται. δεδοξασμένου τοιγαροῦν τοῦ Χριστοῦ, συνεδοξάσθη πάντως καὶ ὁ Θεὸς, καὶ πατήρ. ἐδοξάσθη δὲ ἐν ἐμοὶ, ἡ δόξης τινὰ προσθήκην λαβών· οὐδὲ τοῦ ἰδίου γνησίως· ἀνενδεὴς γὰρ τοιούτου πάντως ἡ θεία τε καὶ ἄῤῥητος φύσις· ἀλλ' ἐπεὶ ἐγνώσθη τίνος ἐστὶ πατήρ. ὥσπερ γὰρ ἔστιν δόξα τῷ καύχημα τὸ τοιοῦτον ἔχειν κατὰ φύσιν γνήσιον, τὴν αὐτὴν οἴκοθεν ἔστιν εἰπεῖν καὶ τῷ πατρὶ δόξαν καὶ καύχημα, τὸ τοιοῦτον ἔχειν ἐξ ἑαυτοῦ τὸν ἴδιον υἱόν. Διὰ τοῦτό φησιν, εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτόν. ἅμα γὰρ ἐδοξάσθη πατὴρ διὰ τὸν υἱόν, καὶ αὐτὸς δοξάσει δι' υἱοῦ τὸν υἱόν. ἐπ' ἀμφοῖν γὰρ δι' ἀμφοῖν ἡ δόξης ὄνομα τρέχει. πλὴν ἵνα καὶ ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς τὴν τοῦ λόγου καταβιβάσωμεν δύναμιν, ὠφελείας τοῖς ἀκροωμένοις πίκτοντες ἀφορμὴν, σχῆμα τούτοις ἐποιησάμεθα. Εἰ δοξάζομεν ἐν ἑαυτοῖς τὸν Θεὸν, προσδεχησώμεθα ὅτι δοξασθησόμεθα ἐπ' αὐτοῦ. ζῶ γὰρ ἐγὼ, λέγει κύριος, ὅτι τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω, καὶ οὐκ ἀξιονθήσονται. δοξάζεται δὲ δι' ἡμῶν, καὶ ἐν ἡμῖν ὁ Θεὸς, ὅταν τὸν ἐκ τῆς ἁμαρτίας πᾶν ἀποκαθάραντες ῥύπον, διὰ πάσης ἀγαθουργίας τὸν οἰκεῖον καταφαιδρύνωμεν βίον. ζῶμεν γὰρ ἤδη εἰς δόξαν αὐτοῦ.

A tur, sed habens omnia naturaliter, vt Deus, etiam ante eam quam dicimus inanitionem. Sed & assumpta serui forma, quandoquidem seipsum ad illa rursus extulit, etiam cum homo factus est, clarificatus intelligitur, & sumpsisse dicitur. Vnà itaque cum Christo clarificato clarificatus est omnino Deus ac Pater: clarificatus verò est in Filio, non accepta vlla gloriæ accessione à suo genimine, (diuina quippe & ineffabilis natura eâ prorsus non indiget) B sed quia innotuit cuius Filij sit Pater. Quemadmodum enim gloria est Filio, talem habere secundum naturam genitorem, eodem modo censeo etiam in Patris gloriam cedere, quòd talem ex seipso habeat Filium. Propterea dicit, *Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso.* Simul enim clarificatus est Pater propter Filium, & statim Filium vicissim clarificauit. ad vtrumque gloriæ nomen pertinet. Ve- C runtamen vt & ad nos vsque sermonis vim deprimamus, vtilitatis occasionem auditoribus parturientes, illud his addemus. Si clarificamus in nobis ipsis Deum, sperandum est nos clarificatum iri ab eo. *Viuo* enim *ego, dicit Dominus, quia glorificantes me glorificabo, & non spernentur.* Clarificatur autem per nos & in nobis Deus, cum depulsis sordibus peccati, per omne opus bonum nostram vitam illustramus. Viuimus enim hoc pacto in gloriam eius. 1. Reg. 2. 2.

Τεκνία, ἔτι μικρὸν χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμί.

Ἐν τῇ τῶν τεκνίων τάξει, καὶ ἐν τοῖς ἀρτιτόκοις βρέφεσι καταπαίζειν μαθητὰς, καίτοι πρὸς τοσοῦτον ἀρετῆς διαπεπονημένους μέτρον, καὶ σπουδὴν ἔχοντας πλὴν ὀλίγοις κατορθωμάτων· δηλοῖ δὲ τοῦτο, καὶ μάλα σαφῶς, ὅτι καὶ ὁ σοφώτατος τέλεος ἐν ἀνθρώποις νενόηται, νήπιος ὢν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ βραχὺς τὰς φρένας. τί γὰρ ἡ ἀνθρώπου σπουδὴ, ὡς πρὸς τὴν ὅλων τεχνῖτιν σοφίαν; διὸ τοῦτο μᾶλλον ἔλεγε πρὸς Θεόν· κτῆνός ἐγενήθην παρὰ σοί. καὶ ἀεὶ πάντως ἐρεῖ τις εἰ γενοῦν ἔχοι, διὰ τὴν κακολογίαν τῶν Θεῶν, κτηνώδη λέγειν τὰ ἄλογα· εἰη γὰρ ἂν τοῦτο πικρὸν τῆς θείας φύσεως κατηγόρημα, καὶ πολλὴν αὖ ἔχον ἀφῶ τὴν ἀτοπίαν. ἀνὴρ γὰρ ἀνθρώπῳ κολλώμενος σοφῷ, καὶ αὐτὸς γινόμενος· δῆλον γὰρ οἴκοθεν τὴν λέξιν τοῦ ψαλμῳδοῦ σπουδαρμόσασθαι διὰ τὴν χρείαν· κτηνώδης σὺκ ἂν ἦν ὁ ποτὲ, ἀλλ' ἴσως ἢ μᾶλλον καὶ σώφρων, καὶ ἀριμὸς εἰς φρόνησιν. εἰ δὲ τοῦτο φαίη τις

D v. 33. *Filioli, adhuc modicum vobiscum sum.*

Infantium & recens editorum loco & ordine collocat discipulos, licet ad tantam virtutis mensuram euectos, tantáque prudentia præditos quanta in paucis inueniatur, hinc apertissimè docens eum qui valde etiam perfectus inter homines censeatur, infantem esse & rudem apud Deum. Quid enim est prudentia hominis, si cum vniuersi opifice sapientia comparetur? Idcirco Psal- E mista ad Deum dicebat: *Vt iumentum factus sum apud te.* Neque verò sanæ mentis vllus dixerit Psalmistam iumentum ideò vocari, quòd Deo adhæserit: esset enim grauis ista in naturam diuinam contumelia, magnamque in se continere absurditatem videretur. Nam qui homini sapienti adhæret, & apud eum factus est (aptanda enim est, vt reor, Psalmi dictio, propter vsum) nequaquam vt iumentum fuerit, sed sagax potius, & prudens, ac singulari solertia præditus. Quod si quis non iniuriâ ve- Psal. 72. 23

rum

καθαιρεῖσθαι λοιπὸν εἰς ἀλήθειαν τὴν σκιάν. ὁμοῦ A & intra veritatem vmbram demum includat. Dominus ergo noster IESVS CHRISTVS Spiritus mentionem secum vnâ & cum Patre necessariò intulit, simulque verum esse ostendit quod priùs diximus, nempe siquis Filium oderit, simul etiam exosum habiturum eum ex quo est Patrem. quo pacto verò, aduerte rursus. Ecce enim, ecce cum Spiritum Veritatis, id est, suum, Paracletum dixerit, à Patre ipsum ait procedere. Sicut enim proprius est Filij B Spiritus naturaliter & in ipso existens, & per ipsum procedens, ita etiam Patris. Quibus autem communis est spiritus, hi vtique substantiâ non differunt. Ne nos enim stultis suis sermonibus impij quidam ad ea quæ nefas abducant, vt cogitemus Filium ministri vices implendo, Spiritum qui à Patre est creaturæ ministrare: nam id nonnulli dicere ausi sunt. Quin potiùs consentaneum est credere, quòd cum C Spiritus sit eius proprius, sicuti nimirum est Dei ac Patris, sanctis eum suis discipulis mittat ad sanctificationẽ. Quòd si acutum nescio quid sentire se ac dicere existimant, dùm hîc quoque Filium nobis ministrum & executorem inducunt, quî non dicere conuenit, ô stulti, ac cæci, non sentitis quo præcipites iterum ruitis, & aduersus Vnigeniti gloriam insurgitis, miseris ex imperitia vestra contextis rationibus? Nam si D ministri loco & ordine Filius omnino Spiritum à Patre largitur, quomodo fateri necesse non est ab eius substantia ipsum esse prorsus alienum, aut forte præstantiorem, longéque potiorem, si res ita sit, vt stultè sentitis. Si enim ex Patre non procedit, hoc est ex eius substantia, Filius vt vos vultis, quomodo non præstantior Filio Spiritus censebitur? Deinde quid dicemus cum audierimus ipsum de se prædicantem, *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Ad hæc illud quoque necessariò tandem succurret: nempe, si ministri vicem à Filio impleri putetis, qui alienum nobis, hoc est à Deo & Patre largitus est sanctum naturâ suâ Spiritum, non erit secundum naturam suam sanctus Filius, sed participatione duntaxat, sicuti nos. Dicitur enim, iuxta impiorum sententiam, à substantia Patris alienus, ex qua etiam procedit Spiritus ille qui per eum præbetur. Fieri ergo poterit, vt si proprius non

Ioa. 16. 14

E

sit Filij Spiritus, sed ipse quoque aduentitiam habeat sanctificationem sicut creatura, vt sanctitate quoque sua aliquando possit excidere. Quod enim accessionis loco accipitur, quomodo abesse non poterit? At quis ab istiusmodi dogmatis procul non fugiet? Nos verò, quibus amica est veritas, ac veritatis dogmata, nequaquam illos sequemur, sed sanctorum Patrum fidei vestigiis insistentes, proprium esse Filij Paracletum dicimus, hoc est sanctum Spiritum, nec aliunde ascitum, sicut est in iis qui sunt sanctitatis capaces, quibus & è nihilo ortus est, sed ei consubstantialem sicuti nempe & Patri. Sic enim Ecclesiasticorum dogmatum ratio in vanam multorum Deorum fabulā non abibit, sed in vnam deitatis rationem sancta Trinitas redigetur. Simul ergo substantiæ vnitatem ostendendo, suæ inquam, & Dei ac Patris, & Spiritum veritatis Paracletum appellando, à Patre procedere ait, & apertè ac indubitatè arguit Dei hostem in solidum esse, qui Christi sit hostis. Nam qui iniuria affecerit in Filium, meritò quoque in eum ex quo est peccare censebitur. *Quum* ergo *venerit Paracletus*, inquit, *Spiritus veritatis*, id est meus, *qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me.* Perhibebit autem quęso quomodo? Operando nimirum in vobis, & per vos miracula, testis erit iustus ac verax diuinæ meæ potestatis, atque maiestatis. Meus enim Spiritus est qui operatur in vobis. Vt autem meus, sic & Dei ac Patris. Simul itaque iniuria affici cogitandum est eos qui per vnum illum bonum Spiritum miracula ad certam fidei demonstrationem edunt, vt
Col. 2. 9. in persona Christi, in quo inhabitauit, iuxta Paulum, non pars aliqua diuinitatis ineffabilis, sed omnis eius plenitudo corporaliter. Testimonium autem perhibente Spiritu, simul etiam testimonium vos ipsi quoque perhibebitis, inquit. Spectatores enim ipsi fuistis signorum, qui mecum semper fuistis, vtpote discipuli.

A ἴδιον ὂν πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' εἰ καὶ ποιητὸν ἔχει καὶ αὐτὸς τὸ ἁγιασμεῖον, καθάπερ ἡ κτίσις, καὶ ἀποπεσεῖν δυνάσθαί ποτε τὸ εἶναι ἁγιότητος αὐτό. Τὸ γὰρ ὡς ἐν τάξει προσθήκης ἐπικτηθὲν, πῶς οὐκ ἂν ἀποβάλοιτο, καὶ γε τὸ τῆς ἐξουσιώσεως λόγον; εἶτα τίς τὴν τοιαύτην οὐκ ἀποστραφείη δογμάτων; πρεπωδίσει γὰρ οἶμαι τὸ ῥητὸς εἰπεῖν. φίλη τοιγαροῦν ἡμῖν ἡ ἀλήθεια, καὶ τὰ ὄντα τῆς ἀληθείας δόγματα, καὶ αὐτοῖς ὀπαδοῖς ἡμεῖς ὄντες ἐφόμεθα, τὸ ἴδιον τὸν ἁγίου πατέρων ἴχνη λατρεύοντες πίστιν, ἰδίαν εἶναι Φαμὲν ἡμῶν τὸν παράκλητον, τοῦτ' ἔστι, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὃ οὐκ ἐπεισκεκόμισται ἔξωθεν, οὐδὲ ὀπτικτητὸν ἐστι αὐτό, καθάπερ ἐστὶ τῶν ἁγιότητος δεκτικῶν, οἷς ὃ οὐκ ἦν ποτὲ ὄντων ἡ γένεσις, ἀλλ' ὁμοούσιον αὐτό, καθάπερ ἀμφὶ τὸ τοῦ παιδὸς. Οὕτω γὰρ ἂν οὐκ εἰς πολύθεον ἡμῖν μυθολογία ἡ τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων οἰκήσειεν διδαμίς, ἀλλ' εἰς ἑνὰ θεότητος λόγον ἡ ἁγία τριὰς ἀναφίλεται. οὕτω τοίνυν εἰρηνεύω, καὶ τὴν οὐσίας τὴν ἑνότητα προδηλῶν, ἐκεῖθέν φημι, καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ παιδός, πνεῦμα τὸ ἀληθείας τὸν παράκλητον εἰπὼν λέγων, παράκλητος δὲ ὁ παῖς ἐκπορεύεται φησιν, ἀπελέγχει φανῶς καὶ ἀμφιλόγως θεομάχον ὁλοκλήρως τὸν χριστομάχον. ὁ γὰρ ὅλως ἐμπαροινῆσαι ἐθελήσας τῷ ἐμῷ, πεπλημμεληκὼς αὖ εἰκότως καὶ εἰς αὐτὸν νοοῖτο τὸ ἐξ ὑπέρβασιν. ὅταν τοίνυν ἔλθῃ ὁ παράκλητος, φησὶ, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τοῦτ' ἔστι, τὸ ἐμὸν, ὃ παράκλητος ἐκπορεύεται, ἐκφανῶς μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ. μαρτυρήσει δὲ πῶς; ἐνεργήσει γὰρ ἐν ὑμῖν τε καὶ δι' ὑμῶν τὰ παράδοξα, μάρτυς ἔσεται δίκαιός τε καὶ ἀληθὴς τῆς ἐμῆς θεοπρεπεῖς ἐξουσίας, καὶ τῆς ἐν δυνάμει μεγαλοπρεπείας. ἐμὸν γὰρ πνεῦμα, τὸ ἐνεργοῦν ἐν ὑμῖν. ὥσπερ δὲ ἐμὸν, οὕτω καὶ τοῦ Θεοῦ καὶ παιδός. συναθυρεῖσθαι τοιγαροῦν ἀνάγκη τοῖς δι' ἐνὸς τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος τὰ παράδοξα πρὸς πληροφορίαν τῆς πίστεως ἐνεργήσαντας. ὡς ἐν προσώπῳ Χριστοῦ, ἐν ᾧ κατῴκησε κατὰ τὸν Παῦλον, οὐκ ἀπό μέρους τινὸς τῆς ἀπορρήτου θεότητος, ἀλλ' ὅλον τὸ πλήρωμα σωματικῶς. μαρτυρησοῦσι δὲ τοῦ πνεύματος, συνεπιμαρτυρήσετε, φησὶ, καὶ ὑμεῖς αὐτοί. γεγόνατε γὰρ αὐτόπται καὶ θεωροὶ τοῖς ἰδίοις τετελεσμένων ἀεὶ συνόντες, ὡς μαθηταί.

cap. 16. v. 1. *Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini.*

Cum Iudæorum furorem Christus suis discipulis exponeret, subiicere forsã debebat infelices illos ad tantam peruica-

Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῆτε.

Τῶν τῶν Ἰουδαίων ἀπόνοιαν φανερὰν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς καθιστὰς ὁ σωτὴρ, εἰκὸς καὶ ἐπεκλῶσαι τοῖς περὶ τούτων ἐρεῖν λόγοις, ὅπερ δὴ καὶ πρὸς τοὺς

τῳ ἤξοισι δυσηχοίαν οἱ ζῆλωται, ἀποφράξοισι δ' ἅ
ὕτω τ' ἀκοὴν, καὶ εἰς τοῦτο βασκανῶσι μισοδίας οἱ
δείλαιοι, καὶ δυσεύποιστοι δ' ὕτω τοῖς ὑπὲρ τ' ἀλη-
θείας λόγοις, ὡς εἰ καὶ δύοιντο τυχὸν τ' αὐτ'
δόξης οἱ μάρτυρες, μηδ' ὕτω καλὰ δέξασθαι θέλειν
αὐτῷ, καίτοι διαῤῥήδην ἀπαγορεύοντος τοῦ νό-
μου, πιστεύεσθαι δεῖν, ἐν ἀνενδιάστῳ ἑνὶ καὶ δεκ-
τὸν πρῶ ὅταν αὐ ἀμφὶ τ' δύο τυχὸν, ἢ πείσειν ὅτι μ'
μάρτυρσιν φωνῆς. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἅ φησι χρήσι-
μως εἰς ὃ παρόν. καὶ γὰρ δι' ἃ μετρίαν αὐτοῖς ἐνε-
ποίησε τ' ἀκηδίαν, ἐν ἀμφιλάσας ὥσπερ εἰς ἀπό-
γνωσιν τοὺς μαθητὰς, ὅπως ἐν θλίψει ἀπροσδόκη-
τον ἐν αὐτοῖς ἐπέλθῃ τ' παρουσίαν. εἰκὸς γὰρ δήπου καὶ
ἔκ τοιούτων ἐννοῆσαι, ὡς εἰ μηδενὶ πειθήσονται πρω-
τίως τ' Ἰουδαίων οἱ δῆμοι, ἀλλ' ἐν αὐτὸν ἡγήσονται
παρουσίαν τ' ἀναβάντα, καίτοι ἐκ τοσούτων λόγων
τεκμηρίοις καταπλήττοντα, σοφὸν ἦν ἦττον
ἀλώσεσθαι ἐν μὴ τοῦτο μισοῦντες Χριστὸν, ἐν σὺν
αὐτῷ τ' πατέρα, τί ἐν πόνον αἰτιλήσαι δικαίως κε-
νόν; τί μὴν ἐν ἀναγκῆ ἀπαλλάττεσθαι δεῖ, τ' εἰς
αἰσχύνας σιωπὴν, τῶ διδάσκειν ἀναβιβάσωσιν;
ἐκοῦτά τοι καὶ ὁ εἰκὼς οὐκ ἀγνοήσας λογίσασθαι τοὺς
μαθητὰς, ἀφιστάλλει μὲν ἐπέχρως τὰ ὅσα ἐκ ἐν
μηδεπώποτε πρὸς ὄψιν ἐν * θλίψει καὶ ὅταν
τῶ πρὸς ὃ χρῶν αι διδάσκειν ἐμποιητικὰ· ἀναγ-
καίως δ' χρήσιμος τῶ λόγῳ τοῦτο διὰ αμὲν ὅτι ὃ
ἀναβατικῶς ἀναγκαῖον δεῖν, καὶ ἀναγκαίως πανικῶς
πρὸς τὰ ἐξ ἐκείνων ἐσόμενα, ἅπερ ἀναγκαίως
μένα. ὃ γὰρ ἀφνιδίως καὶ ἀδοκήτως ἴσιν ἐπιλ-
θεῖν, ἰσχυρὸν ταράξαι ἐν τοῦ λίαν ἔχουσιν ἐδραίως
ψυχῆ. ὃ δ' ὡς ἤξοι καὶ ἔσαι ἀναβατικῶς ἐνθυμηθῆναι,
λοιπὸν ἐν ἔχει τ' ἀναβατικὸν, ἐν ὃ ἄρθρον δ' φορικώ-
τερον, ὡς ἀναγνωσμένον ἤδη καὶ ἀναπεπαμένον
ταῖς ἁ παθεῖν δυνατὸν ἀπίσιν. οἶμαι δὲ ἡ
καὶ ἴδιον ἐπισημῶναι βάλεσθαι τ' Χριστόν. ἐπὶ
γὰρ ἐγὼ, φησι, ἔσαι τοσαῦτα μὲν ἤδη τεθαυματούργη-
κα, καὶ τοῦτ' ὅτι μάρτυσιν ὑμῖν· θαυματουργήσω δ'
καὶ ἐφ' ὑμῶν ὁ παράκλητος, καὶ τῆς Ἰουδαίων ἀπο-
νοίας οὐκ ἀγνοήσω ὃ θράσος, ἀλλ' ἔσονται πάλιν
οἱ τοῦτοι, καὶ σὺ τοῖς ἔτι γείρεσι, μὴ σκανδαλισθῆ-
τε, φησὶν, ὅταν καὶ αὐτοὶ τῶν παθόντες δυσχεράνθε,
ἀναμέμνησθε δ' πάντα μου τ' ἐμῶν λόγων. ἁ γὰρ
ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος
ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ.

ciam venturos, atq; ita aures obstructuros tantumque odij concepturos in Deum, & veritatis doctrinam tam contumeliosè habituros, vt quamuis duo essent ipsius gloriæ testes, ne sic quidē ipsam susciperе velint, cum apertè lex dicat, credi & indubitatè susciрi debere quod duorum aut trium testium ore comprobatum sit. Verùm illud quidem impræsens vtiliter reticet. Nec enim mediocrem eis anxietatem intulisset, ac desperatione fractis quodammodo discipulorum animis formidini ac ineptiæ peruium aditum fecisset. Probabile enim est eos apud se id cogitare: Si nulli penitus obtemperaturi sunt Iudæorum populi, sed & ipsum pro nihilo Paracletum habituri sunt, quamuis mirabilibus frgnis attonitos faciat, ac nihilo minùs Christum odisse deprehendantur, & cum ipso Patrem, quid frustra laborem impendimus? quidni hac molestia liberari nos conuenit, silentium inutile erga præfractos homines doctrinæ præferentes? Hæc apud se cogitaturos discipulos cum non ignoraret, artificiosè quidem contrahit quæcunque explicatu grauia videbantur, quæque timiditatem & ignauiam conciliatura: vim autem & rationem sermonis vtiliter conuertit ad præparandos & muniendos aduersus ingruentes casus animos. Nam quod repente & præter spem ingruit, etiam constantem animum turbare potest: prouisum verò & certa spe expectatum, leuius ferit. Existimo verò Christum nonnihil istiusmodi significare velle. Si enim ego, inquit, tanta iam vobis signa edidi, idque vobis testibus, & Paracletus in vobis similia quoque editurus est, neque Iudaïci furoris cessabit audacia, sed iidem omnino, ac deteriores sunt futuri, nolite scandalizari, inquit, cum id vobis contingit, sed meorum sermonum vtique mementote. Non enim est discipulus super magistrum, neque seruus super dominum suum. Mat. 10. 24.

Ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς· ἀλλ' ἔρχεται ὥρα, ἵνα πᾶς ὁ ἀποκτείνας ὑμᾶς δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ.

v. 2. *Absque Synagogis facient vos: sed venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.*

Extremum omnium vt verbo dicam periculum eis prænunciat, non vt suorum discipulorum animis imbellem metum incuteret, nec enim id eum facere decuisset, qui discipulos ad intrepidam Euangelij prædicationem instigabat, sed vt metu grauissimo præuisione ipsa leuiori facto atque depulso, ad subeunda quæuis pericula audaciores euaderent, & difficillima quæque contemnerent. Nam qui quod grauius est non metuit, quam iacturam ex eo quod leuius est capiet? Et qui vltima quæque non reformidant, quibusnam aliis turbari queunt? Vt ergo paratum ad omnia lubentissime perferenda animum haberent, & in perniciem sibi à Iudæis intentatam tam strenuè insurgerent, vt ne crudelissimam quidem mortem, si res ita ferret, metuerent, non vulgaria tantum eis euentura ait, nec Iudæorum furorem quieturum, si modò eos synagogis mouerint, sed impietatem illorum eò processuram prædicat, vt summam in eos crudelitatem, pietatis erga Deum iter esse putent. Quòd autem Christi sectatoribus synagogâ interdictum sit eáque pœnâ mulctati sint initio, manifestum erit, Euangelista dicente, multos quidem etiam ex principibus in eum credidisse, sed propter Pharisæos non fuisse confessos, ne ex synagoga eiicerentur. Et rursus: *Iam enim conspirauerant scriba & Pharisæi, vt siquis eum confiteretur esse Christum, extrà synagogam fieret.* Verùm licet conspiratio hæc Iudæorum, inquit, nonnullis grauissima sit, sciendum tamen vos grauiora manere. Ne enim, inquit, quamuis istud pati contigerit, angimini. Eò quippe improbitatis erumpet illorum audacia, vt mortem vobis intentare cultus diuini loco habeant. Quod certè factum reperiemus in sancto Stephano illo martyrum principe, & Paulo diuino. Stephano quippe blasphemiæ culpam imponentes, & hinc zelum erga Deum prætexentes, mortem illi saxis intulerunt: Paulum verò sapientissimum & sanctissimum Iudæi quidem ringentes adeò persecuti sunt, vt seipsos iureiurando obstrinxe-

Ioan. 12.

Ioa 9.22

A Ανεκόμισε πρὸς αὐτὸ τὸ πάντων ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀκριβέστατον τῆς δεινῆς τῆς κινδύνου τὴν παρρησίαν, οὐχ ἵνα τηλικαῦτα ἀναδρον τοῖς ἑαυτῆς μαθηταῖς ἐνεργάσηται θράσος· οὐ γὰρ ἂν ἥρμοσε δρᾶν τοῦ μεγάλως προτρεψάμενον ἐπὶ τὸν εὐπαλάμαξα λίαν τὸν βιαιοτικὸν καρύξαι λόγον, ἀλλ' ἵνα τὸν ἀνωτάτω φόβον, ὡς ἤδη προγεγονότα εὐτελῆ ὄντα δηλονότι τοῖς προθύμοις, πάντας μὲν ἤδη καταφρονήσαντας κακοῦ, μηδένα δὲ ὅλως ποιοῦντο λόγον,

B μηδὲ εἰσαῦθις τι προσδοκῶντας ἀφορητότερον κακοῦ εἶναι δοκοῦντος. πῶς γὰρ τὸ μεῖζον οὐ διδοικότες, ποίαν ἂν ζημίαν ἐποίησε τὸ ἔλαττον; οἱ δὲ κἂν τοῦ εἰς ἄκρον ἥκοντος δέους καταφρονεῖν ἐγνωκότες, δηλονότι τινὸς ἔτι τῶν ἄλλων ἀφαιρήσεσθαι δύνασθαι; ἵνα δῆτα τὸν ἀνωτάτω δηλονότι φόβον ἔχοιεν εἰς τὸ πάντα λίαν ἀσμένως ὑπομένειν καὶ, κατὰ τὸ χεῖρον ἀεὶ τοῦτον τὸν ἐκ τῶν Ιουδαίων κατεξανίστασθαι βλάβης, ὡς μηδὲ αὐτὸν εἰ τύχοι προῖτο τὸν ὑμῶν δεδιέναι θάνατον· οὐχὶ τὰ ἐν ἅπαξ μόνον συμβησόμενα λέγει, οὐδὲ μέχρι τούτων ἡσυχάζειν τὴν ἐπιβουλὴν, ἤπερ τὸν τῶν Ιουδαίων ἐπανάστασιν, ὡς ἀποσυναγώγους μόνον, ἀλλ' εἰς τοῦτο καταλιαθεῖν ὑμᾶς τὴν ἐκείνων μόνοσίαν προεμεμύηκεν, ὡς οἰκτίσαι ποτὲ, καὶ τὸν τῆς εἰς Θεὸν βιαιοσεβείας ἴσον πεῖσον τὸν κατ' αὐτὸν εἰς ἄκρον ἀπόνοιαν. ὅτι δὲ ἀποσυνάγωγοι καὶ τοῖς Ιουδαίοις ἐλίνοντο, καὶ τοῦτο ὡς ἐν ἀρχαῖς τῶν προβλημάτων ἔστω μοι δῆλον, οἱ τὴν ἀγάπης τὴν εἰς Χριστὸν ὀξυμμένοι, σαφὲς δὲ ἦν τοῦτο,

D λέγοντες τῷ βιαιοτικῷ, ὅτι πολλοὶ μὲν καὶ τῶν ἀρχόντων ἐπίστευσαν εἰς αὐτόν· ἀλλὰ διὰ τοὺς Φαρισαίους οὐχ ὁμολογοῦσιν, ἵνα μὴ ἀποσυνάγωγοι γένωνται. καὶ πάλιν· ἤδη γὰρ συνετέθειντο οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι, ἵνα ἐάν τις αὐτὸν ὁμολογήσῃ Χριστὸν εἶναι, ἀποσυνάγωγος γένηται· ἀλλ' εἰ καὶ πρὸς τοῦτο, φησὶ, τὴν τῶν Ιουδαίων ἐπιβουλὴν ἀφῃρημένοι τινὲς, ἰσχὺν ἐπετίθεν, ὡς καὶ μείζονα τούτων τὰ καθ' ὑμᾶς ἔσεσθαι. καὶ γὰρ ὅλως, φησὶν, εἰ δὲ συμβαίη τοῦτο παθεῖν ἀγαθούς.

E καταισχύσεται δὲ πρὸς τοῦτο φαυλότητος τὰ ἐκείνων τολμήματα, ὡς εἰς λατρείας δοκίμιον τῷ θεοφιλοῦς τὸν καθ' ὑμᾶς οἰκτίσαι θάνατον· ὃ δὴ καὶ γεγονὸς διῆσουλθ', ὅτε τε τὸν ἁγίου στέφανον, τὴν τῶν μαρτύρων ἀπαρχὴν, καὶ ὅτε τὸν θειοτάτου Παύλου. στέφανον μὲν γὰρ τὸ τῆς δυσφημίας ἔγκλημα ἐπιπλέκοντες, καὶ ζῆλον ἐπιτιθέντες τὸν φιλόθεον πλατύνοντες, τὸν λίθων ἐπήγαγον θάνατον τοῦ μεγάλου ἱερέως τε καὶ σοφωτάτου Παύλου τοσοῦτον ἐπίτειζον τὸν Ιουδαίων τινὲς, ὡς ἀναθεματίσαι ἑαυτοὺς, μήτε φαγεῖν, μήτε πιεῖν, ἄχρις οὗ ἀπε-

λωσιν αὐτὸν. Οὕτω γὰρ ὁ τῆς προφήτεως τῶν ἁγίων ἀποστόλων γεγραμμένον διήσομεν. καλὴ τοιγαροῦν καὶ λυσιτελὴς λίαν ἡ προῤῥησις, προφυλάττουσα μὲν τὸ ὀπίθεν τοῖς δεινοῖς φόβον, ὡς ἤδη πεποιθότας αἰσχαλλύουσα τοὺς μαθητάς. προαποψυχθήσεται γάρ πως ἡ τῆς κινδύνων θερμότης προγεγυμνωμένη τοῖς πάθεσι, καὶ ἀσθενεστέραν τὴν ἔφοδον ἐργάζεται.

rint non prius se manducaturos, neque bibituros, quàm eum interfecissent. Sic enim in Actibus sanctorũ Apostolorum scriptum reperiemus. Optima ergo & vtilissima est illa prædictio, quę grauium malorum metum pręmollit, & quasi iam ea expertos ad animi virtutem reuocat. Refrigescit enim quodammodo periculi æstus ante prouisus, & lentius inuadit.

Καὶ τοῦτο ποιήσουσιν, ὅτι οὐκ ἔγνωσαν τὸν πατέρα, οὐδὲ ἐμέ.

v. 3. *Et hæc facient vobis, quia non nouerunt Patrem, neque me.*

Ἔδειξε τὴν Ἰουδαίων τὸ ζῆλον, ὃ κατ' ἐπίγνωσιν, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ Παῦλος φησὶ· πεπλανημένον δὲ σφόδρα, καὶ ἔξω που βαίνοντα τῆς ἀληθείας ὁδοῦ, κἂν τοῖς δοκοῦντα, κατὰ γε τὸ αὐτοῖς ὄντα σκοπὸν πεφθάσαι τῆς θείας. ὥοντο μὲν γὰρ τῷ δοκεῖν Μωσέως ὑπερασπίζοντες ἐντολὴν, τὸν νόμου δοτῆρα κατευφρᾶναι θεὸν, καὶ μαχόμενοι τοῖς περὶ Χριστοῦ δογματίσμασιν, εὐδοκιμεῖν οἱ ζῆλωται καὶ μικρῷ ὑπερελάμβανον. δηλοῖ γάρ τοι τοῦτο, καὶ τοῖς τῆς ἀληθινοῦ λόγου κηρύττουσι λόγον ἐπέκειντο σφοδρῶς, ἀλλ' ἠγνόουν ἅπαντες εἴσω πεσόντες μωρίας, καὶ τῆς εἰς τὸν υἱὸν ἀτιμίας, εἰς αὐτὸν πλημμελοῦντες τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, μᾶλλον δὲ οὐκ εἰδότες ἠλίσκοντο πλημμελῶς, τί μὲν ὅστι πατὴρ, τί δὲ πάλιν ὁ ἐξ αὐτοῦ πεφηνὼς υἱός. καὶ τὸ γε θαυμαζόμενον. Μωσέα μὲν γὰρ τὸν σοφώτατον, τοῖς ἀνωτάτω τιμῆς καταστεφανοῦν ἠπείγοντο, νόμου τὸν δι' ἀγγέλων γεγονότα διάκονον· τὸν δὲ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, τὸν ἀπόῤῥητον τῆς παρὸς ἐξηγούμενον βουλῆσιν, λέγοντά τε ὡφελῶς, ἀπ' ἐμαυτοῦ ποιῶ οὐδὲν, ἀλλ' ὁ πέμψας με πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν δέδωκε τί εἴπω καὶ τί λαλήσω, τοῖς ἐσχάτοις ἀτιμίαις περιέβαλλον οὐκ ὠκνηκότες, καίτοι σεσωφασματουργημένοις αὐτῷ τῷ Θεοῦ καὶ παρὸς, καὶ δι' αἰσθητῶν ἔργων μαρτυρουμένοις φωνῆς, ἀνακεκραγότος δὲ ἀῤῥήτως καὶ λέγοντος· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα. ἔστι τοίνυν οὐκ ἀμφίβολον, ὡς εἴπερ ἦς ἔλαττον τοῖς τῆς θείου λόγου πορθμεύουσι λόγον ὅτι φύσεως πικρὰς, ἐν ἀγνοίᾳ κεῖσθαι πάσης ὁμοῦ τῆς ἀληθείας τε καὶ ὁμοουσίου τριάδος. οὐδὲ γὰρ οἶδε τὸν πατέρα, ὁ τὸν ἐξ αὐτοῦ πεφηνότα λόγον τὴν πρεπούσης δόξης ἔξω ῥίπτεις, κατὰ γε τὸν ἴδιον σκοπόν. πῶς γὰρ οὐκ ἀναντιῤῥήτως τοῦτο δεκτὸν τοῦτό γε τοῖς νοουμένοις τῇ τῆς προαγούσῃ φύσει προσβάλλειν δυναμένοις, ὡς ἐπείπερ ἐστὶν ὁμοούσιος τῷ πατρὶ, λαλήσει μὲν πάντως τὰ τῆς

Ostendit Iudæorum zelum, non secundum scientiam, sicuti nempe & Paulus ait, sed erroneum valde, & à recta via alienum, quamuis vt ipsi sibi persuadent, secundum Deum esse videatur. Existimabant enim se Mosaïcum præceptum propugnando rem Legis datori Deo gratam facere, & doctrinæ Christi repugnando, multum sibi conciliare splendoris putabant. Quam ob causam in Euangelicæ doctrinæ prędones ferociùs inuadebant: sed nesciebant se in stultitiam immanem delapsos, & notam Filio irrogantes se in ipsum Deum ac Patrem delinquere, quin & ignorare penitus arguebãtur quid sit Pater, quid rursus qui ex ipso effulsit Filius: Et quod mirum est, Mosen sapientissimum summis honoribus ornare nitebantur, Legis per Angelos traditæ ministrum: Dominum autem nostrum IESVM CHRISTVM, qui Patris ineffabilem voluntatem explicat, & apertè ait. *A meipso facio nihil, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar* turpissima ignominia afficere non dubitarunt, quamuis miracula simul cum eo Deus ac Pater faciat, & apertè clamet, ac dicat, *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Dubium igitur nonest, quòd si quis diuini Verbi prædones acerbius inuadat, in ignoratione simul sanctæ & consubstantialis Trinitatis versaturus sit. Nec enim Patrem nouit, qui Verbum ex eo procedens conuenienti gloria quantum in se est priuare nititur. Nunquid enim indubitatè fatendum est iis qui rerum naturam penitus intueri possint, quòd cum sit Patri consubstantialis, locuturus sit omnino quæ sunt iuxta voluntatem

Ioa. 8. 28
Id. 12. 49

tem Patris, & cum eum gloriæ suæ consortem habeat, simul quoque tangi necesse sit iis quæ in ipsum nonnulli deliquerint. His verbis itaque Dominus noster IESVS CHRISTVS Iudæorum nefarios conatus tantumnon accusat, acerbam ac funestam hinc sententiam ferens in eos qui crudelitate erga sanctos Apostolos, ipsum violant. nec enim in ipsos propriè peccati ratio conuertetur, sed in eum ascendet qui diuini Apostolatus eis munus imposuit, quemadmodum & ad sanctum Samuelem quondam aiebat de
1. Reg. 8. filiis Israel. *Non te contempserunt, sed me contempserunt.* Res itaque periculosissimæ plena est alex, nolle sanctis conuenientissimum honorem impertiri. Peccati quippe in eos ratio ad ipsum à quo missi sunt recurret.

A βούλησιν τ παθ̃ός, ὡς ἡ κοινωνὸν τ δόξης ἔχον αὐτὸν, ἐξ ἀ δὴ πάντως καὶ συλλυπούμενον, ἐφ' οἷς ἀὐ θαλάσσουσιν εἰς αὐτὸν ἄνες. ἀπολογεῖται τοίνυν ὁ τοιούτοις ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, καὶ μονονουχὶ τ Ἰουδαϊκὴν ζηλοτυπίαν κατηγορῶν, πικρὸν καὶ ὀλέθριον ὁ τοῦτο ὄντως ὑπομένειν τ ψῆφον τοῖς αὐτὸν ἀτιμάζουσι, διὰ τ εἰς αὐτοὺς θεοὺς ἁγίους ἀποστόλους ὠμότητος. ὁ γὰρ εἰς αὐτοὺς κυρίως ὁ τ πλημμελείας ἀνεκπαίστως λόγος, ἀλλ' εἰς αὐτὸν ἀναβήσεται τ τῆς θείας ἀποστολῆς αὐτοῖς ὑπηρέτην τιμὴν λειτουργίαν, καθάπερ ἀμοιβῇ B ποτὲ πρὸς Σαμουὴλ περὶ τ̃ ἄλλων ἔλεγε θεὸς περὶ τ̃ ὑμῶν Ἰσραὴλ, ὅτι οὐκ ἐξουδενήκασιν, ἀλλ' ἢ ἐμὲ ἐξουδενήκασι. πρᾶγμα τοιγαροῦν σφαλερώτατον, ὃ μὴ τοῖς ἁγίοις ἧττον τιμῶν αὐτοῖς ἁρμοδιώτατον ἀποφήνῃ ἡμῖν. ἀναδραμεῖται γὰρ τ εἰς αὐτοὺς πλημμελείας ὁ λόγος εἰς τὸν ἀποστείλαντα αὐτούς.

v. 4. *Sed hæc loquutus sum vobis, vt quum venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.*

Αλλὰ ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ἡ ὥρα, μνημονεύητε αὐτῶν, ὅτι ἐγὼ εἶπον ὑμῖν.

Non aliam ob causam factum esse de his sermonem asserit, quàm vt agnoscerent si in tentationes propter se inciderent, omnino gloriam hinc reportaturos. Nec enim prædixi, inquit, vt vim & robur vestræ mentis eneruarem, sed neque vt præmaturum vobis futurorum malorum terrorem incuterem, sed vt anticipatam potiùs eorum vobis cognitionem traderem, quo duplicem hinc fructum reportaretis. Primùm enim recordati hæc à me prædicta fuisse, mirabimini quî ego præscierim, D & ipsum periculi tempus manifestissimum certæ fidei vobis erit argumentum. Nam qui futura nouit, quomodo non erit secundum naturam Deus. Deinde, qui præparatus est, & aliquid sibi euentuum antea nouit, leuiore metu afficietur, & quodcunque graue esse videtur facile superabit, & inconcussum in ipsis laboribus animum est habiturus. Præter E spem enim aliquid pati, pungit acrius. Quocirca Psalmistes ait, *Paratus sum, & non sum turbatus.* Discipulos igitur meminisse iubet futura sibi prædicta fuisse, vtiliter, ac necessariò. Dubium quippe non erat quin cum ipsum Deum verum esse ideirco crederent, (proprium enim veri Dei est cuncta nosse) facile quoque crediturí essent ab eo se periculis liberatum iri.
Ps. 118. 60.

C Οὐχ ἑτέρου τοῦ χάριν τοιγαροῦν αὐτοῖς πεποιῆσθαι τ λόγον διϊσχυρίζεται, ἢ ἵνα γνώσονται, ὅτι δὴ πάντως τοῖς δι' * αὐτὸν ὁμιλήσαντες πειρασμοῖς τ ἀνδρίας, τ̃ σὺν θεῷ ἀποκερδήσουσι δόξαν. οὐ γὰρ δὴ προείρηκα, φησὶ, τοὺς πόνους τ ὑμετέρας ἀθλοθεσίας προαπονυττων, ἀλλ' οὐδὲ προῆγον ὑμῖν ἐκ τ̃ πίστεως τ προσδοκᾶν ὑπονοήσας τὸ δόμα, προγινώσκειν δὲ μᾶλλον δίδεις, ἵνα διπλοῦν τοιοῦτον τ̃ ὠφέλειαν κερδάνητε. πρῶτον μὲν γὰρ ἀναμνησθέντες, ὅτι προεῖπον ἐγὼ, τὸν προειρηκότα θαυμάσεσθε, καὶ αὐτὸς ὑμῖν ὁ τ̃ κινδύνου χρόνος εἰς πληροφορίαν ἀσφαλεστάτης συμβήσεται πίστεως. ὁ γὰρ εἰδὼς τὰ ἐσόμενα, πῶς οὐκ ἂν εἴη κατὰ φύσιν θεός, καὶ πρός γε τούτῳ ὅ ἕτερον· ὁ γὰρ δὴ προνοητικὸς εἰσόμενος, καὶ προειρηκὼς ὅτι πίσεται, μᾶλλον κατισχύσει τ̃ φόβου, κατευμενέστερόν τ̃ ῥᾳδίως πάντως τ̃ δεχομένου εἰς ψυχὴν, ἀκλόνητόν τε τ νοῦν ἐν αὐτοῖς κτήσεται τοῖς πόνοις· ὃ γὰρ ἀδόκητον εἶναι πρὸ ἐλπίδος παθεῖν πικρότερον ἔχει τ προσδοκίας. καὶ γοῦν ὁ ψάλλων φησὶν, ἡτοίμασθαι δ οὐκ ἐταράχθην. διὸ μεμνῆσθαι πάντως κελεύει τοὺς μαθητὰς τ̃ προφητικότος αὐτοῖς τὰ ἐσόμενα χρησίμως δ καὶ καίρως. ἴσως γὰρ οὐκ ἀμφίβολον, ὅτι θεὸν ἀληθινὸν ὑπάρχειν αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο πιστεύοντες· ἴδοιεν γὰρ ὃ πάντα εἰδέναι τ̃ κατὰ ἀλήθειαν ὄντος θεοῦ· καὶ ὅτι τ̃ θείαν ἐξελεῖται ῥᾳδίως πιστεύσουσιν.

A

Ταῦτα δὲ ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον ὑμῖν, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην. νῦν δὲ ὑπάγω πρὸς τὸν πέμψαντά με, καὶ οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἐρωτᾷ με, ποῦ ὑπάγεις; ἀλλ' ὅτι ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἡ λύπη πεπλήρωκεν ὑμῶν τὴν καρδίαν.

Hæc autem ab initio non dixi vobis, quia vobiscum eram. Et nunc vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me, Quo vadis? Sed quia hæc loquutus sum vobis, tristitia implenit cor vestrum.

Ἕτερόν τινος χρησίμου καὶ αἰσχροπάτου λίαν προεγόησεν ὁ Χριστός. ἦν γὰρ οὐκ ἀμφίβολον, ὅτι παρηκολουθηκότες πρὸς μαθητείαν ἐξ ἀρχῆς περὶ αὐτὸν, συνόντες τε ἀεὶ, καὶ συνδιατρίβοντες, καὶ πολλὰ τῶν θαυμασίων ἐφηκότες τὴν πεῖραν, συνεπάρμενοί τε τὴν ἀσύγκριτον αὐτοῦ δύναμιν, καὶ ἐξουσίαν ὅτι πάντα νικήσουσι πειρασμὸν, καὶ πάντων ἀπαξαπλῶς περιέσεσθαι τὴν δίκην ὑπάγελέμενον. πῶς γὰρ ἂν ἦν διαζητεῖταί τι καὶ πρὸς τῶν μικροψυχεῖν τὰ τοσαῦτα ἰσχύοντας λογίζεσθαι μέμφομαι; ὅπερ ἦ τοῖς περὶ ἐλπίδα προπεσοῦσι κινδύνοις προμεμαθήκεν ὁ Χριστὸς, ἵνα μὴ σφόδρα πρὸς τὸ παράπαν τοῦτο διεθυμούμενοί τε καὶ λέγοντες· ἆρα τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐλπίδων ἐσφάλημαι καὶ διημαρτήκαμεν τοῦ σκοποῦ, κεκλῆσθαι μὲν ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς οἰηθέντες, ἐκπεπτωκότες δὲ ἄττως εἰς ἀδοκήτους συμφορὰς, ἀναγκαίως ὁ κύριος ἂν μὴ τὸ ἐξ ἀρχῆς προμυήσαι τούτοις, τὰ αἰτίαν ἐξηγεῖται, καὶ φησίν. ταῦτα ἐξ ἀρχῆς οὐκ εἶπον ὑμῖν, ὅτι μεθ' ὑμῶν ἤμην. ἐξήρκει μὲν γὰρ συμπαρὼν αὐτοῖς ἔτι πρὸς τὸ ἀσφαλίζειν θαρραλέως, καὶ ἐκ πάντος ῥύεσθαι πειρασμοῦ, καὶ πρὸς ἐφ' ἅπασι τοῖς συμβαίνουσι καθηκόντως παιδεύειν διδασκαλίαν τε καὶ ἐπανόρθωσιν. ὅπερ ἦ ἀποδημεῖ πρὸς τὸν πατέρα, τὰ τέσσαρα προδοκωμένων ἀναβάλλεται D ἀφιξιν ἐξηγεῖται χρησίμως καὶ σὺν καιρῷ τῷ παρόντι. εἰ γὰρ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς τὸ τῆς καιροῦ τὸ παρέποντος μὴ ἀμυδρῶς ἐπαισθάνεσθαι, πῶς οὐκ ἂν μᾶλλον ἀρέσαι Θεῷ; καιρὸς οὖν ἦν ἄρα σιωπᾶν ἐν τῷ ἐξ ἀρχῆς, ὅπου γε μηδὲ μαθεῖν, ὡς ἐξ ἀνάγκης εἰσβαίνοντος· ὅπερ ἦ ἀπεδήμει πρὸς τὸν πατέρα, ὁ τῆς φρονίσεως παρεσόμενος καιρός. ἆρ' οὖν ἀπενοσφίζετο τὸ μαθητῶν ὁ σωτὴρ αἰσθομένους πρὸς τὸν πατέρα, καὶ συνεῖναι αὐτοῖς τῇ τοῦ πνεύματος ἐπιρροίᾳ τε καὶ δυνάμει, καὶ χαίρειν πῶς, ἢ κἂν πίστιν E ὅπου, μὴ γὰρ ψεύσεται λέγων· ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας καθ' ἑκάστην τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος, πλὴν ὅσον εἰς σάρκα καὶ τὴν μετὰ σώματος παρουσίαν, ἀδιαμφίβολον ἀμφίβολον. ἀλλ' οἶδε μὲν ὁ σωτὴρ ἀναγκαιότατον ὄντας τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τὸ εἰς ὑψηλοὺς ἀναβῆναι τὰς ἰδίας σαρκὸς, πλὴν οὐκ ἠγνόησεν, ὡς Θεὸς, ὅτι τῇ πικρίᾳ τοῦ λύπους μεμέ-

Aliud quiddam vtile ac valde necessarium Christus prouidit. Dubium quippe non erat, quin cum facti essent initio eius discipuli, & cum eo iugiter versati, multáque miracula experti fuissent & incomparabilem eius potentiam perspexissent, omnem se tentationem superaturos, omniáque omnino pericula expugnaturos putarent. Quis enim ambigendi locus esset, eos qui tot tantáque pollentis bonitatem experti essent, animum angustum in hoc præ se ferre? Sed quoniam Christus multa eis præter spem euentura mala prædixit, ne minimum turbarentur, apud se cogitantes ac dicentes, Ergo frustra sunt illæ spes quas initio concepimus, & nostro scopo tandem excidimus, qui nos ad omnia bona vocatos esse putantes, in calamitates adeò inexpectatas incidimus, necessariò Dominus causam aperit, cur hæc initio non prædixerit, & ait: Hæc ab initio non dixi vobis, quia vobiscum eram. Mat. 28. 20. *Quandiu enim cum illis erat, sufficiebat ad eos ex omni tentatione eruendos, & aduersus omnes casus instruendos atque erigendos. Quia verò ad Patrem vadit, ea quæ certò euentura erant vtiliter & opportunè eis explicat. Nam si tempestiuè res gerere cumprimis studemus, quomodo non id potiùs Deus fecerit? Silendi ergo tempus erat initio, nondum verò discendi: Sed cum ad Patrem pergeret, eloquendi tempus subiit. Ergone Seruator reuersus ad Patrem à discipulis aberat, & tamen eis aderat Spiritus, efficacia, & virtute, & gratia. Quomodo verò? nec enim mentitur, dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi: veruntamen quoad carnem & carnis præsentiam id intelligendum esse, nullus ambigit. Cæterum nouit quidem Seruator naturæ humanæ valde necessarium fore carnis suæ in cælos ascensum, sed non ignorauit, vt Deus, acerbissimo dolore*

discipulorum cor impletum fuisse. Vehementer enim eos discessus Christi pungebat, quia perpetuò cum eo morari cupiebant. Eum verò, vt qui iam istud facere decreuisset, non interrogant quam ob causam esset discessurus, aut quid eum ad cælos ascendere impelleret. Ignoscit igitur istud iis quoque ita affectis, & silentium intempestiuum vsurpantibus, quod ne discessus quidem causam eos discere patitur, licet eius cognitio multum in se vtilitatis habeat.

A ζυσο τ μαθητ λι καρδία. ἐλύπει γὰρ λίαν αὐτοὺς ἀποδημῶν ὁ Χριστός, ἐπεὶ σφ ἤθελον αὐτῶ συνεῖναι ἀφ' πάντος. ὡς δὲ ἤδη κεκεικότα τοῦτο δρᾶν, οὐδὲ διερωτῶσιν, ὅ. τί ποτε ἄρα, καὶ ἀφ' ποίας αἰτίας ἀποχήσεται, ἢ τί ὃ ἐπεῖγον, ἦγεν αὐτὸν εἰς ὃ ἀναβαδίζειν αὐτόν. συγγινώσκει δ' τοῖς ὡς ἐξ ἀγάπης αὐτοῖς παθοῦσι τὸ τοῦτο, καὶ σιωπὴν οὐκ ἀκαίρως ἐλαμπούσης ἀγαπᾶν τῆς ἀποδημίας οὐκ ἐᾷ πάντ ὃ αἴτιον ἐκμαθεῖν, καίτοι πολλὰ ἔχοντος τὴν εἰδέναι τὸ ὅπως.

B Ἀλλ' ἐγὼ τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λέγω· συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἀπέλθω. ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐκ ἐλεύσεται πρὸς ὑμᾶς.

v. 7. *Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim ego non abiero, Paracletus non veniet ad vos.*

Vehementissimus nempe vos dolor exedit, & acerbus labor turbauit, nec discessum meum expertem fore molestiæ rectè vtique vobis persuasistis. Incidens enim profectò in eas quas dixi tentationes, & impiorum persecutorum crudelitatem perferetis. Vtile ergo iucundis semper anteponendum C esse apud me reputans, veritatem vobis dicam. Expedit enim vobis vt ego vadam. Et nos quidem Seruatori Christo longè nos excedenti omnem intelligentiam submittemus, veruntamen non mediocriter hoc dicto posse turbari quendam paulo simpliciorem autumo. Illud enim apud se reputabit, nempe si melius est abire Christum, præsentia sua nonnihil obfuisse videtur. Et si vtilis est nobis discessus eius, quomodo non ex eius mora contrarium eueniet? Simpliciores forsan turbabit hæc quæstio: veruntamen qui diuina sapientia ad exactam horum cognitionem non dirigitur, non vtique scandalizetur, sed dictis conuenientem potius sensum attendat. Existimo itaque ante alia cuncta cogitandum esse, & apertè discendum, cuique rei, vt scriptum est, suum esse tempus, & omnia esse bona in tempo- E re suo. Aderat ergo suo tempore vtiliter Dominus in hoc mundo cum carne: opportuno vero tempore, & singularum rerum ordini congruo vtiliter reuersus est ad Patrem. Neque verò ei obiici vllo modo potest, non fuisse valde vtile vnà cũ discipulis versaretur, ex eo quod necessariò demum discedit: neq; discessus vtilitas vllo modo arguatur propter

Θερμὴ μὲν γὰρ ὑμᾶς κατεδήδοκε λύπη, φησὶ, καὶ δριμὺς ἐπάρδει πόνος. ὑ γὰρ ἀπαλαίπωρον ἑαυτοῖς τ ἐμὸν ἔσεσθαι χωρισμὸν ἐσφλήφατε, σφόδρα φρονίμως ὀρθῶς. παρεπισῇ δὲ γὰρ πάντας οἷς ἤδη προείρηκα πειρασμοῖς, & τ τῶν διωκόντων ἀνοσιότητα ὑπομενεῖτε τ ἀμείνονα. χρὴν δὲ οὖν ἀεὶ τ ἡδέων τὸ συμφέρον προτιθέναι λογιζόμενος, ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς τὴν ἀλήθειαν. συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· & πάντα μὲν τὰ κοινωνικὰ τῆ ὑπὲρ ἡμᾶς προθέσει χωρήσομεν τῷ Χριστῷ, πλὴν ὑ μετρίως δὲ οἶμαι θορυβήσειν δύναθαί τινα τ ἁπλουστέρων τὸ εἰρημένον. λογιέσθω γὰρ πάντως ἐν ἑαυτὸν, & διαπορείτω, ὡς εἴπερ ἦν ἄμεινον τὸν ἀποδημῆσαι Χριστὸν, τὸ ἄρα παρῆναι τ καλῶν ἔοικεν ἡμῖν ἀπαλλάττειν· & εἰ τὸ συμφέρον ὑμῖν ἐκ τῆς ἀπελθεῖν αὐτὸν, πῶς ὑχὶ τὸ ἐναντίον οὐκ ἂν μὴ ἀπελθεῖν συμβήσεται; & θορυβήσει μὲν ἴσως τινὰς τ ἀκεραίων τὸ ζήτημα· πλὴν ὑ συνήσει τῆ θείᾳ διδασκαλίᾳ νόμος πρὸς ἀκριβῆ τ εἰρημένων καταλήψιν, οὐκ ἂν ὅλως οἶμαι σκανδαλισθεῖη ποτὲ, διδασκέσθω δὲ μᾶλλον τὸν τοῖς εἰρημένοις παρέπεσθαι νοῦν. χρὴν δὲ ἐνθυμεῖσθαι πρὸς τ ἄλλων ἁπάντων οὐχὶ δεῖν μόνον προλογίζεσθαί τε & εἰδέναι ἐφ' ὅτῳ κτ ὃ γεγραμμένον, καιρὸς τῷ πάντι πρᾶγμα τί, & πάντα καλὰ ἐν καιρῷ αὐτῶν. πρὸ μὲν οὖν ἦν κτ καιρὸς χρησίμως ὁ κύριος ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ μετὰ σαρκὸς ἐν καιρῷ δ' αὖ πάλιν τῷ καθήκοντί τε & πρεπούσῃ, ταῖς ἐφ' ἑκάστῳ τ πρὸς μετὰ τελευτὴν οἰκονομίαις χρησίμως αὖθις πρὸς τ πατέρα· & οὐ δεδιέλειπεν μὲν πάντως, ὡς οὐ σοφὸν λογιτέον τ συμπράξαι τοῖς μαθηταῖς, δεῖ τ εἰς ὕστερον ἀναβαλέσθαι ἡμᾶς ἡμερῶν ἀποδημίαν οὔτε μὲν λυσιτελῆσαι καὶ πρὸ ἡμερῶν ὅλως τε οὐκ τῆς

ἀποδημίας χρήσιμον, διὰ δὲ ὃ οὐκ τῆς πρόσθεν συμ- A
φέρον· ἐκάτερον γὰρ τὸ καιρῷ παρόντι χρησίμως
ἐποίησεν. ἵνα δὲ τῆς θεωρήματος τοῦ βαθυτέρου
πλούτου, διὰ σπουδῆς ἐρεῖν τοῖς ἀδελφοῖς
καθηκόντως, φέρε δὴ λέγωμεν αὖθις μικρὸν ἐπανα-
νεοῦντες τὸν λόγον, κατ' ὀλίγον δρομεῖν τὸ μὴ σφαλῆς οἰκο-
νομίας τῆς μονογενοῦς τὸ πρόσφορον, ἐν ποίοις δὴ
τούτοις ἐπὶ ὃ τῆς ἀποδημίας ὠφέλιμον. ἵνα δὴ καὶ
φθορᾶς ἐν θανάτου ἀπαλλάξῃ τὸ ἐξ ἐξ ἀρχαίας
ἐκείνης καταχεηλμένον ἀρᾶς, γέγονεν ἄνθρω- B
πος, ἑαυτὸν ὡσανεὶ ἐγκαθεὶς τῇ ἡμετέρᾳ φύσει,
ζωὴν καὶ φύσιν ἐπαγόμενος. νενίκηται γὰρ οὕτω
τοῦ θανάτου τὸ κράτος, καὶ λέλυται τὸ ἐν ἡμῖν ἐπεισ-
άκτου φθορᾶς ἡ δυνάμις. καὶ ἐπεὶ ἐξ εἰς ἁμαρ-
τίαν ῥοπῆς ἐλθόντα πάντελῶς ἡ θεία φύσις ἦν,
περιφέρεται ἡμᾶς διὰ τὸ ἰδίας σαρκός. ἐν αὐτῷ γὰρ
ἡμῶν οἱ πάντες, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος, ἵνα
νεκρώσῃ τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τοῦτ' ἔστι, πάντα σαρ- C
κὸς πάθη, καὶ καταργήσῃ τὸ ἁμαρτίας νόμον, τὸ ἐν ἡμῖν
ἡμετέροις μέλεσι τυραννήσαντα, καὶ ἐν τούτῳ
πάλιν ἵνα τὴν φύσιν ἡμῶν ἁγιάσῃ, καὶ τύπος ἡμῖν,
καὶ καθηγητὴς εὑρεθῇ τῆς εἰς θεοσέβειαν ὁδοῦ, καθα-
ρά τε ἐπίγνωσις τοῦ κατ' ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ
ἀπλανοῦς πολιτείας. ταῦτα δὴ οὖν ἅπαντα γενο-
νὼς ἄνθρωπος κατώρθωκεν ὁ Χριστός. ἔδει γὰρ οὕτω
εἰς ἀκρότητα πάντως ἀγαθοῦ τὸ ἀνθρώπου φύσιν D
διαγαγεῖν, καὶ μὴ μόνον ἀπαλλάξαι θανάτου καὶ
ἁμαρτίας, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς αὐτοὺς ἀναβιβάσαι τοὺς
οὐρανούς, οὐσιαίτατόν τε καὶ συγχορδωτάτην ἐπιδοῦναι
τοῖς ἀγγέλοις τὸ ἀνθρωπον. ὡσανεὶ καταγωγὸν μοναν
ἡμῖν διὰ τὸ ἰδίας ἀναστάσεως, ὃ διαφθαρὰν διὰ
παλαιᾶς τὸ φθορὰν, ὅπως ἡμῖν ἀνοίξαι καὶ τὸ εἰς ὃ αὖθις
πάροδον, καὶ ἐποίησαν τῆς παλαιᾶς τὸ οὐ πρόσ-
κοπον πεφήνατ, διὰ τὸ Ἀδὰμ παράβασιν. οὕτω
τὰ θειότατα σωτὴρ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος ἔλε-
γεν, ὅτι γὰρ εἰς χειροποίητα ἅγια εἰσῆλθεν ὁ Χριστὸς, Hebr. 9.
ὃς ἐστὶν ἀντίτυπα τῶν ἀληθινῶν, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν E 24.
οὐρανὸν, νῦν ἐμφανισθῆναι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ
ὑπὲρ ἡμῶν. ἀκούεις, ὅτι διὰ πάντος ἐν ὢν καὶ
ἐν τῇ φύσει τοῦ ἰδίου γεννήσαντος ὢν, διὰ τοῦτο τὴν
τῆς οὐσίας, νῦν τὸ δι' ἑαυτὸν, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν ἐμ-
φανίζεται; ὃ γὰρ εἶπον ἤδη, τοῦτο πάλιν ἐρῶ· ἡμᾶς
ἔσχεν ἐν τῷ παρόντι, ἀπαρχὴν οὖσαν τῆς ἀνθρωπό-
τητος, ἀποδημήσας εἰς οὐρανόν. ὡσανεὶ γὰρ ζωὴ
καὶ φύσει ὑπάρχων, ἀποθανεῖν τε καὶ ἀναστῆναι
λέγεται δι' ἡμᾶς, ὅπως καὶ ἀεὶ βλέπων τὸν ἑαυτοῦ
πατέρα, ὁρώμενός τε αὖ πάλιν καὶ τῷ ἰδίου
πατρὶ, νῦν ἐμφανισθῆναι λέγεται, τοῦτ' ἔστιν,

utilitatem præsentiæ. Vtrumque enim opportuno tempore factum est vtiliter. Vt autem sensum huius loci paululum præteruecti manifestius fratribus exponamus, agedum Incarnationis vnigeniti causam repetito sermone cursim attingamus, ac præterea discessus illius vtilitatem. Vt ergo & corruptione & morte solueret eum qui vetere illo maledicto condemnatus erat, factus est homo, seipsum quodammodo in nostram immittens naturam, qui vita est secundum naturam. Sic enim deiectum est mortis imperium, & resoluta est vis corruptionis in nos inductæ, & cum natura diuina omni prorsus vacua sit propensione ad peccatum, gestauit nos per suam carnem. In eo quippe eramus omnes, inquantum apparuit homo, vt membra terrena mortificaret, hoc est carnis passiones, & peccati Legem quæ in membris nostris tyrannicè dominabatur abrogaret, nostramque præterea naturam sanctificaret, exemplumque nobis & dux itineris ad pietatem esset, & pura cognitio veritatis illius quæ secundum scientiam est atque inculpatæ conuersationis fieret. Hæc igitur omnia Christus homo factus peregit. Decebat ergo naturam hominis ad summum cuiusuis boni attollere, neque solùm peccato & morte eam liberare, sed in ipsos quoque cælos euehere, hominemque Angelorum contubernalem & eiusdem chori consortem reddere. Et quemadmodum per suam resurrectionem corruptionem fugere posse nobis tribuit, sic nobis quoque ad cælos aditum aperire, & in conspectu Patris sistere eum qui per præuaricationem in Adam procul amandatus fuerat. Quæ cum ipse quoque diuinus Paulus intelligeret, aiebat, *Non enim in manufacta sancta Christus introiuit, exemplaria verorum: sed in ipsum cælum, vt nunc appareat coram vultu Dei pro nobis.* Audis, vt cum semper in conspectu & in natura sui genitoris sit, propter identitatẽ substantiæ, nunc non propter seipsum, sed pro nobis manifestetur? Nam vt quod priùs dixi repetam, nos sistit in conspectu Patris, cum sit ipse primitiæ humanitatis, reuersus in cælum. Quemadmodũ enim cùm Vita sit secundum naturam, mori tamen, & resurgere propter nos dicitur, sic etiam cum semper suum Patrem videat, & videatur ipse vicissim à suo Patre, nunc apparere dicitur, id est, quan-

do factus est homo, non propter seipsum, sed pro nobis, vt homo, & quatenus deesse nostræ dispensationi videbatur, vt nos in ipsos quoque cœlos ascenderemus, tanquam in primitiis & primo Christo. Præcursor enim eò quoque rediit, propter nos, vt & alicubi diuinus ipse Paulus ait. Et quatenus quidem homo, censetur Pontifex adhuc nostrarum animarum & consolator, & propitiatio pro nostris peccatis: Quatenus verò Deus ac Dominus secundum naturam, cum Patre considet, sed nihilo secius hæc ad nos gloria pertinebit. Vnde & Paulus aiebat, de Patre, *Quia & conresuscitauit, & consedere fecit nos in cœlestibus in Christo.* Cum ergo omnia quæ in terris dispensanda erant consummasset, restabat vt quod deerat impleret, nempe vt ascenderet ad Patrem. quocirca ait, Expedit vobis, vt ego vadam Si enim ego non abiero, Paracletus non veniet ab vos. Agedum ergo aliam quandam obseruationem proferamus vtilem æquè ac veram. Peracta demum erant omnia quæ in terris dispensanda erant, sicuti modò asserebamus, sed oportebat omnino fieri nos consortes & diuinæ Verbi naturæ participes, seu nostra vita relictam aliam quandam transformari, & ad nouitatem pieconuersationis instaurari: quod aliter quàm participatione sancti Spiritus fieri non poterat. Tempus autem maximè opportunum missioni Spiritus, & eius in nos illapsui, illud erat, quod discessum Christi nostri Seruatoris excepit. Nam quandiu Christus cum fidelibus adhuc in carne versabatur, omnis, vt reor, boni largitor eis apparebat: verùm vbi ad cœlestem Patrem ascendendi tempus & necessitas adfuit, quomodo non oportebat eum cultoribus suis per Spiritum adesse, & per fidem in nostris cordibus habitare, vt ipsum habentes in nobis, cum fiducia clamaremus, Abba, pater, & ad omnem virtutem facile curreremus, ac præterea potentes & inuicti aduersus Diaboli insidias & insultus hominum reperiremus, vt qui eunctipotentem Spiritum habeamus. Quòd enim in alium quendam habitum transformet eos in quibus fuerit & inhabitarit Spiritus, eosque in nouitatem vitæ restauret, nonne facile est cuiuis, cum ex veteris, tum nouæ Scripturæ testimoniis ostendere? Diuinus

Eph 2.6.

Gal 4.6.

A ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, οὐ δι' ἑαυτὸν, ἀλλ' ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς ἄνθρωπος, καὶ ὡς ἐλλειπὸς ἦν πρὸς τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκονομίαν κατεφαίνετο, ὃ δὲ εἰς αὐτοὺς ἡμᾶς διαβῆναι τοὺς οὐρανοὺς, ὡς τὰ ἀπαρχὴ, καὶ πρόδρομος Χριστῶ. προέδραμε γὰρ καὶ εἰς ἄνω ἀνελήλυθεν ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς που καὶ αὐτὸς φησιν ὁ θεσπέσιος Παῦλος· καὶ ἡ μὲν ἄνθρωπος, ἀρχιερεὺς ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν καὶ παράκλητος, ἱλασμὸς ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν.

B ἡ δὲ Θεὸς, καὶ κύριος κατὰ φύσιν, συνέδρος τοῦ ἰδίου πατρὸς, ἀλλὰ καὶ εἰς ἡμᾶς αὖθις ὀφθήσεται πάλιν, καὶ δι' οὗ τούτου δοξασθήσεται δόξα. διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγε πρὸς τοὺς, ὅτι καὶ συνήγειρε, καὶ συνεκάθισεν ἡμᾶς ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῶ. τετελεσμένων οὖν ἁπάντων τῶν ὑπὲρ τῆς γῆς, ὃ ἐλλειποὺς ἔδει πληρωθῆναι, τοῦτ' ἔστι, διαβῆναι πρὸς τὸν πατέρα. διὸ τοῦτό φησι, συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐ μὴ ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς. φέρε δὴ τι καὶ πρὸς τούτοις

C ἕτερον ἐπινοήσωμεν τοῖς θεωρήμασι χρήσιμόν τε καὶ ἀληθὲς κατόρθωτον. πᾶν γὰρ ἄπαντα λοιπὸν ἦν τὰ ὑπὲρ τῆς γῆς, καθάπερ ἀμέσως διεβεβαιούμεθα νυνί· χρῆν δὲ πάντως κοινωνοὺς ἡμᾶς, καὶ μετόχους γενέσθαι τῆς θείας τοῦ λόγου φύσεως, ἤτοι τὴν οἰκείαν ἀφέντας ζωὴν εἰς ἑτέραν μεταβαλεῖν ζέσιν, καὶ πρὸς καινότητα πολιτείας μεταστοιχεῖσθαι τὴν θεοφιλῆ· ἀλλ' οὐκ ἄν ἑτέρως διὰ τοῦτο τυχεῖν, εἰ μὴ διὰ τῆς ἁγίου πνεύματος κοινωνίας τε καὶ μετου-

D σίας. ὅ, τε μὴν πρέπων διδάσκαλός τε καὶ οἰκειότατος κηδεστὴς τῆς τοῦ πνεύματος ἀποστολῆς, καὶ καθόδου τῆς πρὸς ἡμᾶς, ἐκεῖνος ἦν ἄρα λοιπὸν εἰσρέων θύραθεν, ὁ μὴ τὸ σύνευδον ἀποδημίας τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ. σαφῶν μὲν γὰρ ἔτι μὴ σαρκὸς καὶ τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, πάντως οἶμαι χρηστὸς ἀναθοῦ διεδίκνυτο· ἀλλ' ἐπεὶ καὶ αὐτὸν αἰσχεμίζεσθαι δεῖν πρὸς τὸ τοῖς ἀρχαίοις πατέρα κηδεστὰ καλῶς καὶ χρεία, πῶς οὐκ ἔδει συνεῖναι ἅμα τῷ πνεύματος τοῖς σεβασθεῖσι αὐτὸν, καὶ οἰκεῖν ἐν

E ταῖς καρδίαις ἡμῶν διὰ τῆς πίστεως, ἵν' αὐτὸν ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς, μὴ παῤῥησίας κρείττωμεν, ἀλλὰ ὁ πατὴρ, καὶ πρὸς πᾶσαν ἀνθρώπων ἰσχὺν ἀήττητοι, καὶ πρὸς τούτοις, δυνατοί τε ὦμεν πρὸς τὰς τοῦ διαβόλου μεθοδίας ἀντεισκαλλᾶν, καὶ τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐπηρεασμοὺς, ἅτε δὴ καὶ τὸ πάντα ἰσχὺν ἔχοντες πνεῦμα. ὅτι γὰρ εἰς ἑτέραν τινὰ μεθίστησιν ἕξιν τοὺς ἐν οἷς ἂν ἦλθε καὶ κατοικήσῃ τὸ πνεῦμα, καὶ εἰς καινότητα τῆς μεταπλαττῆς ζωῆς,

πῶς ἁπλῶς ὅτι δείξῃ τις ἂν, ἀπό τε τῆς ἐξ ἀρχαίας, καὶ νέας γραφῆς; ἐγὼ μὲν γὰρ θεσπέσιος Σαμουὴλ ὅτι

ζυὶ τοῦ τ̃ Σαοὺλ ἐποιῆτο λόγους· ἢ ἐφάλλεται, φησὶν, ὅτι σὲ πνεῦμα κυρίου, & γραφήσῃ εἰς ἄνδρα ἄλλον· ὁ δὲ μακάριος Παῦλος. ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τ̃ δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι, τ̃ αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος. ὁ δὲ κύριος ὅ πνεῦμά ἐστιν. ὁρᾷς ὅπῃ μεταπλάττει τὸ πνεῦμα τοὺς ἑτέρους ὥσπερ εἰκόνα, ζυὶ οἷς ἐνοικεῖ φαίνοιτο καταστάζον; μεθίστησι γὰρ ἀκόλουθος ἀπὸ τοῦ φρονεῖν ἐπὶ τὰ ὑπὲρ τ̃ γῆς, εἰς τὸ μόνα βλέπειν ζὰ ἐν οὐρανοῖς, ἢ ἐξ ἀνάνδρου δειλίας, εἰς ὑπερμεγέθη ῥώμην. ὅθι δὲ & ζυὶ μαθητὰς τοῦτο παθόντας ἀνήσομεν, & κεκραλαιωμένους ἀφ' ἑαυτοῦ πνεύματος, εἰς τὸ μήτε ζὰ τ̃ διωκόντων ἐπιφορὰς κατδυσκᾶν, ἀλλὰ ἢ τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης ἀπείξ ἐχομένους, ὑδαμόθεν ἀμφίβολον. οὕτω ἀληθὴς ὁ σωτῆρος ὁ λόγος, συμφέρῃ ὑμῖν λέγοντος, ὃ ἀπελθεῖν με εἰς οὐρανούς· ἐκεῖνος γὰρ ἦν ὁ καιρὸς τῆς καθόδου τοῦ πνεύματος.

A quippe Samuel cum ad Saülem verba faceret, *Et insilies*, inquit, *super te Spiritus Domini, & verteris in virum alium.* Beatus autem Paulus: *Nos verò omnes, reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu. Dominus autem Spiritus est.* Vides vt Spiritus transformet quodammodo in aliam imaginem eos in quibus inhabitat? Transfert enim facile B à rerum terrenarum sensu ad spectanda solùm ea quæ sunt in cælis, & ex imbelli timiditate ad strenuam & generosissimam vim animi. Neque verò dubium est quin ita affectos reperiamus discipulos, & sic per spiritum confirmatos, vt persequentium incursus vincerent, & dilectioni in Christum mordicùs adhærerent. Verum igitur est quod ait Seruator, *Expedit vobis, vt ego ad cælos reuertar.* Tempus enim illud erat descensuri Spiritus.

C.

Καὶ ἐλθὼν ἐκεῖνος, ἐλέγξῃ τὸν κόσμον περὶ ἁμαρτίας, καὶ περὶ δικαιοσύνης, & περὶ κρίσεως. περὶ ἁμαρτίας μὲν, ὅτι οὐ πιστεύουσιν εἰς ἐμέ· περὶ δικαιοσύνης δὲ, ὅτι πρὸς τὸν πατέρα ὑπάγω, καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με. περὶ κρίσεως δὲ, ὅτι ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου κέκριται.

v. 8. &c. *Et quum venerit ille, arguet mundum de peccato & de iustitia & de iudicio. De peccato quidem, quia non credunt in me. De iustitia verò, quia ad Patrem vado, & iam non videtis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iudicatus est.*

Καιρὸν δὲ διδείξας τ̃ δέοντα τ̃ πνεύματος καθόδου ἢ ἀποστολῆς, ὅ ἀπελθεῖν πρὸς τ̃ πατέρα, ἢ πάλιν ἐν τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς ἀγαλλιάσασθαι λύπην ἀποχέοντος ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦ παρακλήτου, & πίνων ἕξαι δημιουργὸς ὁ παράκλητος χρείαν ποιῶν προαποδείκνυσιν. ἐλθὼν γὰρ φησὶν, ἐλέγξῃ τ̃ κόσμον περὶ ἁμαρτίας, ἢ περὶ δικαιοσύνης, & περὶ κρίσεως· ἢ πῶς μὲν ἕκαστον τ̃ εἰρημένων ἔλεγχος ἔσται, ἀφαμυθήτως ἀκριβῶς· πλὴν ἐπεί γε ἡ λίαν ἀκόλουθος προσθάλλει εἰκὸς τῷ θεωρήματι τινας, διερμηνεῦσαι δεῖ κατὰ μέρος ἕκαστα, ἢ λυκίτερον εἰπεῖν τῷ σημαινομένῳ ἢ τῇ δυνάμει. πρῶτον τοίνυν ἐν τοῖς ὁ περὶ τ̃ ἁμαρτίας ἔλεγχος. πῶς οὖν ἐλέγξῃ τ̃ κόσμον; ὅταν γὰρ τοῖς ἀγαπῶσι Χριστὸν, ὡς ἀξίοις ἤδη ἢ πιστευθεῖσι λάβῃ, τότε δὴ τότε τ̃ κόσμον, τοῦτ' ἔστι, τοὺς ἀπαιδεύτους, ἢ ἀπίστους ἔτι, & ταῖς ἐν κόσμῳ φιληδονίαις κεκραταιωμένους δι' αὐτὸ καθαιρεῖν τὸ πρᾶγμα, ὡς ὄντας ὑπὸ ταῖς ἰδίαις ἁμαρτίαις, ἢ ζοῖς ἑαυτῶν ἐμπεπη-

Postquam ostendit opportunum D descensus & missionis Spiritus tempus esse, si ad Patrem redierit, & postquam acerbissimum dolorem sanctorum discipulorum per hoc abunde mitigauit, iam quid præstiturus sit Paracletus insuper ostendit. *Quum* enim *venerit*, inquit, *arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.* Et quidem quomodo futura sit de vnoquoque redargutio, accuratè docuit: quia tamen nonnulli non admo- E dum facile hæc assequi videri possunt, sigillatim explicandum arbitror, & quisnam singulorum sit sensus clariùs exponendum. Primo itaque loco ponitur redargutio de peccato: qui verò mundum arguet? Nempe cum in diligentibus Christum, ceu dignis ac fidelibus habitauerit, tunc certè, tunc mundum, hoc est imperitos, & infideles adhuc, & voluptatum studiis affixos ipsâ re arguet, condemnabitque vt peccatis obnoxios suisque vitiis im-

morituros. nequaquam enim Deus personas respiciet, neque his hominibus sine iusta causa largietur Spiritum, aliis non item: sed in solis dignis inhabitare faciet Paracletum, qui per fidem sinceram vt Deum reuera coluerint, & vniuersi opificem ac Dominum confessi fuerint. Quod ergo Seruator priùs Iudæis dixit, *Si non crediderit is quia ego sum, in peccatis vestris moriemini*, rebus ipsis verum id esse Paracletus ostendet, quum venerit. Rursus autem *arguet mundum* inquit, *de iustitia, quia ad Patrem vado, nec amplius videbitis me:* Iure enim patrocinabitur iis qui in Christum, post ascensionẽ eius in cælos crediderint, vt qui iustè iustificati sint. Susceperunt enim vt Deum verũ, quã non viderunt & cũ suo patre cõsidere crediderũt. Quòd enim Christus beatos vocaret eos qui sic credererent, facile discet quisquis illorum meminerit quæ dixit Thomas ac fecit. Nam cum de resurrectione Filij adhuc dubitaret, *Nisi mittam*, inquit, *manum meam in latus eius, & videro fixuram clauorum, non credam.* Postquam autem credidit, Christo quod facere voluisset ei permittente, quosnam sermones audiit? *Quia vidisti me, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt*, Iustè itaque iustificati sunt, qui etiam eo minimè conspecto crediderunt: mundus autem ea re excidit, iustitiam quæ ex fide est non amplexus, sed in suis malis studiosè volutatus. Operæpretium autem est agnoscere duas illas reprehensionis, non aduersus Iudæos tantum sed aduersus quemlibet potius hominem durum atque præfractum per Paracletum futuras. Mundi quippe appellatio significat etiam eum qui in voluptatibus perpetuò volutatur, & ab impuritate Diabolica non recedit, nec minus præterea significat eos qui per totum orbem terrarum sparsi sunt, & eum inhabitant. Generalis ergo est, & ad omnes pertinet duplex ista reprehensio. Christus enim non tantum Iudæos, sicuti principio, aut solum semen Israël, sed vniuersum Adami genus quod lapsum erat vocauit ad salutem. Non enim gratia aliqua parte tenus, sed in omnem terrarum orbem fidei bonum diffusum est. Tertia reprehensio per Spiritum futura est, vt ait Seruator, iustissima principis huius mũdi condẽnatio. Quomodo autẽ, exponã

Ioa 8. 24

Ioa. 20. 25.

A ξομένους ἁμαρτήσεσθαι. τοῦτο γὰρ οὐδαμῶς ὁ Θεὸς, ἀλλ' οὐδὲ ἅπασι μὲν τὸ ὁμοίως τῆς χάριτος, αἰτίας δὲ λόγου δίχα χαρίσηται τὸ πνεῦμα, ἅπασι δὲ οἰκεῖον, μόνοις δὲ τοῖς ἀξίοις ἐγκατοικεῖν τὸ παράκλητον, οἳ δηλ πίστεως εἰλικρινοῦς, ὡς Θεὸν ὄντως τιμήσασι, καὶ τὸ ὅλων ὁμολογήσαντι δημιουργὸν, καὶ κύριον. ὅπερ οὖν εἴρηκε φθάσας τοῖς Ιουδαίοις αὐτὸς ὁ σωτὴρ, ὅτι ἐὰν μὴ πιστεύσητε εἰς τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν ἀποθανεῖσθε, ἀληθὲς ὂν ὑποδείξει διὰ

B τοῦ παρακλήτου ἐλθών. ἐλέγξει δὲ πάλιν τὸν κόσμον, φησὶ, περὶ δικαιοσύνης, ὅτι πρὸς τὸν πατέρα ἐγὼ ὑπάγω, καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με· σωτηρία γὰρ δικαίως τοῖς πεπιστευκόσιν εἰς Χριστὸν, μὴ τοῖς εἰς ὕστερον πιστεύσασιν, ὡς δικαίως δεδικαιωμένοις. παρεδέξατο γὰρ ὡς Θεὸν ἀληθινὸν, ὃν τεθέασται μὲν οὐδαμῶς, σωματικῷ γε μὴν τῷ ἰδίῳ πατρὶ πεπιστεύκασιν. ὅθεν γὰρ μακαρίους ἀποκαλεῖ τοὺς οὕτω πεπιστεύοντας ὁ Χριστὸς, σαφῶς δῆλός ἐστιν ὁπόσα μεμαθηκὼς, ὧν εἴρηκέ τε καὶ

C δέδρακεν ὁ Θωμᾶς. εὐδιάζων γὰρ εἰ πρὸς ἀναβιῶναι τὸν υἱὸν, ἐὰν μὴ βάλω, φησὶ, τὸν χεῖρά μου εἰς τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, καὶ ἴδω τοὺς τύπους τῶν ἥλων οὐ μὴ πιστεύσω. ὅπερ ὁ πεπίστευκεν, ὅσα ἠθέλησε θεᾶσθαι ἐφέντος αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ, ποίων ἤκουσε λόγων; ὅτι ἑώρακάς με, πεπίστευκας· μακάριοι, οἱ μὴ ἰδόντες καὶ πιστεύσαντες. δικαίως οὖν ἄρα δεδικαίωται, καὶ δίχα τοῦ ἰδεῖν οἱ πιστεύσαντες, τοῦ δὲ μὴ ἰδόντα τυχεῖν ὁ κόσμος ἐξώλεσθε, τὸν ἐκ πίστεως

D δικαιοσύνην οὐ περιπλάμενος, ἀλλ' ἐθελοντὴς τοῖς ἰδίοις ἐμφιλοχωρήσας κακοῖς. εἰδέναι γοῦν αἰσχρὸν, ὡς οὐ τοῖς μόνοις Ιουδαίοις ἡ τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν εἰρημένων ἐλέγχων δυὰς ἀφῖκται τοῦ παρακλήτου χρήσεται, καὶ πάντας δὲ μᾶλλον ἀνθρώπους ἐπληρώσε τε καὶ ἀπείρους. σημαίνει μὲν γὰρ ἐκ τοῦ κόσμου περιοχὴ, καὶ τὸν τοῖς φιληδονίαις ἀκαθαλήκτως ἐγκυλινδούμενον, καὶ τὸν διαβολικῆς βδελυρίας οὐκ ἐξιστάμενον, σημαίνει δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ

E τοὺς ἐν πάντι τῷ κόσμῳ διεσπαρμένους τε καὶ κατοικοῦντας. γενικὸς οὖν ἄρα, καὶ κατὰ πάντων ὁ διπλοῦς ὑπωσοῦν κεχώρηκεν ἔλεγχος. ἐφικνεῖται γὰρ ὁ Χριστὸς οὐχὶ μόνων τῶν Ιουδαίων, καθὰ καὶ ἐν ἀρχαῖς, οὐ μόνον τὸ σπέρμα τὸ ἐξ Ισραὴλ, ἀλλὰ σύμπαν τὸ ἐξ Ἀδὰμ διολισθῆσαν γένος. οὐ γὰρ ὅπῃ μέρος εἰ χάεις, ἀλλ' ἐφ' ὅλῳ γέγονε τοῦ οἰκουμένου τὸ ἐκ τῆς πίστεως ἀγαθόν. τρίτος ἔλεγχος ἀφ' τοῦ παρακλήτου γενήσεται, καθά φησιν ὁ σωτὴρ, ἡ δικαιοτάτη κατάκρισις τοῦ ἀρχοντος τοῦ κόσμου τούτου. πῶς γὰρ ἂν πάλιν, ἢ πῶς ἔτι, ἐξηγήσομαι,

nium soluta est per ipsum. Sed consentaneum est animaduertere, mundanos homines vicissim perpetuò in luctu futuros. Si enim eò quòd Christus mortuus est secundum carnem, tristitia quidem affecti sunt eius discipuli, sed ex illius ærumnis gauisus est mundus, omninò destructa morte & corruptione, & Seruatore nostro à mortuis excitato, mutatus est sanctis luctus in gaudium, sed mundanis in luctum vertetur lætitia.

A πάντων θανατος δι' αὐτοῦ. ἀλλ' ἔστι πως ἀκόλουθον εἰπεῖν, ὅτι δὴ πάντως ⸀ τοῖς ἐν κόσμῳ παθηταῖς ἐξ ἀδιαφόρου συμβήσεται τὸ λυπεῖσθαι διὰ παντός. εἰ γὰρ ἐπέσβη ἀπέθανε κατὰ σάρκα Χριστός, λελύπηνται μὲν οἱ μαθηταὶ, χαρὰν δὲ τὸ πάθος ὁ κόσμος ἐποιήσατο· καταργηθέντος δὲ τοῦ θανάτου, ⸀ τῆς φθορᾶς, ⸀ ἐγηγερμένου ἐκ νεκρῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μετενεχθήσεται εἰς ἁγίους τὸ πένθος εἰς χαρὰν· μεταλήψεται δὲ πάλιν καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ πάλιν

B πένθος εἰς χαράν.

v. 21. & 22. *Mulier quum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius: quum autem pepererit puerum, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.*

Η γυνὴ ὅταν τέκῃ λύπην ἔχει, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς· ὅταν δὲ γεννήσῃ τὸ παιδίον, οὐκέτι μνημονεύει τῆς θλίψεως, διὰ τὴν χαρὰν, ὅτι ἐγεννήθη ἄνθρωπος εἰς τὸν κόσμον. καὶ ὑμεῖς οὖν λύπην μὲν νῦν ἔχετε, πάλιν δὲ ὄψομαι ὑμᾶς, ⸀ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, ⸀ τὴν χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς αἴρει ἀφ' ὑμῶν.

Consolandi occasionem amplificat, C variisq; sermonibus acerbissimi doloris amoliendi rationē eis tribuit Vide enim vt perspicua similitudine ad fortiter se gerendum eos excitet, & ad labores aut ærumnas strenuè suscipiendas, quòd in gaudium prorsus verti debeant. Fructus enim acerbi partus puer est, inquit, & matribus non sine grauissimis laboribus obtingit gaudium liberorum. At si partus dolores initio recusassent, nec vterum gerere voluissent, repudiatis nuptiis: ne matres quidem fuissent vnquam multum optabili & gratissima re ob ignauiam orbatæ. Eadem itaque ratione vobis quoque ipsis dolor merced D non carebit. Gaudebitis enim, cum videbitis mirabilem puerum mundo editum, incorruptibilem ac interitus expertem. seipsum nimirum innuit. Perpetuum autem & indelebile gaudium de seipso fore ait. Iuxta Pauli vocem etenim, immò secundum ipsam veritatem, Semel mortuus, Ro.6.10. vltra non moritur. Stabile igitur & E perpetuum est gaudium de illo, iure id quidem. Nam si Christi mors mœstitiam nobis attulit, quis gaudium tollet à nobis, qui scimus eum viuere, & iugiter manere, spiritalium nobis bonorum datorem atque largitorem? A sanctis igitur nemo tollit gaudium, iuxta Seruatoris vocem, sed ab iis ablatum est statim qui eum crucifixerunt. Soluta quippe passione

Ἐπιτείνει πάλιν τὴν παραμυθίαν τῇ εὑρέσει, ⸀ διὰ ποικίλων ἔρχεται λόγων πρὸς τὸ ἀφαιρεῖσθαι τὸ δριμὺ τῆς λύπης ἐπικουφίζειν διδούς. ἵνα γὰρ ὅπως διαπείσῃ τὸ πείθεσθαι διὰ παραδείγματος εὐαρτεῖς εἰς τὸ ἀγωνίαν ὑπομένειν, ⸀ μὴ σφόδρα καταναρκᾷν, ἢ πόνους, ἢ λύπας, εἰ πάντα τε ⸀ ἀπαιτήσοιεν ὑπομένειν εἰς χαράν. καρπὸς γάρ φησι πικρὸς ὠδῖνος τὸ βρέφος, ⸀ διὰ πόνων ἔρχεται τοῖς μητράσιν ἡ ὅτι τέκνοις χαρά. ἀλλ' εἰ ἐξ ὠφθησαν οἱ ἀρχαῖς τοῦ ὅτι τοῖς ὠδῖσιν ἀπαυδήσασαι πόνους, νὴ δι' ὅλως κυοφορῆσι ἠθέλησαν, ⸀ τοῦτο παραίτιον ἡγησάμεναι γάμου, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐγένοντο μητέρες πώποτε, τιμιωτάτου τε ⸀ πολυτίμου παράγματος δι' ὄκνον ἐκπεσόντος. κ⸀ τοῦτον οὖν ἀρα τὸν τρόπον, ⸀ ὑμῖν αὐτοῖς οὐκ ἀμοιβὴ τὸ ἀλγῆσαι συμβήσεται. χαρήσεσθε γὰρ, ὅταν ἴδητε ξένον τῷ κόσμῳ παιδίον ἀπαστράπτειν. ἄφθαρτόν τε ⸀ αἰώλεθρον. ἑαυτὸν δὲ δηλονότι φησίν. ἀναφαίρετον γεμιεῖ ⸀ ἀπολλύμενον, ⸀ ἐφ' ἑαυτῷ θυμηδίαν ἔσεσθαι λέγει. κ⸀ γὰρ ⸀ τῷ Παύλου φωνῇ, μᾶλλον δὲ ⸀ κ⸀ τῇ ⸀ ἀληθείας δυνάμει, ἅπαξ ἀποθανών, οὐκέτι ἀποθνήσκει. ἐρηρεισμένη τοιγαροῦν ἐπ' αὐτῷ θυμηδία ⸀ μάλα εἰκότως. εἰ γὰρ ὅτι τοῦ θανάτου λελυπήμεθα, τίς ἡμῖν ἀπιστήσει ⸀ τὸ χαρᾶναι, εἰδόσιν, ὅτι ⸀ ζῇ ⸀ μένει. διὰ παντός, ⸀ τὸ πνεῦμα λαβοῦσιν ἡμῖν ἀγαθῶν δοτῆρα τε ⸀ φύτορα; ἀπὸ μὲν οὖν τῶν ἀλλων οὐδεὶς αἴρει ⸀ τὴν χαράν, κ⸀ ⸀ τὸν Χριστοῦ φωνὴν ἀφηρέθη ⸀ τοῦτο χρῆμα τῶν προσπαιόντων αὐτὸν τοῦ σταυροῦ. λελυμένων γὰρ ⸀ τῶν παθῶν, ἐφ'

καὶ σαφῶς τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ὀψόμεθα, φανοπό- A
τατον ἡμῖν ἐμβάλλοντος τὸν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν. διὸ καὶ
ὁ Παῦλος παρῳχῆσθαι μὲν καταργηθήσεσθαι λέ-
γει, παύσεσθαι δὲ γνῶσιν, οὐχ ἑτέραν λέγων παρὰ
ταύτην, ἣν εἰς ὃ παρὸν κεκτήμεθα. βλέπομεν
γὰρ δι' ἐσόπτρου, καὶ γινώσκομεν ἐκ μέρους, καθὰ
καὶ ἄρτιως ἐλέγομεν. ὅταν δὲ ἔλθῃ τὸ τέλειον, τὸ
ἐκ μέρους καταργηθήσεται· πῶς, ἢ τίνα τρόπον,
εἰ βούλει μαθεῖν, ἐρῶ πάλιν. ὥσπερ γὰρ ἀφεστηκυῖ
μοί ποτε νυκτὸς τὸ φαιδρὸν τῶν ἀστέρων διαφαίνεσθαι B
κάλλος, ἑκάστου τὸ οἰκεῖον ἀπαστράπτοντος φῶς·
ἀνιχνεύοντος μεμοί τοῦ ἡλίου μόρμυρυγῆς, καταργεῖ-
σθαί πως ἤδη τὸ ἐκ μέρους λαμπρυνόμενον, καὶ τοῦ ἐκείνου
βολῆς ἡττώμενον ἀδρομῆς, καὶ ἀπορρεπτὸν ἔχον τὸν
οἰκείαν αὐγήν· κατὰ τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον καὶ τὸ νῦν
ἡμῖν ἐπαφρίζουσα γνῶσις, κατ' ὀλίγον παύ-
σεσθαι τῷ χαρέντι, καὶ καταλήξει τὸ ἐκ μέρους, ὑπὸ τε-
λείου φωτὸς εἰσελθόντος, καὶ πληρεστάτου ἡμῖν C
τοῦ τῆς γνώσεως ἐπιβλύοντος αὐγήν. τότε μὲν προ-
φητείας δεῖται μὴ οὖσι ἤδη χρεία, τὰ δὲ τῆς ἰδίας πα-
ρουσίας ὁ Χριστὸς ἀπαγγελεῖ νυνὶ μὲν γὰρ ἀμυδρᾶς, καὶ
ἐπισκίου καὶ ποικίλης ἕνεκα ὅτε μὲν ἐμβατευούσης τοῦ
λόγου παραγμῷ εἰκόνος, καὶ τύπων τῶν
καθ' ἡμᾶς, μόλις ὅπως ἂν γνῶσιν ἀμυδρᾶς ποδηγούμεθα, λόγῳ τὴν εὐσέβειαν ἡμῖν καὶ νοῦν ἀδόλωτον.
τότε μεμοὶ τύπου δὲ παντὸς ἀπηλλαγμένοις σαφῶς
ἐκεῖνος, ἀλλ' ἐξ αὐτοπτικῆς, ἢ παρεμβολῆς, γυμνῷ
οἶμαι τῷ προσώπῳ, καὶ ἀπαραποδίστῳ δόξῃ D
τοῦ ἰδίου τε τῆς θείας φύσεως τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ συνόψομαι
καλλος, τὸ τῆς περιφανείας ἐξ αὐτοῦ θεωρήσαν-
τες δόξαν. ὀψόμεθα γὰρ αὐτὸν καθώς ἐστι, κατὰ τὸν Ἰωάν-
νου φωνήν. νῦν μὲν γὰρ εἴδωλόν ἐστι τὸ ὁλοκλήρῳ
δόξῃ τῇ θεοπρεπεῖ, διὰ δὲ ἀνθρώπινον· πεπλασμένου δὲ τοῦ
χαρέντος τῆς μὴ ἔφυσε οἰκονομίας, καὶ
τὸ τελεσιουργὸν τῷ μυστηρίου τοῦ δι' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ
ἡμῶν, τὸ ἰδίαν δόξῃ λοιπὸν, καὶ τῇ τοῦ Πατρὸς ὁφθή-
σεται. Θεὸς γὰρ ὢν κατὰ φύσιν, ὁμοούσιός τε διὰ τοῦ-
το τῷ φύσαντι, πάντως δήπου τὸ ἴσον ἕξει τοῖς
ἀξιώμασι, καὶ τὸ δόξῃ τῇ οἰκείᾳ καὶ θεοπρεπεῖ διαλάμψει λοιπόν. E

& apertè gloriam Dei videbimus, manifestissimam nobis de se cognitionem immittentis. Ideóque Paulus prophetiam quidem euacuatum iri ait, & cessaturam scientiam, eam scilicet non aliam quam nunc possidemus. *Videmus enim per speculum, & cognoscimus ex parte,* 1.Cor.13. 8. sicuti mox dicebamus. *Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* quo pacto verò, si iuuat denuò repetam. Quemadmodum enim obscura nocte astrorum decus elucet, vnoquoque lumen suum emittente: sed simul ac solis iubar refulsit, splendor ille singulorum euanescit, & solis radiis cedit: sic opinor cognitio illa qua præditi nunc sumus, tunc temporis cessabit, & desinet quæ est ex parte, perfecta luce subeunte, & perfectissimum nobis diuinæ cognitionis fulgorem infundente. Tunc quæ de suo Patre scire conuenit Christus annuntiabit, cum ea iam tutò capere poterimus. Nunc enim per vmbram & exempla, variasque ex ipsis rebus imagines, ac figuras à nobis desumptas vix ad aliquam obscuram cognitionem deducimur, propter animi nostri infirmitatem. Tunc verò sine vlla prorsus figura, sine ænigmate aut parabola, nuda, vt ita dicam, facie, & expedita mente diuinæ Dei ac Patris naturæ decus intelligemus, gloriam eius qui ex ipso effulsit contemplantes. *Videbimus enim eum sicuti est*, iuxta Ioannis vocem. Nunc enim videmus, non in ea quidem prorsus quæ Deo conuenit gloria, propter humanitatem: sed elapso dispensationis tempore, perfectóque mysterio quod propter nos, & pro nobis, in sua demum & Patris gloria conspicietur. Deus enim quum sit secundum naturam, proindeque genitori consubstantialis, æqualibus omnino dignitatibus præditus erit, & in gloria propria Deóque conuenienti refulgebit. 1.Ioa 3.2

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τὸ τῷ ὀνόματί μου αἰτήσε-
σθε· καὶ οὐ λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐγὼ ἐρωτήσω τὸν πα-
τέρα περὶ ὑμῶν. αὐτὸς γὰρ ὁ πατὴρ φιλεῖ ὑμᾶς,
ὅτι ὑμεῖς ἐμὲ πεφιλήκατε, καὶ πεπιστεύκατε,
ὅτι ἐγὼ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐξῆλθον.

v.26. & 27. *In illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis: Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui.*

Ἐξαιτεῖν μὲν ὅλως διὰ προσευχῆς καὶ ἐντεύξεως
ἐφίνοι τὸ παράπαν οὐδὲν, εἰ μὴ τὸ τῷ ὀνόματι

Nihil omnino per orationem & supplicationem petere permittit, nisi in nomine

mine suo. Patrem verò ocyus daturum eis pollicetur quæ postulauerint, non vtique Filij solum impulsu, qui aduocatus & mediator est, sed vltrò quodammodo eò munificentiæ delatum, & quasi quoddam debitum soluat Christum diligentibus, summam nempe benignitatem. Neque verò quisquam putauerit aut stultè asseruerit discipulis aut sanctis quibuslibet, in retus suis., mediatione Filij nullatenus opus fore. Omnia quippe per ipsum à Patre sunt in Spiritu, quoniam aduocatus est, teste Ioanne, non pro nostris peccatis solùm, sed etiam pro totius mundi. Cæterum isthæc ait vt hic rursus vtiliter ostenderet longè gratissimum esse Patri honorari ac diligi Filium suum. Quod cum miseri Iudæi non intelligerent, intolerabilibus conuitiis non verebantur eum lacessere, & quærebant eum interficere, vt scriptum est, propterea quod animos credentium ex legali & crasso mandato ad Euangelicæ conuersationis subtilitatem reformabat. Aiebant enim miseri, & ignari, impiam in eum linguam acuentes: Si esset à Deo hic homo, Sabbatum vtique non solueret. Ocyus itaque à Deo Patre benignitatem eis datum iri dicit indubitatè credentibus, & rectissimè sentientibus ipsum à Deo & Patre exisse. Præueniet enim quodãmodo, & occupabit forsan inquit, mediatoris petitionem, ac spiritalibus benedictionibus mentes eorum perfundet qui rectè de me sentiunt, neque sicut ij qui literam colunt. Illud autem, *Exiui à Deo*, hic rursus significare putabimus, aut Natus sum, & ex eius substantia effulsi, ita tamen, vt sim & intelligar in propria persona, quamuis non omnino seiunctus à Patre. est enim in Filio Pater, & in Patre rursus secundum naturam Filius. Aut illud, *Exiui*, pro eo quod est, Factus sum homo vestri similis, induta vestra formâ & naturâ. Locus enim cuiusquè rei quodammodo est propria cuiusque natura, à qua exit, cum in aliud quiddam transit, & non est id quod erat. Neque verò dicimus, quòd cum homo sicuti nos apparuerit & factus sit Vnigenitus, Deus esse desinat: *Heri enim & hodie idem est, ipse & in secula*: sed assumpto potiùs quod non erat, suoque seruato,

1. Ioan. 2. 2

Hebr. 13. 8

A αὐτὸν. προεχθέσθαι γὰρ μᾶλλον ἐπιδώσει αὐτοῖς τὸν πατέρα τοῦ ἐν δίκαις ἐπαλγήσει, καὶ οὐχὶ πάντως ταῖς τοῦ υἱοῦ προσβοπαῖς ἀναπεισθέντων, ἀτε δὴ προσκλήτου, καὶ μεσιτεύοντος, αὐθορμήτου δέ πως εἰς φιλοτιμίαν ἰόντα * τοῦ ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ὥσπερ τι κ. τὼ χρέος καταλῦσαι σπουδάζοντα τοῖς ἀγαπῶσι Χριστὸν, τὴν ἀμέλειαν καὶ εἰς ἄκρον δυσωδίαν. καὶ οὐχὶ ἧς νοῦν ἔχων οἰήσαιτο πάλιν, ἢ δὲ ἀμαθίαν ἐρεῖ, ὡς κατ' ἐκεῖνα τρόπον δεήσοντα ἡμῖν τοῦ τοῖς καθ' ἑαυτοὺς τὴν τοῦ υἱοῦ μεσιτείας οἱ μαθηταὶ, ἤγουν τὴν B ἀγίων ἕτερον τυχόν. πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ πρὸς πατρὸς ἐν πνεύματι, ἐπείπερ ἐστὶ προσκλητος, καὶ τῷ Ἰωάννῃ φωνεῖ, οὐχ ὑπὲρ μόνον τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. ὑπιδέχεις οὖν ἀρκούντως κἂν οὕτω δὴ πάλιν, ὅτι περιπόθητος λίαν ἐστὶ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἡ εἰς τὸ ἐξ αὐτοῦ πεφηνέναι μὴ ἀγάπησις, τὰ ζῶα τὰ φησιν· ὅπερ ἂν σπουδάσαντες οἱ διώκοντες τὸ Ἰουδαίων δῆμοι, λοιδορίας τε καὶ φορτικῶς καθαπτόμενοι οὐκ ἔφειδον, C καὶ ἐζήτουν ἀποκτεῖναι. καὶ ὃ γεγραμμένον, ἀφ' ὧν μεταῤῥυθμίζει τὸ πιστεύοντων τὸ νοῦν, οὐ νομικῆς καὶ παχείας ἀπολαῦσαι πολιτείας ἰσχύοντα. ἔφασκον γὰρ οὐδὲν εἰδέναι τοὺς Χαλδαίους, μᾶλλον δὲ γλαφυρίζειν ἐπ' αὐτῷ τὸ ἀθέσμιον ἀκινήσαντες· εἰ ἦν οὗτος παρὰ Θεοῦ ὁ σαββατον. προεχθέσθαι γὰρ τὸν νῦν τὸ παρὰ Θεοῦ πατρὸς εὐνοήσεσθαι φησιν αὐτοῖς ἀμεταδιαστάτως πεπιστευκόσι, καὶ δὴ μᾶλλον διαπεπληρωμένοις, ὅταν ἐξῆλθε παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. D προσαλεῖται γὰρ ὥσπερ, φησὶ, καὶ φθάσας αὐτοῦ τὰ τῆς μεσιτεύοντος αἴτησιν, εὐλογίας δὲ ταῖς πνευματικαῖς ἐπικλύσας τὸ νοῦν τὸ ὀρθῶς ἐχόντων ἐπ' ἐμοὶ τὴν διάληψιν, καὶ ὃ κατὰ τὸν ἐδόκει φθονῆσαι τοῖς τὸ χρώματος ἐφεξῆς. ὃ δὲ, ἐξῆλθον παρὰ Θεοῦ, σὺν ἐμοὶ δὴ πάλιν οἰκονόμησα δηλοῖ, ἢ ὅτι γεγέννημαι, καὶ ἐξέλαμψα τὴν ὑπὲρ αὐτὸν, καὶ πρόοδον μὲν τὴν πρὸς ὃ εἶ τι καὶ νοῆσαι τυχὸν ἰδιοσυστάτως, ὑμνῶ εἰς ἅπαν διηρημένως. ἔστι γὰρ ὁ ἐγὼ νῦν ὁ πατὴρ, ὁ πατὴρ δὲ αὖ πάλιν καὶ φύσιν ὁ υἱός· ἢ ὃ ἐξῆλθον, αὐτὴ τοῦ, μέγεθος καὶ ὑμᾶς, δῶ θέσπιος δηλονότι, τὴν ὑμετέραν μορφὴν τε καὶ φύσιν ἀποδύς. πάντως γὰρ ὡς ἂν ἑκάστου τὸ ὄντως ἡ ἰδία φύσις, ἀφ' ἧς αὖ ἐξίοι πρὸς ἕτερόν τι μεταχωρεῖν, καὶ ὅπερ οὐκ ἦν γινόμενον. καὶ ὁ δήπου φαμὲν, ὡς ἐπείπερ αὖθέσπιος καὶ ἡμᾶς ὤφθη τε καὶ γέγονεν ὢν ὁ μονογενὴς, ἐξέστη τοῦ εἶναι Θεός· ἐξέστη γὰρ, καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· προσφλυαρῶς δὲ μᾶλλον ἂν οὐκ ἦν μὴ τοῦ σῶσαι ὃ ἦλθον

Cccccc

ἐκδεδηκέναι πως νοῆται κατὰ τὸ ἀκριβείας
εἰσβαίνοντα λόγον. ἐκλήφθη δὲ ὁ ἐξῆλθον παρὰ τοῦ
πατρὸς καὶ καθ' ἕτερον, εἰ βούλῃ, τρόπον· ὥσπερ ὡμὼ
γὰρ οἱ περὶ μόνας ἁμαρτίας δυσπιστοῦντι Φαρισαῖοι, καθάπερ ἤδη προεῖπον, καθ' ἕνα τῶν ψευδοπροφητῶν εἰς μέσον ἦκαν τοῦ κύριον παρὰ Θεοῦ μὴ ὡς ἀπεσταλμένον, ἀπὸ γνώμης τῆς οἰκείας, καθάπερ ἰῶ ἔθος ἐκείνοις τὰ τοῦ νόμου μαχόμενα τοῖς ὡς αὐτὸν ἰοῦσι προσλαλεῖν. Διὰ γὰρτοι τοῦτο καὶ ἀπειθεῖν ἐσκήπτοντο, τῇ τοῦ νόμου τήρησιν φιλαπάτῳ μᾶλλον εἰ λέγοντες τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, παρελύεσθαι μᾶλλον διὰ τοῦ αὐτοῦ διδαγμάτων. Ὡς νομοῦσι θεῷ μαχόμενον, ἢ ὡς τοῖς πρὸ αὐτοῦ διὰ Μωσέως τεθεσπισμένοις αἰτίαται τὸν ἥρωα μᾶλλον ἀπιστοῦντο τὸ Χριστὸν, ἀλλότριον εἶ καὶ Θεοῦ διὰ τοῦτο λογιζόμενοι. Ἀλλ' οὐχ ὕτως οἱ μακάριοι μαθηταί. πεφιλήκασι γὰρ αὐτὸν τὸ τῶν Ἰουδαίων δυσθυμίας τὰ ἀμείνω φερενήσαντες, καὶ πεπιστεύκασιν ἀληθῶς, ὅτι ἐξῆλθεν ἀπὸ Θεοῦ, καὶ τοῖς ἀρτίως ἡμῖν εἰρημένοις ἕπονται. Διὰ τοῦτο τοι τὸ αἰτίας ἕνεκα, καὶ πεφιλήκασι τοῦ παῖδος, τὸ ἴσον ὡσπερ ἐξ ἀμοιβῆς δεχόμενοι χάριν. εἰ γὰ φίλοι τοι μὲν τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, καὶ λίαν ἡδεῖς οἱ ἐκ Θεοῦ τὸ υἱὸν ἐξελθεῖν πιστεύοντες, κατηγόρηκεν δηλονότι καὶ δικαίως οἱ τοὐτοις ἐναντίαν νοσοῦντες δόξαν. καὶ εἰ τοῖς ἀγαπῶσι τὸ υἱὸν ἑτοιμότατος λίθῳ εἰς ὑπακοὴν Θεὸς, ἡ προσδέξεται δηλονότι τὴν μὴ τοιοῦτον ἔχουσι προσευχήν· καὶ τοῦτο ἰῶ ἀρὰ ὁ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου πρὸς αὐτοὺς εἰρημένον. ὅταν ἐκτείνητε πρός με, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀφ' ὑμῶν, καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν. αἱ γὰ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις.

A exisse quodammodo censeri, secundum iustum nostrum scilicet accipiendi modum. Quin & alio modo *exiui à Patre*, si iuuat, accipies. Putabant enim ignari Pharisæi, sicuti iam ante dixi, Dominum instar falsi cuiusdam Prophetæ in medium prodire, nequaquam à Deo missum, sed sua sponte, vt illi solebant, Legi aduersa venientibus ad se proponere. Idcirco enim simulabant ei se non credere, dicentes mandatorum obseruationem Deo ac Patri gratissimam, eius doctrina violari. Quapropter Christum depellebant tanquam B Dei hostem, & promulgatis per Mosem diuinis legibus repugnantem, alienumque idcirco eum esse à Deo putabant. Sed non ita beati discipuli: Ipsum quippe amarunt, saniori quàm Iudæi mente præditi, ac verè crediderunt eum exisse à Deo, iis qui mox allati sunt modis. quam ob causam viciſſim dilecti sunt à Patre, mutuam quodammodo reportantes gratiam. Quòd si amicissimi quidem sunt Deo C ac Patri, & longè gratissimi sunt qui ex Deo credunt procedere Filium, exosi videlicet, ac inuisi Deo verè sunt, qui contrariâ his opinione laborant. Et si diligentes Filium, citò exaudit Deus, eorum qui non diligunt orationes non susciplet. Quod per vocem quidem Esaiæ ad eos dictum est his verbis: *Cum extenderitis manus vestras ad me, auertam oculos meos à vobis: Et si multiplicetis* Esa. 1.15 *orationem, non exaudiam vos, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* D

Ἐξῆλθον παρὰ τοῦ πατρὸς, καὶ ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον. πάλιν ἀφίημι τὸν κόσμον, καὶ πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα.

v. 28. *Exiui à Patre, & veni in mundum. iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.*

Ἀπόδειξις αὕτη σαφὴς τε καὶ ἀναμφίλογος, τὸ μὴ ἕνα τῶν ψευδοπροφητῶν ἐπαρχὴν τοῦ κύριον, μήτε μὴν τὰ ἀπὸ γνώμης οἰκείας ἐρεῖν τε, καὶ βουλευόμενον παρὰ τὸ δοκοῦν τῷ πατρὶ πρὸς E ἡμᾶς ἀφῖχθαι, κατὰ γε τὴν ἀμαθῆ καὶ ἀπόπτυστον τῶν Ἰουδαίων ὑπόνοιαν, τὸ παλινδρομῆσαι πρὸς τὸν πατέρα, καὶ ὑποστρέψαι μετ' ἐξουσίας, ὅθεν οἶδεν ἐκδεδηκώς. καὶ γὰρ εἰ τις τυχὸν παῖς τῶν Ἰουδαίων ἀμαθίας ἀνιάτου ἔμπλεως, οὐκ ἀληθῆς ἰῶ ἴσως ὁ Χριστὸς καθ' ὑμᾶς ὦ Ἰουδαῖοι, ἀλλ' οὐδὲ σοφὸν δοκοῦντος αὐτῷ τῷ Θεοῦ καὶ πατρὶ τὴν

Manifestum & indubitatum argumentum est, Dominum non esse vnum ex falsis prophetis, neque porrò ad nos venisse, vt præter Patris voluntatem ex sua sententia loqueretur, sicuti Iudæi stultè & nefariè suspicantur, quòd ad Patrem reuertitur, eóque cum potestate redit, vnde se nouit exisse. Etenim verè dicet aliquis, Iudæorum væcordiam non ferens, non est forsan verax Christus, ex vestra quidem sententia, Iudæi, sed ne Patre comprobante

Euangelicæ conuersationis doctrinam inuexit, cum irritum & inutile demum ad perfectionem pietatis legale mandatum ostenderet. Eum quippe violati Sabbati accusatis, & si quod apud vos miraculum ediderit, in Beelzebub principe dæmoniorum illud facere solitum summa cum impietate dicitis. Quomodo ergo in cælum ascendit? aut quomodo in eodem Throno Pater eum excepit, Angelis ei supernas portas aperientibus, si, vt vultis, eius decretis repugnet, & quam summus vniuersorum Rex non probet doctrinam inuehat? Nunquid enim clam assumptus est? nonne turba multa erat ad quam diuinus ac cœlestis Angelus dixit, *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Hic* IESVS *qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.* Iam verò quid ais, Iudæe? Nunquid saltem Angeli voci credes; an non testes accipies, cosque multos rei ipsius spectatores, cum Lex manifestè dicat, in ore duorum aut trium testium stare omne verbum? Ei ergo qui cum protestate ad Patrem qui in cælis est reuertitur, quomodo Pseudophetix notam meritò affinges, ac non potius velut ex rei clara demonstratione sequetur eum ex Deo Patre nimirum esse, non tamen ab illo diuersum, quem ipsa Lex & Prophetæ prædixerunt? Venisse verò in hunc mundum ait, & rursus ex hoc mundo ad Patrem redire, nec à Patre remotum, cum factus est homo, nec ab hominibus, cum in carne ad Patrem rediit. Deus enim est verus, qui ineffabili virtute cuncta replet, nec ab vllo eorum quæ sunt abest.

Leo. 11. 11.

Act. 1 11

v. 29. & 30. *Dicunt ei discipuli eius, Ecce, nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo existi.*

Euidentissimam rei probationem suspiciunt ac mirantur. Illos enim absque circuitione verborum alloquitur. Gaudent igitur accepta demonstratione rei manifestissima,

βάσ[ε]γκης πολιτείας εἰσηχεχόμενε παίδευσιν, ἄ-
πρακτον ἤδη δήκνυς, & αἰσχυντον εἰς τελόν τε
κατ' εὐσέβειαν τὸ νομικὸν ἐπιτολμᾷ. εἰ γὰρ λέγετε γὰρ
πάντας ὡς λελυκότι τὸ σάββατον, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν
γεγραμμένων ἐργάσαιτο πρὸς ὑμᾶς, ἐν Βεελζεβοὺλ ἄρ-
χοντι τῶν δαιμονίων, καὶ τοῦτο πεφυσειωθότα δυσσε-
βοῦντες εἰρήκατε. πῶς δὴ οὖν ἀνὰ & εἰς αὐτὸν
ἀνέβη τὸ οὐρανόν; πῶς ἐδέξατο σὺν θεσμὸν ὁ πα-
τὴρ, ἐπαιρόντων αὐτῷ ἀγγέλων αὐτοῦ τὰς ἄνω πύλας, τὸ
τοῖς αὐτοῦ δόγμασιν ἀντιπορεύεσθαι καὶ ὑμᾶς, & τὸ
ἀνεθέλητον τῶν παμβασιλέως ὅλων τὸ ὑφηγήσιν
πεισαίνεσθαι; μὴ γὰρ λεληθότως ἀνελήφθη; μὴ
γὰρ οὐ πολὺς ἦν ὄχλος, πρὸς οὓς ἔφη ὁ θεῖος τε καὶ
οὐράνιος ἄγγελος. ἄνδρες Γαλιλαῖοι, τί ἑστήκατε
ἐμβλέποντες εἰς τὸν οὐρανόν; οὗτος ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναλη-
φθεὶς ἀφ' ὑμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται, ὃν
τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν.
εἶπα τί φὴς Ἰουδαῖε πάλιν; ἆρ' οὐ πιστὸς τοῖς θεσ-
πεσίοις καὶ τὸ ἀγγέλου φωνῇ; ἆρ' οὐ πολλοὺς ἕξῃ
μάρτυρας, καὶ τοι πρόλογοι ὄντας τοὺς τῶν πραγμάτων;
καίτοι γεγραφὼς ὁ νόμος, ἐπὶ στόματος δύο, ἢ τριῶν
μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα, φησί. τῷ πίνυν
ἐπ' ἐξουσίας πρὸς τὸ οὐσιῶς οὐρανοσεσωσμένῳ
πατέρα, πῶς ἂν ἔτι πορεύοντος ὁ τῆς ψευδοπρο-
φητείας ἐπιφέροιτο μῶμος, ἢ οὐχὶ μᾶλλον ἔνδοξον
λειπόν, ὡς δι' ἀποδείξεως σαφεστάτης τὸ πρόσ-
γμα τος, ὃ ἀνεπιδιάστατως πιστεύεται πρὸ ὑμῶν, καὶ ὡς
εἰη μὲν ἐκ Θεοῦ, δῆλον ἦ ὅτι τοῦ πατρὸς, οὐχ ἕτε-
ρος γεμὶν πρὸ ἐκείνου, ὃν αὐτός τε ὁμοῦ ὁ νόμος,
καὶ οἱ προφῆται διῆγον; ἐλευσόμενος γεμὶν εἰς
τόνδε τὸν κόσμον φησί, μεταχωρῶν δὲ αὖ πάλιν ἐκ
τοῦ κόσμου πρὸς τὸν πατέρα, ὅτε οὐ παύσῃ * ἀπο- κ. ἀποπη-
ληφθεὶς, ὅτε μένειν αὖ θεσπος, ὅτε μὲν τὸ ὄντι δήλ-
τῆς, ὅτε μὴ χρεὼς ἀπιδημεῖ πρὸς τὸν πατέρα.
Θεὸς γὰρ ὅστιν ἀληθινὸς ἀρρήτῳ δυνάμει τὰ
πάντα πληρῶν, καὶ σύνευσις τῶν ὄντων ἀπολιμ-
πανόμενος.

Λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. ἴδε, νῦν παῤῥη-
σίᾳ λαλεῖς, καὶ παροιμίαν οὐδεμίαν λέγεις.
νῦν οἴδαμεν ὅτι οἶδας πάντα, καὶ οὐ χρείαν
ἔχεις ἵνα τίς σε ἐρωτᾷ· ἐν τούτῳ πιστεύομεν ὅτι
ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθες.

Θαυμάζουσι τὴν ἀπόδειξιν ὡς σαφεστάτην· καὶ
πεπλήρωται τοῦ λόγου τὸ ἀμφιφανές. εἰσεισελθὼν
γὰρ ἅπασι δίχα τοῦ πρὸς οὓς οὐ μάλα πεποίη-
ται λόγον. χαίρουσι δὲ οὕτω δυσχερείας ἀπάσης ἀπ-
πλαγμένην λαβόντες ἀπόδειξιν, & εἰσκεκλεῖ-

μὴν ἔχειν δοκεῖν ὃ εἰρηκέναι φασὶν, δι' ἀκαπόπλον δὲ ὄντως τὴν ἀρχὴν τὸ ἐπ' αὐτῷ δι' τούτου φανῆναι, ὡς μηδὲ βραχύ παρημίας ἔνυσμα παρεῖναι δοκεῖν. Ἀποκερδαίνουσι γὰρ παρὰ τούτων καὶ τοῦτο· ὅτι γὰρ ἔγνως, φησὶ, ὃ λανθάνειν ψηφιεῖσθε, ἔφθασάς τι τὴν πόλιν, ἵνα μὴ ἴσως παρασκευάζωμεν ἡμεῖς ἐξαπατῶντες ὃ μαθεῖν, ἀλλ' ἔλεγες ἀρτίως, πεπιστεύκαμεν, ὅτι σὺ ἐξῆλθες ἀπὸ Θεοῦ. Ὃ γὰρ εἰδέναι, φησὶ, τὰ σὰ παρὰ σοῦ, καὶ λελησόμενα, τῶν πάντων αὐτὸν εἶναι Θεοῦ, καὶ οὐκ ἑτέρου τινός. Ὅπερ δὲ οἶδα τὰ πάντα αὐτὸς, πῶς οὐκ ἀναμφίλεκτον ὡς οὐκ ἂν τὰ πάντα εἰδότος ἐξέλαμψας Θεοῦ; πίστεως οὖν ἄρα τὸ αἰνιδιάσου ἔφη κατέχειν τοὺς μαθητὰς μὴ τὰ ἄλλων, καὶ τοῦτο ὃ θεωρητὸς ὄντως, καὶ παράδοξον σημεῖον, ὡς ἔστι νῦν πως ἰδεῖν ἐπ' αὐτῷ ἀληθὲς, ὃ, δίδου ζητῶ ἀφορμὴν, καὶ σοφώτερος ἔσομαι, γνώσεζε δικαίως, καὶ παρασκεύασον τὸ δέεσθαι. Φασὶ δὲ ὃ, νῦν πιστεύομεν, ὑπότε δὴ πάντως τὴν πίστιν ἄρχειν ἐν ἑαυτοῖς εἰσφρήσαντες, ὅτε τοιούτων ἤκουσα ῥημάτων λόγων, ἤγουν τεθέσπισται ὃ σημεῖον, τὸ εἰδέναι φασὶ τὰ πάντα τὸν κύριον, ἀλλ' ὡς τότε λοιπὸν τὸν ἐν ἀρχῇ εἰσδεδεῖσθαι τὴν πίστιν ῥιζοῦν ἐν οἰκείαις ψυχαῖς ἀρχόμενοι, καὶ βεβαίως λοιπὸν ἀκαταπείστως ἀμετακινήτως, ὡς Θεὸς τε εἶν ἐκ Θεοῦ τῇ ἀληθείᾳ φύσιν καὶ ἀληθινοῦ. Ταῦτα δεδέγμεθα τοίνυν τὸ νῦν πιστεύομεν, οὐκ εἰς τὴν τῆς πίστεως ἀρχὴν, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ βεβαιοῦσθαι παγίως εἰς τὴν ἤδη τελειομένην τῆς σωτηρίας ἀφάλειαν.

A nihilque ardui in illo sermone esse fatentur, tamque euidentem demonstrationem esse concedunt, vt ne leuis quidem prouerbij scintilla appareat. Illud insuper addunt, Cùm occultas cogitationes agnoscas, & interrogationem, quam ipsi facturi eramus præueneris, te exisse à Deo credidimus. Mentis enim penetralia, & cordis arcana perspecta habere, solius Dei est. Cum autem ipse omnia noris, quis dubitet te ex Deo qui omnia nouit effulsisse? Diuinum ergo illud & admirabile signum certissimæ inter alia fidei discipulis fomes extitit, vt de iis verè dici possit, *Da sapienti occasionem, & sapientior erit: notifica iusto, & addet ad recipiendum.* Aiunt verò, Nunc credimus, non quòd credere tum primùm, cœpisse dicant Dominum cuncta nosse, cum hæc verba audierunt, aut miraculum viderunt: sed quòd fidei initio susceptæ radices in suis animis altiùs agere incipiant, ac firmiter credere Deum esse, & ex Deo secundum naturam, ac vero. Intelligemus ergo illud, *Nunc credimus*, non de credendi initio, sed de stabili in fide & sententia iam susceptæ perseuerantia.

B

C

Prou. 9. 9

Ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, Ἄρτι πιστεύετε· ἰδοὺ ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐλήλυθεν, ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, κἀμὲ μόνον ἀφῆτε· καὶ οὐκ εἰμὶ μόνος, ὅτι ὁ πατὴρ μετ' ἐμοῦ ἐστιν.

v. 31. & 32. *Respondit eis* IESVS, *Modò creditis: Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solùm relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est.*

D

Ἀσχόλως πάλιν ἐπέδειξεν ὁ σωτὴρ τὸ μηδέπω ἐφ' ἅπασι τοῖς ἀγαθοῖς βεβαιότητος ὅπου παρόντα καιρόν. Οὗτος γὰρ ὁ τὸν ἀγῶνα πνεύματος ὀξὺ ὑφαινοῦ καταφοίτησιν εἰσκομίζων αὐτοῖς, καὶ τὸ ἐξ ὕψους δύναμιν, καθὰ γέγραπται. καθαρὰς γὰρ τότε ταῖς ἀνδρεφπίναις μὴ ἐγψυχίαις ἐρρώσθαι * φθάσαντες, ἀκαταγωνίστοις διέπρεψαν ἀτολμίαις, ὑβρεσι τῶν Ἰουδαίων ἐπιμασάσης, ὑπὸ τὸν ἄκαιρον τῶν Φαρισαίων θυμὸν, οὐχ ἑτέρῳ τινὶ τὸ δίκαιον δεδόντες, ἀλλ' ἐν παῤῥησίᾳ παρεσκευάσθαι τὸ θεῖον κηρύγματος, καὶ διαῤῥήδην λέγοντες, πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον, ἢ ἀνθρώποις· ὃ δυνάμεθα γὰρ ἡμεῖς, ἃ εἴδομεν καὶ ἠκούσαμεν οὐ μὴ λαλεῖν. ἐν τούτῳ τοίνυν ἀθρῶν καθαρῶς μὴ ὅπου παρῆν τῆς πίστεως τὸ τελείας ἀπέδειξε,

Scitè denuò Seruator ostendit nondum adesse tempus quo in bonis omnibus firmandi essent, quo tempore descensurus erat in eos Spiritus, & virtutem ex alto daturus, vt scriptum est. Tunc enim reiecta animi angustia, inuicti robore fulserunt, non Iudæorum incursus, non Pharisæorum intemperiem, non aliud quoduis periculum veriti, sed liberè ac intrepidè prædicationi diuinæ præpositi, palamque & apertè dicentes, *Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Non possumus enim nos, quæ vidimus & audiuimus non loqui.* Simul ergo nondum eos ad perfectam fidem firmatos ostendit,

E

Io. φοίτησις

Act. 5. 29

Act. 4. 20.

Propterea quod participationem Spiritus nondum gustarant, eius argumentum & indicium afferens iamiam affuturum timorem, eoque quod euenturum erat prædicto non parum eis conducere videtur: firmius enim ac certius credent Deum esse secundum naturam, cum nihil futurum eum ignorare deprehendent. Ecce igitur, inquit, non longè tempus abest, immo verò iam intra portas est, quum me solo relicto ad sua quisque reuertemini, id est, vt paucis complectar, quum imbelli metu victi vestræ tantummodo animæ consuletis, & dilectione quam magistro debetis vestræ saluti postposita ad quæcunque loca vobis dabitur dilabemini. Quomodo ergo nunc creditis, nondum timiditatis probro repudiato, propterea quod, nondum fortitudinem illam animi per Spiritum consecuti estis? Quòd autem fugæ se dederint beati discipuli, nec ludæorum impetum tulerint, cum proditor adesset impia militum cohorte, & principum satellitibus stipatus, Christo solo relicto, omnibus manifestum est. Solum autem relictum dicimus, quia nemo eorum aderat, qui sequi & adhærere ei solebant. Solus enim non erat, quatenus Deus ex Deo, & in Deo, naturaliter, & diuulsè. Hoc autem proter nos humano more Christus quoque dixit, vt doceret tentatione, aut persecutione, siue alio quodam istiusmodi nobis ingruente, & glorioso periculo propter pietatem proposito, illius tamen vitandi spe non excidere, licet nulli forsan nobis fratres quantum in se est opitulentur, & significatione beneuolentiæ periculum nobiscum partiantur. Tametsi enim fugæ se dederint, ignauia prævalente, scire tamen conueniet non propterea Deum defuturum. Solus quippe sufficiet vt saluare possit eum qui sibi adhæret. Soli autem nos non sumus, licet nemo adesse cernatur, sicuti modò dixi, cum adiutorem & opitulatorem atque protectorem habeamus cunctipotentem Deum, qui nos benignissimo suo munit auxilio, iuxta illud Psalmistæ: *Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.* Atque hæc quidem nunc dicimus, non quasi animę parcere præclarum putemus

A Διὰ τὸ μήπω μεταλαβεῖν τῆς κοινωνίας τοῦ πνεύματος, πίστεως εἰς ἔλεγχον, τοῦ ὅσον οὐδέπω προσδοκωμένου δουλείας, καὶ ὅτι δὴ μόνοι συμβήσεται τοῦτο παθεῖν, ἀμεταπείστως αὐτοῖς ὀνήσας ὁρᾶται. βεβαιότερον γὰρ μείζονός τε καὶ ἐναργεστέρου, ὅτι Θεὸς τῇ φύσει ἐστὶν, οὐδὲν τῶν μελλόντων ἠγνοηκότα καταλαμβάνοντες. ἰδοὺ ἔρχεται ὥρα, φησὶν, οὐκ εἰς μακρὰν ὁ καιρὸς, μᾶλλον δὲ εἰσὶ βέβηκε θύραις, ὅτε μόνον ἀφέντες ἐμὲ, ἀπελεύσεσθε τοῦτο
B τὰ ἴδια. τοῦτο δέ ἐστιν οὐ παρεσκόλως εἰπεῖν, ὅτε δειλίας ἀνάνδροις κεκρατημένοι, μόνης τὴν ἑαυτῶν ψυχῆς προνοήσετε, ἢ τὴν διδασκάλου χρεωστουμένην ἀγάπησιν κατόπιν τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας πεποιήμενοι, τοῖς οἷς ἂν αὖ βούλησθε διαχρήσεσθε τόποις. πῶς οὖν ἄρτι πιστεύετε, ἢ εἰς ἀνδρείαν ἐλέγχων ὅπου τὸ φόβητρον διαφθορυσάμενοι, διὰ τὸ μὴπω μεγαλαυχεῖν τῆς διὰ παθημάτων βιοτὰμίας; ὅτι δὲ ἐπράποντο τοῖς φυγῇ οἱ μακάριοι μαθηταὶ, ἢ τῶ Ἰουδαίων οὐκ ἀνεγκόντες ἔφοδον, ὅτε πρῶτον ὁ
C τοιοῦτος, τὸν ἀνόσιον τῆς γραμματικῆς ἐπαγόμενος στῖφος, καὶ τοὺς τῶν ἡγουμένων ὑπηρέτας, ἀδαμόθεν ἀμφίλογον. μόνον γ' ἦτε καταλιπόντα τὸν Χριστόν. μόνον γ' φαμὲν, ὅσον ἦκεν εἰπεῖν εἰς τὸ πρᾶγμα μηδένα, ἢ ἐπαθόν τε καὶ προσεφθέγξαντο εἰωθότων αὐτῷ· μόνος γὰρ οὐκ ἦν, καθὸ Θεὸς ἐκ Θεοῦ, καὶ ἐν Θεῷ φυσικῶς τε καὶ ἀϊδιότατα· ἀνθρωπινώτερον δέ πως, καὶ τοῦτο δι' ἡμᾶς ἐφθέγξατο Χριστὸς, οὐχὶ διδάσκων, ὅτι πειρασμὸν, ἢ διωγμὸν, ἢ τοιοῦτόν τι τῶν τοιούτων, ὑπὲρ φέροντας ἡμῶν
D ἔδει ὅτι καιρὸς καὶ εἰς βλάβας καὶ λοιμοὺς κινδύνων, φημὶ δὴ τὸ δι' ὑποψίαν, οὐκ ἀπεπίπτειν ἐλπίδος τὸ ὅτι τῆς δικαίας διαφθαρῆναι ἀκόλουθον, καὶ εἰ μή τινες τυχὸν τῶν ὁμοψύχων ἡμῖν συμπαραστήσειαν ἀδελφῶν, ἐπαμυνόντες τε καὶ τοῖς ἐγχωροῦσι, καὶ ταῖς ὁμοιαῖς μενοῦχοι τὸν ἐπηρτημένον ἡμῖν μεγιζόμενοι κίνδυνον. εἰ γὰρ καὶ πράποιντο τοῖς φυγῇ δυσχερῶς, καὶ ἀφόρητον τὸ οὐκ τῆς δειλίας πλεο-
E νεξίαν ἐν αὐτοῖς ποιησάμενοι, διαφανῶς ἔσεσθαι ἀνυπόστατον τὴν αἰτίαν Θεὸς. ἀρκέσει γὰρ μόνος εἰς τὸ διασῶσαι δικαίως τὸν αὐτῷ προσκείμενον. μόνοι δὲ ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν, καὶ εἰ μή τις ὁρᾶται πρῶτος, καθάπερ εἶπον ἄρτιος, συμπαραστάτην ἔχοντες τὸν παντοκράτορα Θεὸν, ἀπλεονεκτήτοις ὅπλοις ὑπερασπίζοντα ἡμᾶς εὐσεβείας, καὶ τὸν λέγοντα ψαλμῳδόν. κύριε ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς. καὶ γοῦν πανταχοῦ τοῦτο φανερὸν, ὡς οὐκ ἀρχὴν καλὸν θαυμάζοντες τὸν φιλοψυχίαν, ὅταν ἐξῇ

κεκαλύφηναι ἡμᾶς διὰ χλεως τ̃ μετ̃ σώματος βίου συ- A cum vitam corporis gloriosè licet pro-
γκατανυσθῆναι τε καὶ συναθλῆσαι τοῖς ὑπὲρ Θεοῦ fundere, simul certando & condolendo
κινδυνεύουσιν· ἀλλ' ἵνα μᾶλλον ἐκφύγοι πιστεύσω- iis qui propter Deum periclitantur: sed
μεν, ὡς εἰ καὶ μή τινες εἶεν οἱ τοῦτο δρᾶν σὺν ἡμῖν vt credamus potiùs tametsi nulli sint qui
ἐθέλοντες, καὶ παρορμῶντες, ἀπογινώσκειν οὐ nobiscum id facere velint, non tamen
χρή. μόνοι γὰρ οὐκ ἐσόμεθα συμπαρόντος ἡμῖν τ̃ esse desperandum. Soli quippe non eri-
Θεοῦ. mus, cùm Deus nobiscum sit.

Ταῦτα λελάληκα ὑμῖν, ἵνα ἐν ἐμοὶ εἰρήνην ἔχη- v. 33. *Hæc locutus sum vobis, vt in me*
τε· ἐν τ̃ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε· ἀλλὰ θαρσεῖτε· *pacem habeatis: in mundo pressuram ha-*
ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. B *bebitis: sed confidite, ego vici mun-*
dum.

Ὅλων ὡς ἔπος εἰπεῖν τὸν τοῦτοις δῆ μάλα χρησὸς Totam hîc, vt verbo dicam, dissertationem superius ad eos factam vtiliter repetit, & dictorum vi & ratione paucis comprehensa, breuissimam suę voluntatis cognitionem eis præbuit. Istiusmodi quippe sermones, inquit, ad vos habui, vt vos ad pacem mecum habendam exhortarer, atque vt præterea notum vobis esset multas vos manere in hoc mundo ærumnas, & tribulationes multas propter me. veruntamen nequaquam malis succumbetis: Ego vici mundum. Verùm vt manifestior tibi sit loci huius sententia, age dicamus primùm, quid sit illud, in Christo pacem habere. Mundus enim, siue rerum mundanorum cupidi alij quidem erga alios pacem interdum colunt, sed nequaquam in Christo. Exempli gratia, qui voluptatibus corporis totos se dedunt, amicissimi sunt iis qui iisdem sunt moribus. & rapax auarus ac furacissimus, gratus erit idem scelus profitenti. Omne enim animal diligit sibi simile, vt scriptum est, & homo simili sibi sociabitur. Sed in his omnibus venerandum pacis nomen vere adulteratur: in sanctis verò non item. nec enim peccatum pacis est vinculum, sed fides, spes, charitas, & vis pietatis erga Deum. atque hoc est in Christo. Caput igitur & summa bonorum omnium extitit illa nobis in Christo pax, quæ mutuam in nos charitatem sororem veluti quandam secum inuehit. Paulus autem totius diuinæ Legis plenitudinem charitatem continere ait. Dubium autem non est quin si charitatem habeamus inuicem, ante omnia quoque Deum simus amaturi, Ioanne dicente, quòd si quis fratrem diligat, ipsum quoque Deum sit amaturus. Porrò aliud quoque declarat,

Sap. Sirach. 13.

Ro. 13. 10

1. Ioa. 4.

illud nempe, preſſuram habebitis in mundo: ſed confidite, Ego vici mundum. Siquis enim ſimplicius id accipiat, ita dicet: Omni peccato & mundi afflictione ſuperior ac potentior Chriſtus euaſit: quoniam autem vicit, etiam iis qui propter ſe tentantur victoriam largietur. Siquis autem aliquid his ſubtilius excogitare velit, tale quid forſan proferet. Quemadmodum corruptionem & mortem ex eo vicimus, quòd in quantum homo, propter nos, & pro nobis Chriſtus reuixit, mortis imperium per ſuam reſurrectionem euertendo, omnino etiam iſtius rei vis ad nos pertinebit, quia is qui vicit, erat ex nobis, inquantum homo apparuit: Et quemadmodum peccatum deuincimus quoniam in primo Chriſto victum fuit, & ab eo ad nos, tanquam ad genus ſuum, hoc bonum transfunditur: ita confidere oportet, à nobis quoque mundum victum iri, cum Chriſtus vt homo propter nos viceric, qui principium & oſtium, & via naturæ humanæ in hoc factus eſt. Nam qui olim cadebamus & vincebamur, modò propter Chriſtum qui ex nobis eſt, & propter nos vicit, ſuperiores facti ſumus, ac vicimus. Si enim vt Deus vicit, nihil ad nos: Sin autem vt homo, nos in ipſo vicimus. Alter enim Adam, vt Scriptura teſtatur, de cælo nobis apparuit. Sicut ergo portauimus imaginem terreni, iuxta ſimilitudinem illius peccati iugo ſubiecti, ſic omnino portabimus quoque ſimilitudinem cæleſtis, id eſt Chriſti, tyrannidem peccati vincendo, & omnem tribulationem mundanam ſuperando: vicit enim Chriſtus.

Ἓν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε· ἀλλὰ θαρσεῖτε· ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον. ἁπλούστερον μὲν γὰρ εἴ τις ἔλοιτο νοεῖν, ἐρεῖ· πάντων, πάσης ἁμαρτίας, καὶ συμφορᾶς κοσμικῆς, κρείττων ἅμα, καὶ δυνατώτερος ἀποφαίνει Χριστός. ὅθεν καὶ νενίκηκε, καὶ τοῖς δι' αὐτὸν πειραζομένοις ὑπισχνεῖται νίκην. εἰδέ τις τὸν εἰρημένων σοφὸν ἐθέλοι καὶ πικρότερον, ἐκεῖθεν δὴ πάντως διενθυμηθήσεται. ὥσπερ γὰρ τὸν τοῦ θανάτου φόβον, καὶ θανάτου αὐτὸν κεκρατήκαμεν, ἐπείπερ ὡς ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ἀνέβιω Χριστός, καὶ τῆς τοῦ θανάτου πλεονεξίας ἀρχὴν τὴν ἰδίαν ἀνάστασιν ποιησάμενος, διήκει καὶ πρὸς ἡμᾶς ἡ τοῦ πράγματος δύναμις, ἐπείπερ ἐκ τοῦ νικήσαντος ἐξ ἡμῶν, καθὸ πέφηνεν ἄνθρωπος, καὶ ὥσπερ τὰ ἁμαρτίας παρεμπολίσαντα νεκρωτικὸν πάντως εἰς τοῦτον Χριστόν, οὕτω πάντως διανοητέον καὶ εἰς ἡμᾶς, ὡς ἴδιόν γε ὄντα· οὕτω καὶ θαρσεῖν ὀφείλομεν, ὅτι καὶ ἡμεῖς παρεισόμεθα τῷ κόσμου νενίκηκε γὰρ ὁ Χριστὸς, ὡς ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς, ἀρχὴ καὶ θύρα, καὶ ὁδὸς τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει, καὶ τοῦτο γεγόναμεν. οἱ γὰρ πάλαι πίπτοντές τε καὶ νικώμενοι, κεκρατήκαμέν τε καὶ νενικήκαμεν, ἀφ' ἑνὸς ἐξ ἡμῶν καὶ δι' ἡμᾶς νικήσαντος. εἰ μὲν γὰρ εἰκῇ σοι Θεὸς, παρὸν ἡμᾶς σώζειν, εἰ δὲ ὡς ἄνθρωπος, ἡμεῖς τὸ αὐτῷ νενικήκαμεν. δεύτερος γὰρ ἡμῖν ἐξ οὐρανοῦ πέφηνεν Ἀδάμ, καθά φασι γραφαί. ὥσπερ οὖν πεφορέκαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, καὶ τὴν ὁμοιότητα τὴν ἐκείνου, τοῦτο δὴ ἁμαρτίας ὑποπεσόντες ζυγῷ, οὕτω δὴ πάντως φορέσομεν, καὶ τὴν τοῦ ἐπουρανίου μόρφωσιν, τοῦτ' ἔστι Χριστοῦ, νικῶντες τῆς ἁμαρτίας τὴν τυραννίδα, καὶ ἁπάσης θλίψεως κατυπερτεροῦντες κοσμικῆς· νενίκηκε γὰρ ὁ Χριστός.

CAPVT III.

ΚΕΦΑΛ. γ.

3. *Quòd Filium conuenienti Deo gloria deſtitutum eſſe nemo dixerit, licet his verbis Patrem alloqui comperiatur,*

Pater, clarifica Filium tuum.

Οὐ τῆς προσηκούσης δόξης ὀφείλειν ἀπορήσαι τις ἂν τὸν υἱὸν, κἂν διείσκηται λέγων, πάτερ δόξασον τὸν υἱόν σου.

c. 17. v. 1. *Hoc loquutus eſt* Iesvs, *& ſublenatis oculis in cælum, dixit, Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te.*

Ταῦτα ἐλάλησεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν εἶπε, πάτερ, ἐλήλυθεν ἡ ὥρα· δόξασόν σου τὸν υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ υἱός σου δοξάσῃ σε.

CVM suis discipulis Seruator viaticum ad salutem abundè tribuisset, congruisque rationibus ac verbis ad

Ἀποχρώντως τοῖς μαθηταῖς τὰ εἰς σωτηρίαν ἐφόδια δεδωκὼς, καὶ τοῖς καθήκουσι λογισμοῖς τε καὶ λόγοις, εἰς ἀκριβεστέραν ἤδη μυ-

ἀκοντίσας ἀφελήν, καὶ καθαίρεσιν ὅτι μάλιστα μαχιμωτέρους εἰς πειρασμούς, φρόνημά τι γενναιότερον δὲ μᾶλλον ἐρίζωσας ἑκάστῳ, χρησίμως μεθίησιν ἐξ οὗ τὸν λόγου ὅρμα, καὶ εἰς εὐχῆς ἁπλότητα τύπον, οὐδένα χωρὶς ἀφεὶς μέσου χρόνον ἐπιτρίψας, τῆς τε πρὸς αὐτοὺς ἀφελείας, καὶ τῆς πρὸς Θεὸν καὶ πατέρα, τύπον ἡμῖν πολιτείας ἐξόχου καθ' ὑπόμνησιν ἐκφαίνων. χρεὼν μὲν γὰρ οἶμαι μὴ ἀγνοεῖν τὸν ὑφ' ἑαυτὸν ἵστασθαι πρὸς εὐσέβειαν ὁ σκοπός, ὅτι πρὸς οἰκείους δὴ πάντως ἢ πρὸς ἀδελφοὺς λεπτολογεῖν τε καὶ αἰσχρὰ ἀφαλέγειν φιλεῖ, ἤγουν εἰ μὴ τοῦτο δρᾷν τυχόν, ταῖς εἰς Θεὸν ἱκετείαις τὴν τοῦ λόγου χρείαν ἐπιζητεῖσθαι δαπανᾶν, ὡς μηδεμίαν ἐκ τούτου ὠφελουμένας ὁρᾶσθαι περιουσίας· ὥστε γὰρ ἂν τοῖς λόγοις τὸ πρέπον τῆς γλώττης ἡ δύναμις. τίνι γὰρ οὐ σφόδρα καταφανές, ὡς ὄχλος λίαν ἐν ταῖς εἰκαιολογίαις μάλιστα τὸν ἔξω φόβον ἡ ἐπισφορά; ᾧ γοῦν ἔφη τις σοφὸς, ἐκ πολυλογίας οὐκ ἐκφεύξῃ ἁμαρτίαν· φλόμβος ὁ χαλέων, ἰσόμοιρον ἀποφαίνεσθαι δίκαιον πρὸς τοῦτο καὶ ἕτερον ἀμεταίσχυντον ἡμῖν ἐμποιοῦν τὸ ὄνησιν. ποιήσεται γὰρ τὸ τῆς εὐχῆς ἀπαρχὴν ὑπὲρ δόξης τῆς ἑαυτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς· σωφρονιεῖ γὰρ τοῦτο, καὶ πρόφασιν ἀφαιρήσεται τοῦ χρῆμα πρὸ ὑπὲρ ἡμῶν. καὶ πῶς δὲ φάσις; αἰσχυνθῇ δὴ πάλιν τὸ ἀπρεπὲς καὶ θεοφιλέστατον, καὶ τεχνίτην ἀληθῶς εἰς εὐχὴν ἐργάζεται ὥστε γὰρ ἀγαθουργεῖν ἡμᾶς, καὶ πόρρω δρᾶν αἰσχρὸν, οὐκ εἰς δόξαν τὴν ἡμετέραν εἰς τοῦτο εὐδοκεῖ τὸ δεῖσθαι πάντως, ἀλλ' εἰς πρὸ τῆς παρὸς τὸ ὅλων φησὶ δεῖ Θεοῦ· λαμπράτω γάρ φησι τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· οὕτω καὶ εἰς εὐχὴν ἀφορισάντος ἡμᾶς τοῦ κυρίου πρὸ τῆς ἡμετέρων τὰ εἰς Θεοῦ δόξαν αἰτεῖν πρεπωδέστατον, ὡς καὶ οὖν ἀμέμπτῳ καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, οὕτω, φησὶν, ὑμεῖς προσεύχεσθε· πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου, ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου, γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν ἐπιούσιον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. τύπος οὖν ἐστὶ προσευχῆς εἰς ἡμᾶς τὸ προτεθὲν. ἔδει γὰρ ἔδει πάντως ἡμῖν ἀγαθοῦ, καὶ τοῦ πρὸς Θεὸν ἀναπεμπόντος ἡμᾶς οὐρανοῦ, καὶ καθηγητοῦ, οὐ πρέσβεως, οὐκ ἀγγέλου, ἀλλ' αὐτὸν αὐτοφανῶς τὸν Χριστόν. κεκλήμεθα γὰρ καὶ ἐσμεν ὄντως κατὰ τὸν τοῦ προφήτου φωνὴν, διδακτοὶ Θεοῦ. τί δὲ δὴ καὶ φησι πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, πρέπον αὖ εἴη τοῦτο σκέψασθαι καὶ δεῖν. δεῖ γὰρ οἶμαι μὴ ὀλιγωρίας ὕπνῳ τὸν

A accuratiorem dogmatum perceptionem acuisset, eosque aduersus tentationes egregiè confirmasset, ac generosam vnicuique mentem indidisset, sermonis genus statim mutat, & in precandi modum transfert vtiliter, nec vllum tempus intercedere patitur, quin sermonem ad discipulos, & ad Deum ac Patrem faciat, formam nobis exquisitæ conuersationis seipsum vel in hoc rursus exhibens. Nec enim ignorandum illi opinor, qui piè B vitam instituere satagit, ad fratres vtilia semper ac necessaria loqui se debere, vel nisi hoc fecerit, conari precationibus ad Deum sermonis vsum impendere, vt nullus inanis sermo surrepat. Sic enim rectus & congruus erit sermonis vsus. Cui enim non manifestum est vanos vt plurimum sermones culpâ non carere? Quippe, vt sapiens quidam dixit, *ex multiloquio non effugies peccatum: si verò labiis peperceris, sensatus eris.* Porrò a- *Prou.10. 19.*
liud quiddam mirabere, ex quo non C parum vtilitatis capere liceat. Precandi quippe initium facit pro sua & Patris gloria. Post quod illicò subiungit precationem pro nobis. Cur ita? Instigat nimirum probos ac Dei amantes, & precandi rationem apprimè edocet. Quemadmodum enim necesse est nos in omnibus bene agere, non ad nostram id conuertendo, sed ad Dei ac Patris gloriam: *Luceat enim* *Matt. 5.*
lux vestra coram hominibus, inquit, *vt* D *16.*
videant opera vestra, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est: sic etiam tempore nos ad precandum hortante, priùs decet petere quæ ad Dei gloriam, quàm quæ ad nostram pertinent, sicut ipse Christus nimirum: *Mat 6.8*
Sic, inquit, *vos orabitis*: *Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum. fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie.* E
Quod ergo hîc agitur, precandi forma nobis est ac typus. Decebat enim omnis boni institutique ad Deum reuocantis ducem nobis ac magistrum, non Legatum, non Angelum, sed ipsum Christum existere. vocamur enim, ac sumus reuera, iuxta Prophetæ vocem, *docibiles* *Ioa.6.45*
Dei. Quid porrò ad suum Patrem dicat, operæpretium est subtiliùs expendere. Existimo enim acri quadam animi at-

tentione

expendere. Existimo enim acri quadam animi attentione veritatem dogmatum inprimis inuestigandam. *Pater* igitur, inquit, *venit hora: clarifica Filium tuum, vt & Filius tuus clarificet te.* Quorum verborum contextum siquis prima fronte spectauerit, existimabit forsan claritate destitutum eum qui talia dicat. veruntamen si dignitatem vnigeniti apud se perpenderit, facile, vt reor, miseras illas ratiocinationes ablegabit. Stupidi enim est gloria vlla sibiq; conuenienti honore carere Filium existimare, tametsi gloriæ sit dominus. Sic enim eum diuinitùs inspiratæ scripturæ nominant. Cæteroquin alibi quoque videre est eum ad Patrem dicentem: *Pater, clarifica me gloriâ quam habui antequam mundus esset, apud te.* At quis adeo mentis est inops, & omnis veritatis hostis, qui non fateatur Vnigenitum, quod ad suam quidem naturam spectat, gloria sibi conuenienti non esse destitutum: Sed quia cum in forma & omnimoda cum Deo ac Patre æqualitate esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, descendit quidem ad nostram humilitatem, & semetipsum exinaniuit, vilissimo hoc corpore indutus, & humanæ tenuitatis similitudinem præ charitate subiens, quasi iam instante ac præsente congruo tempore, quo debebat rursus impleto ipso mysterij negotio pristinam illam & substantialem gloriæ vestem recipere, seruato vniuerso terrarum orbe, seruatisque ad vitam & Dei cognitionem eius incolis, Patrem in hoc rursus adstipulatorem ostendens, ad eum sermonem conuertit, dicens sibi redeundum esse ad suæ naturæ dignitatem. Reuertitur verò quodammodo perfectis etiam cum carne deitatis operibus, non vt minister in operando forsan alterius, sed vt sapientia, & virtus existens Dei ac Patris. Non enim arbitrabimur eum aliter deitatis opera cum potestate implere. Omnia quippe à Patre, sed non absque Filio. Quomodo enim aliquid se dignum fecerit Deus ac Pater, si non adsit ei sapientia & virtus, ipsius inquam Filius, simulque cum eo perficiat quæ agenda susceperit? proindéque sapiens Euangelista, qui libri huius author, in eius primordio sic ait: *Omnia per ipsum*

A ἐπιτηρήσεως τῆς τ λεγομένων θεωρίας προσβάλλοντας φιλοθηρᾶν δεῖ μάλα τ πρὸ δογμάτ ἀκρίβειαν. πάτερ ἐλήλυθεν ἡ ὥρα· δόξασόν σου τ υἱόν, ἵνα καὶ ὁ υἱός σου δοξάσῃ σε. καθ' ὅσον μὲν ἦκεν εἰς τ τῶν εἰρημένων διερεθιστὴν, οἰηθείη μὲν ἄν τις ἀκλεείας ὑπεδεᾶ καὶ ἀτιμίαν τυχὸν τ υἱὸν λέγοντα· ἐννοήσας γε μὴν τὸ τῆς μονογθοῦς ἀξίωμα, ῥᾳδίως ἂν οἶμαι τ ὕπνου ἀθλίους ἀποπτύσαι λογισμούς. πλέον γὰρ κομιδῇ τὸ δόξης τινὸς

B οἰεᾶς ὑπεδεᾶ, καὶ τ αὐτῷ πρεπούσης ἀμοιρῆσαι δυνάμενος τ υἱόν, κεἰ τοι τ δόξης ὄντα κύριον. ὅπου γὰρ αὐτὸν αἱ θεόπνευστοι καλέσωσι γραφαί. ἄλλως τε καὶ ἑτέρωθί που θεωρήσαι τις ἂν λέγοντα πρὸς τὸν πατέρα· πάτερ δόξασόν με τῇ δόξῃ, ᾗ εἶχον, πρὸ τοῦ τ κόσμον εἶναι σοί. εἶτα τίνι λοιπὸν ἀμφίλογον; τίς δὲ οὕτω τ νοῦν ἀπόπληκτος, & πάσης ἀληθείας ἐχθρός, ὡς μὴ συνιέναι τε & ὁμολογεῖν, ὅτι δόξης μὲν οὐκ ἐστέρηται τ θεοπρεποῦς, ὅσον εἰς

C οἰκείαν φύσιν ὁ μονογθὴς, ὅτῳ γε ὑπάρχων ἐν μορφῇ, καὶ τῇ κατ' αὐτὸν ἰσότητι τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, καθυβρίσθηκε μὲν εἰς τ καθ' ἡμᾶς ταπείνωσιν, ἑαυτὸν δὲ κενέωκε, τὸ ἀειδόξοτατον σύστημα φορετὸς σῶμα, καὶ τ ἀνθρωπίνης σμικρότητος τ ὁμοίωσιν οὐκ ἀναπτὰς ὑποδύς, ὡς ἤδη παρόντος τε καὶ ἐφεστηκότος ἤ καθήκοντος χρόνου, καθ' ὃν ἔδει πάλιν αὐτὸν τ μυστηρίου χρείαν ἀποπληρώσαντα, τ ἀρχαίαν τε & ὑποδῦναι μεταμφιέσασθαι δόξαν, ὅλῳ σωσάντα τῷ οἰκουμένῃ, σώσαντα. τά τε πρὸς

D ζωὴν & ἐπιγνωσίαν ζυγὰ ἐν αὐτῇ, συνδιδάσκοντα & συνεξελαύνοντα πάλιν καὶ ζύοντα δήσεις τ πατέρα, τ πρὸς αὐτὸν παῖδα προσλέξειν, χρῶνται δὴ πάντως ἑαυτὸν ἀξιομίζεσθαι λέγων εἰς τὸ τῆς ἰδίας φύσεως ἀξίωμα. ὥφελε δέ πως, ἢ δηλονότι τ τ ἐπότητος ἔργων ἀποτελεσὴς & μὴ χρηστὸς διαδηκνύμενος, οὐχ ὡς ὑπουργὸς τ ἑτέρου τυχὸν ἐνεργείας, ἀλλ' ὡς σοφία καὶ δύναμις ὑπάρχων τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. οἰησόμεθα γὰρ ἄντικρυς, καὶ οὐχ ἕτερος

E αὐτὸν τὰ τ ἐπότητος ἔργα μετ' ἐξουσίας ἀποπληροῦν. πάντα μὲν γὰρ παρὰ πατρὸς, πλὴν ἀλλ' οὐ δίχα τοῦ υἱοῦ. πῶς γὰρ ἄν ἐργάσαιτό τι τῷ αὐτῷ πρέποντων ὁ Θεὸς καὶ πατὴρ, οὐχὶ δὴ συνόντος τε αὐτῷ καὶ συναποτελοῦντος τὰ ἐφ' οἷς αὐνοεῖτο τυχὸν ἐν κατ' ἐνέργειαν κίνησις, τῆς τε Σοφίας καὶ τ δυνάμεως, αὐτὸ φημὶ δὴ τοῦ υἱοῦ; ἀλλ' οὗτος καὶ ὁ σοφὸς διαλογισὴς, ὁ τ τοῦδε τοῦ βιβλίου συγγραφεὺς πηξάμενος, ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου φησὶν, ὅτι πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. ὅτῳ γοῦν

ὁ τῆ ὁμοουσιότητος αἰαπείθῃ λόγος ἀκολουθῶς λέ-
μας εἰπεῖν, ὅτι πάντα μὲν ἐν παῖδι, διὰ υἱοῦ δὲ
πάντων τὸ πνεύματι· νεκρώσεως γὰρ θάνατον, καὶ
φθορὰν, καὶ τὴν ἀμφιβόλου τυραννίδα πᾶσιν ἐλεύ-
θεον ἔφθασε τὸ ὑφ' ἡλίῳ πᾶσης ἀμὲ τὸ πνεύματος κα-
ταφαιδρύνειν φωταγωγίας, ἀναδείκνυσθαί τε
ἀμφὶ τοῦτο λοιπὸν Θεὸς ὄντως καὶ φύσει καὶ ἀλη-
θινὸς, αἰσχύνης φησί. πάτερ δόξασόν σου τὸν υἱόν,
ἵνα καὶ ὁ υἱός σε δοξάσῃ σου· καὶ ὡδίκως νοεῖν ἔχοι τις,
δόξαν μὲν αἰτεῖν παρὰ παῖδος τὸν υἱόν, καθάπερ ἄν-
θρωποι ἐξ ἀνθρώπου τυχόν, δίδοται δ' ἂν αὐτὸν,
ὡς ἐξ ἀμοιβῆς ἐπαγγειλάμενος· σμικροπρεπὲς γὰρ
λίαν, μᾶλλον δὲ ἀσεβῶς πᾶν τελοῦς, τὸ τοιαῦ-
τόν τι ἔχειν ὅπερ Θεοῦ τὸν Δεσπότην, αἰσχύνης πάντως
δὲ τὸν πατρὶ τὸν ἑαυτοῦ δόξαν ὅτι δικαίως ὁμολο-
γοῦσιν καὶ ὁμοούσιος, ὡσπερ λελάληκεν ὁ Σωτήρ. ὥσ-
περ γὰρ ἀδοξίας ἔσχε τὸν ἀίδιον τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς
μὴ ἴδιον ἔχειν τὸν ἐξ αὐτοῦ φύντα τε καὶ γεγεννη-
μένον υἱόν, ὁποῖον αὐτὸν εἶναι πρέπον τὸν τοῦ Θεοῦ Θεὸν
καὶ φύσει, ὄντως, οἶμαι, καὶ δόξαν αὐτοῦ ἐποίησε,
καὶ καύχημα, ὃ τοῦτοις ὅπερ τὸν ἴδιον ἔχειν υἱόν, τὸ
οἷός ἐστιν ἀπαρχὴν αὐτὸς καὶ νοοῖτο, καὶ λέγοιτο.
δοξάζεται οὖν οὕτω ὁ πατὴρ ἐν τῷ ἡμῶν δόξῃ,
καθάπερ ἔλεγον ἀρτίως, δίδοὺς μὲν τὴν δόξαν ἐν
τοῦ νοεῖσθαι καὶ λίαν, τίνος τε καὶ οἵου πατὴρ ὑπάρ-
χει καὶ ἀληθῶς. ὑπαιδὲς δῶν ἄρα, καὶ φυσικὸν,
τοῦτο μὲν τὸ παῖδος εἰς υἱόν, τοῦτο δὲ τὸ υἱοῦ πρὸς
τὸν πατέρα δοξασθῆναι τὸ δόξης ὃ καύχημα. εἰ
δέ τις δοίη τυχόν, ἐν ᾧ δὲ τὸ ἀνθρωπίνως ταπει-
νὸν, ἐλαττοῦται πως, ἢ κατ' ἐαυτὸν, καὶ ἐνθάδε
λαλεῖν τὸ κύριον· κατεῖδησαν γὰρ ἐν τῷτο αὐτὸ, λο-
γισμοῦ τε περὶ ποτοῦ ἀμοιρήσαι μὲν ὑδαμῶς· τὴν
γε μὲν ἐξ ἀκριβείας θεωρημένην ὑλίαν ἐφάψασθαι.
εἰ μὲν γὰρ ὀξήτει μόνον αὐτὸς τὸ ἐκ τοῦ παῖδος δό-
ξαν, ἐνῆν ἀπεικὸς ἴσως τῆς ἀνθρωπότητος μέτοχος
τὴν αἴτησιν εἶναι καλῶν. ὅπως δ' ἂν καὶ δοξάζηται ὑπὸ
παρὰ τοῦ πατρὸς, πῶς οὐκ αἰσχρὸν ἡδὲ
φαίνεσθαι τοῖς ἀρτίως λεγομένοις ἀναποδείκτοις θεωρή-
μασι προσφυέστερον ὑπάρχειν;

facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quoniã ergo consubstantialitatis ratio nos adigit vt deinceps existimemus omnia quidem esse in Patre, sed omnino per Filium in Spiritu, corruptionis autem ac mortis interitu, euersaque Diaboli tyrannide, omnem quæ sub cælo est regionem Spiritus illustratione fulgere, & per hoc ostendi ipsum Deum esse secundum naturam, ac verum, idcirco necessariò ait: *Pater, clarifica Filium tuum, vt & Filius tuus clarificet te.* Ioa. 17. Neque verò cordatus quisquam dixerit Filium à Patre gloriam petere, sicut homo forsan petierit ab alio homine, ac vicem redditurum se polliceri, (nimis enim abiectum & stultum esset tale quid de Deo sentire) sed ista dixit Seruator, significans Patri suam gloriam esse necessariam, vt & consubstantialis agnosceretur. Quemadmodum enim ignobilitatis notam Deus ac Pater incurret si talem non habeat ex se genitum Filium, qualem esse oporteat Deum de Deo secundum naturam, sic, opinor, gloria ei & claritas eueniet ex eo, quòd talem suum habeat Filium, qualis intelligitur esse ipse, ac dicitur. Clarificatur itaque Pater in Filij gloria, sicuti mox dicebam, dans illi gloriam dum ex operibus eius intelligitur quali, & quo ex Patre sit natus Vnigenitus, recipiens verò eandem, in eo quod cognoscitur cuiusnam & qualis Filij Pater sit verè. Substantialis itaque & naturalis à Patre in Filium, & à Filio ad Patrem gloriæ decus permeabit. Quòd siquis forsan id propter humanitatis assumptionem humilius quàm pro eius maiestate dictum existimet, id non sine ratione quidem faciet, sed exactum horum verborum sensum non attinget. Nam si Patris gloriam ipse tantummodo peteret, non abs re humanitatis mediocritati petitionem illam adscriberemus: sed cum Patrem quoque vicissim clarificaturum se polliceatur, nunquid necesse est ita locum interpretari vt dictum est.

A

CAPVT IV.

Quòd Filij gloria nihil officiat, quod accepisse aliquid à Deo ac Patre dicatur, cum pia sit eius rei ratio.

v. 2. *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod ei dedisti, det eis vitam æternam.*

EXponit rursus his quoque verbis Christus gloriæ modum, per quem quidē Deus ac Pater illustraturus & clarificaturus est Filium suum, & ipse vicissimà suo Filio clarificabitur. Latius autem & clariùs hunc locum explicat, ad nostram ædificationem & vtilitatem. Deū quippe ac Patrem cuncta scientem quid opus erat petitionis modum edoceri? Bonitatem igitur & clementiam Patris in nos inuocat. Nam cum sit animarum nostrarum Pontifex, inquantum homo apparuit, quamuis Deus existens naturâ cum Patre, pro nobis eum conuenientissimè compellat, nos vt credamus adigens nunc se quoque propitiationem esse pro peccatis nostris, & iustum aduocatum, vt Ioannes testatur. Quapropter Paulus volens nos ita sentire, scribit: *Non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia, pro similitudine absque peccato.* Igitur, quia pontifex est, quatenus homo apparuit, simulque immaculatam hostiam semeipsum obtulit redemptionem vitæ omnium Deo ac Patri, veluti quasdam primitias humanitatis, vt in omnibus sit primatum tenens, sicuti Paulus ait. Rursus autem offert genus nostrum rebelle, sanguine suo purificatum, & ad nouitatem vitæ reformatum, per sanctum Spiritum. Quoniam autem, sicuti sæpe diximus, omnia perficiuntur à Patre per Filium in Spiritu, bona tamen pro nobis postulat, vt mediator, & pontifex, quamuis vna cum genitore diuinas spiritalesque gratias largiatur. Pro sua enim voluntate ac potestate quibus velit Spiritum Christus diuidit. Atque hæc quidem sunt istiusmodi: Quid autem sibi velit istud petitionis genus, rursus expendamus. *Pater*, in-

1. Ioa 2. 2

Heb. 4. 15.

1. Tim. 2. 6.

Col 1. 18.

2. Cor. 12. 11.

ΚΕΦΑΛ. δ'.

Οτι κατ' ἐξουσίαν ἔδωκεν ἀυτῷ τὴν ὑὸν τὴν δόξαν, ὃ εἰληφέναι ἢ λέγεσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ἔχοντος φύσει τὸ πρόσλημμα λόγον.

Sensim ad clariorem explicationem Seruatoris sermo progreditur, qui obscurè quidem vt potè initio, sed in apertum tandem prodit ac sese explicat, velut ex turbido cælo in serenum mutatus. Existimabant enim beati discipuli magno sibi detrimento fore Seruatoris absentiam, in carne videlicet: (nihil enim vetat quo minus vt Deus adsit quibus velit) sed sperabant se à nemine seruatum iri, Christo in cælum assumpto, verùm malorum iniuriæ se oppositum iri, cum nemo iam eorum manum esset inhibiturus, sed in eorum potestate esset in se vltima quæque patrare. At quamuis illi sapientes, & patres, & vniuersi orbis terrarum luminaria fuerint, non tamen grauabimur dicere, oportuisse eos non solùm in carnalem præsentiam Seruatoris nostri Christi respicere, sed intelligere, quòd licet ab iis carne seiungatur, & licet oculis corporis non cernatur, veruntamen adesse semper & conuersari deitatis potentiâ vtique cogitandum sit. Quando enim à suis proprietatibus cessabit Deus, aut quid vniuersi dominatrici naturæ reluctabitur, ac veluti necessitate quadam prohibebit quominus quæ sua sunt agere queat? Atqui virtus & potestas Deo digna est, esse vbique, & ineffabiliter cælum implere, terram item, & omnia capere, capi autem à nullo. nec enim loco Deus comprehenditur, aut spatiis circumscribitur: tale quid enim pati, illa quantitatis, magnitudinis, & corporis expers natura non sustinet. Quare, cum Deus simul sit & homo Christus, ignorare vtique discipulos non oportebat, tametsi abesse contingeret corporaliter, non tamen penitus abfuturum, sed omnino affuturum, ineffabili nempe diuinæ potestatis ratione. Idcirco enim ipse quoque Seruator superius dicebat: *Pater sancte, serua eos in nomine tuo quod dedisti mihi*: nunc autem rursus: *Quum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, quod dedisti mihi*, suis discipulis tantumnon significans deitatis vi & efficacitati conuenire, non carnis præsentiæ, seruare posse aliquos, quippe ipsa etiam caro non ex seipsa sanctificabatur, sed consortio Verbi ei vniti ad naturalem eius virtutem quodammodo translata,

A Πεφόβηται τοὺς ἁγίους βεβαίως τοῦτο ἐμφανεστέρον δήλωσιν τοῦ σωτῆρος ὁ λόγος, διεσκιασμένως ἤ ὡς ἐν ἀρχαῖς, ἀφ' ἧς ἤρξατο ἤδη ἐκ καλύπτεσθαι, καθάπερ ἐκ χειμῶνος εἰς διαύγειαν μεταβαλών· φόντο μὲν γὰρ οἱ μακάριοι μαθηταὶ τοῦτο πολλῆς αὐτοῖς ἔσεσθαι ζημίας τὴν σωτῆρος ἡμῶν τοῦ ἀπολιφθῆναι, δῆλον ἤ ὅτι τῷ μὴ σαρκὸς νοουμένῳ· σεσωφρονηκὼς γὰρ ὡς Θεὸς οἴεσθαι δὲ βέλτιον ἦν, τοῦτο δόκων ἤ ὅτι ἀφαιρούμενος μὲν αὐτοῖς σαρκὸς, αἰαλήφθητος εἰς οὐρανὸν τοῦ Χριστοῦ, τοῦ χείσεσθαι ἤ τοῖς B ἐθέλουσι κακῶσαι, σαθρὸς ὁ τοῦ ἐπ' αὐτὸν τοῦ τῶν πλεονεκτούντων ἐξείργοντος χεῖρα, κειμένου ἤ μᾶλλον τοῖς ἐθέλουσιν ἐπ' ἐξουσίας τὰ πάντα δρᾶν εἰς αὐτοὺς ἀφαιρουμένου, ἐπὶ πάντας εἶσω κινδύνου καλῶς. Ἀλλ' εἰ μὲν σοφοὶ ἐπὶ πατέρες, μὴ τοῦ οἰκουμένης φωστῆρες μεγάλοι, οὐκ ὀκνητέον εἰπεῖν, ὡς ἔδει μὴ μόνον εἰς τὴν ἐν σαρκὶ παρουσίαν ἀποβλέπειν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, εἰδέναι ἤ δὲ ὅτι ἐπὶ εἰ τοὺς αὐτοῖς σωματικῆς ἀπανισταζόμενος χρόνου, C καὶ εἰ μὴ τοῖς τοῦ σώματος ὁρᾶσθαι τυγχάνοι ὀφθαλμοῖς, ἀλλά γε παρεῖται καὶ σωζόμενος ἀφ' ἡμῶν, τῇ τῆς θεότητος ἐξουσίᾳ χρεὼν δήπου πάντως ἐννοεῖν. πότε γὰρ τὴν ἰδίων ἰδιωμάτων καταλήξει Θεὸς, ἤ τι ἂν ἀναιρετικὸν τῆς ὅλων κρατούσης φύσεως, καὶ ἀφ' ἡμῶν ποιήσει αὐτῇ καθάπερ ἐξ ἀναγκαίας δυνάμεως ἀνάγκην τοῦ ἐνεργῆσαι τὰ ἑαυτῆς; ἐνέργεια ἤ δυνάμεως θεοπρεπὴς, τὸ εἶναι πάντα χῇ, καὶ πληροῦν μὲν ἀχωρήτως τὸ ὁρατὸν, πληροῦν ἤ αὖ πάλιν τὸ γῆν, καὶ χωρεῖν μὲν τὰ πάντα, χωρεῖσθαι ἤ ὑπὸ μηδενός. ὁ γὰρ πάντα τοῦ ἐλαττωθεὶς ὁ Θεὸς, ἵνα ἀφαιρήσεται τοῦ ἐνεσταλμένος, ἀλλ' ὁλόκληρος τοῦ ἐνεχώρησεν εἶσω υἱός· παθεῖν γὰρ τι ἐνόει τον, ἢ ἀπαθὴς τε καὶ ἀμεταβλήτος, καὶ ἀσώματος οὐκ ἀνέχεται φύσις. ὁκοῦν ἐπεὶ σὰρξ ἐλλῶ ἄμα Θεός τε ὁμοῦ, καὶ αὖ θρωπος ὁ Χριστὸς, χρεὼν δήπου πάντως μὴ ἀγνοῆσαι τοὺς μαθητὰς, ὡς εἰ καὶ ἀπεῖναι γένοιτο σωματικῶς, οὐκ ἀπολιφθήσεται παντελῶς, σωθέντας ἤ πάντως, κατὰ τὸν ἄῤῥητον τῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας λόγον. ἀφ' ἑνὸς γὰρ τοῦ τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ τὸ μὲν τοῖς πρωϊαιτέρους ἔλεγε· πάτερ ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς τῷ ὀνόματί σου, ᾧ δέδωκάς μοι· νυνὶ ἤ πάλιν, ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς τῷ ὀνόματί σου, ᾧ δέδωκάς μοι, μεταναχὶ τοῦτο δηλῶν τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, ὅτι τῇ θεότητι σωτηρίᾳ μᾶλλον ἢ πρέπει, καὶ ἅ τῇ τῆς σαρκὸς παρουσίᾳ τὸ ἀφαιρεῖσθαι δυνάμενα· καὶ αὐτὴ γὰρ ἡ σὰρξ οὐκ ἐξ ἑαυτῆς ἡγίαζετο, τῇ ἤ συνουσίᾳ τοῦ ἐνωθέντος αὐτῇ λόγου, τοῦτο τὸ αὐτῆς τρόπον τινὰ φυσικὴν μεθισταμένη δύναμιν,

χ. αὐτῆς σωτηρίας παρέχεται, καὶ ἁγιασμοῦ τοῖς * αὐτοῖς μετέχουσι γίνεται. Τὸ σύμπαν οὖν ἐξ ἁγίας τῆς ἐνεργείας τῆς θεοπρεποῦς, οὐχὶ δὴ πάντως αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν ἁγιάζομεν τῇ Χριστῷ. προσπαθοῦσι γὰρ δή τι φθονοῦντες τῇ ἁγίᾳ τοῦ λόγου δυνάμει προσγράφομεν. Τὸ γὰρ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ παιδὸς τηρεῖσθαι τοὺς μαθητὰς, ἆρ' οὐχὶ τοῦτό ἐστι καὶ ἕτερον παρ' ἕν; Θεοῦ γὰρ δόξῃ πεπήρωται. ἀφιστὰς διηνεκῶς τοὺς μαθητὰς ὑφορίας τοῦ μὴ ἐκ τοῦ δοκεῖν ἀπολιμπάνεσθαι φόβου, αὐτὸ δηλονότι τοῦτο αὐτοῖς ἀναγκάσας πολλάκις πάσχειν αὐτοῖς ἐσομένης τῆς ἀσφαλείας, οὐκ ἐκ τοῦ συνδιαιτᾶσθαι θνητικῶς τῷ διδασκάλῳ φησὶν, ἀλλ' ἐπεὶ καὶ μᾶλλόν ἐστι κατὰ φύσιν Θεός. ἀκριβολόγημα δὲ δῆλον ὅτι τὸ ἐφ' ἅπασιν ἔχων ἐξουσίαν καὶ δύναμιν. ἐγὼ γὰρ δὴ ἀλλοιωθείη, καὶ μεταβασάν τινα λάβοι, ὡσεὶ ὅσαπερ οὐκ ἐών ποτε τοιοῦτος ἔσχεν ἀεί· δηλονότι καὶ πάλιν αὖθις οὐδὲν ἧττον ἀκινητεῖ, καὶ πάντας ἂν παραπαίοντας ἐξελάσειε κακοῦ. κατανοῶν δὲ πάλιν. τὸ εἰς κεκρυμμένον ὦν λόγῳ προνοίας, εἰς ὄνησιν ἡμετέραν καὶ οἰκοδομὴν. ἐξαιτούμενος γὰρ ὡς παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς φυλαχθῆναι τοὺς τήρησιν, τὸ εἰς θεοὺς ἁγίους δηλονότι φημὶ μαθητὰς, αὐτὸς ἤδη πεπραχέναι τὸ θειοτάτοις φησὶν, ἰσοδυναμῆ τε καὶ ἰσουργὸν παρ' ἰδίαν γνησίως ἐκφαίνει ἑαυτὸν, μᾶλλον δὲ ἑαυτὸν ὅτι τὸ συμπάσαν τὴν γνησιότητος δύναμιν. ᾧ γὰρ αἰ φαίνεται πρόσεσι τὸ ζωτικὰ δυνάμει παρ' γε ὄντι καὶ ὁμολογουμένῳ κατὰ φύσιν Θεῷ, πῶς οὐκ αὖ πάντῃ καὶ πάντως εὑρεθήσεται τοιοῦτον, καὶ τὸ ἴσον τὸ ἐξουσίᾳ, καὶ ἓν κατὰ φύσιν ταυτότης. καὶ ὁ τηρήσας ὡς Θεὸς τὸ ὀνόματι Θεοῦ, παρέπεσεμόν τι τῇ κλήσει τὸ οὐκ ἂν κατορθωμένων θεοπρεπῶς ἀμαθησάμενος δόξαν, καὶ τίνα ἔχοντα ἔκφυλος, ἤγουν ἑτερόφυὴς, μᾶλλον δὲ οὐκ αὐτογέννημα δηλοῦσιν τοῦθ' ὅπερ ὅτι κατὰ φύσιν Θεός; ἃ γὰρ αὖ τι δράσαι τὸ ὄντων τὰ ἰδικῶς ἐνεργήματα Θεοῦ, μὴ ὑπὸ τοῦτο ἀναφέρων ὑποπτῶς, ὅπερ αὖ εἴη τυχὸν οἰησόμεθα τὸ Θεόν. ἀποπλάζει δὲ πάλιν ἐν τῇ καθ' ἑαυτὸν θεοείᾳ τὸ ἐν νοήσει διπλοῦν δηλονότι τὸ μὴ ἐν χρείᾳ οἰκονομίας. ἀποφέρει μὲν γὰρ πως τὸ γνησίως φύσεως, τὸ δηλονότι ζῆν δύναται καὶ τηρεῖν τὰ εἰς ἑαυτὸν τυχὸν ὀφειλήσειν δὲ ὑπείδεσθαι, αἰσθάνεσθαι δὲ τοῦ ὀνόματι τοῦ παιδὸς, μένειν τῇ ἁγίᾳ προσκείμενον φύσει τὰ θεοπρεπῆ. δηλοῖ γὰρ τοῦτο πάλιν, κἀνταῦθα τετηρηκέναι λέγων τοὺς μαθητὰς, ὑπὸ τοῦ ἀφεθῆναι τοῦτο τὸ μὴ ἐξ ἀνάγκης, τὸ τῷ καταρτίσματος ἐκπολιορκῆσαι ἐμφανίσαντος, πεπληρωκέναι μᾶλλον τὸ ὀνόματι λέγω τοῦ Θεοῦ, ἔξω μέν πως ἑαυτὸν ἐκ τοιούτου σχήματος, καὶ γάρ τε καὶ νοήσει σαρκὸς, εἴσω δὲ πά-

A salutis pararia & sanctificationis conciliatrix est eam participantibus. Tocam igitur efficacitatem diuinam non vtique carni per se tribuemus, sed conuenientius diuinæ Verbi virtuti adscribemus. Seruari quippe discipulos in Patris nomine, potestne esse aliud quàm istud? Dei enim gloriæ seruati sunt. Metu itaque ex discipulorum animis euulso, quòd se relictum iri putarent, iisdémque sæpe repetitis, omnem eis securitatem fore ait, non quidem ex eo quod vnà cum magistro corporaliter degant, sed potius ex eo quod Deus sit secundum naturam. Cum autem sempiternam habeat in cuncta potestatem ac virtutem, (nec enim mutari vnquam potest, aut ad id transferri quod eodem modo non se habeat) nihilominus eos facile seruabit, & ab omni ingruente malo eruet. Animaduerte porrò denuò, quanta ad nostram vtilitatem & ædificationem lateat in his verbis cura ac prouidentia. Nam cum à Deo & Patre petat sanctos suos discipulos seruari, ipse iam id fecisse ait, æqualiter se pollere & æqualiter operari cum Patre seipsum ostendens, imò verò seipsum esse hypostaticam genitoris virtutem. Nam qui eadem naturâ suâ facere potest, quæ verus & naturalis Deus, quomodo non eiusdem potestatis esse censebitur, eiusdemque naturæ: & qui seruat vt Deus, in nomine Dei, & gloria huic nomini cõueniente ex diuinis operibus est redimitus, quomodo alienus, aut naturæ diuersæ erit, ac non potiùs idipsum esse ostenderur quod est secundum naturam Deus? Nec enim vllus quæ propriâ & peculiaria Dei sunt opera fecerit, nisi id sit naturâ quod Deum esse putamus. Porrò in huius loci obseruatione duplex præterea sensus reconditur, propter Incarnationis dispensationem. Tollit enim naturæ creatæ potestatem seruandi eos quibus id ob pietatem debetur, & nomini Patris attribuit, soli naturæ diuinæ adscribens quæ Deo conueniunt. Idcirco enim rursus, quum dicat se discipulos seruasse, non tamen humanitatis conditioni factum tribuit, sed in nomine Dei potius impletum esse ait, ab ea re seipsum quodammodo excludens, quatenus factus est ac intelligitur caro, seruandi verò, & quæ Deo digna

sint operandi potestatem sibi penitus arrogans, quatenus est Deus ex Deo, Patris illa virtus cunctipotens, virtus non facta, sed ex eo quod ipsa, est naturam vnde ineffabiliter prodiit, manifestans. Quòd si datũ etiam hîc dicat sibi nomen deitatis, licet Deus secundũ naturã existat, quatenus ex Deo effulsit vnigenitus, nihil tamen istud officiet rei veritati, nec cum à conuenienti honore & gloria excludet: absit. Accipere enim, proprium est humanitatis, eique conuenienter tribuitur. nihil enim habet ex seipsa. Suos verò discipulos ita seruasse ait, tantamque eorum curam habuisse, vt nemo præter vnum perierit, quem & perditionis filium nuncupauit, tanquam ex sua voluntate seu potius improbitate & impietate perditioni mancipatum. nec enim existimabimus vnquam diuino & inexpugnabili iudicio illum inter discipulos proditorem implicitum fuisse Diaboli retibus, (alioqui enim culpâ vacaret, si superno decreto cessisset. Dei enim iudicio quis resistet?) nunc verò damnatus, & execrabilis, meliusque ei esset si natus non fuisset. quam ob causam? quippe sua istud voluntate non ex vlla necessitate misere passus deprehenditur. qui verò tam graue exitium amauit, filius perditionis iure nominabitur, vt pote qui exitio ac interitui debeatur, diemque perditionis ceu partus dolorem ac luctum præstoletur. Quia verò addidit; *vt impleatur scriptura*, rursus asserimus non idcirco periisse proditorem, quia id scriptura dixerit, cóque progressum nequitiæ, vt paucis argenteis pretiosum Christi sanguinem tradiderit, sed quia omnino periturus erat, peruersitate sua Dominum prodens, Scriptura id prorsus futurum prædixit, quæ mentiri nequit. Dei enim sermo est qui omnia nouit, & qui vniuscuiusque mores ac vitam quam ab initio ad finem ducturus est in suo fert intellectu. Vnde Psalmista rerum omnium tam præteritarum quàm futurarum cognitionem ei tribuens, sic ad eum infit alicubi; *Tu intellexisti omnes cogitationes meas de longe, semitam meam, & funiculum meum inuestigasti, & omnes vias meas præuidisti.* Quare Dei Ver-

Psa. 138. 2.

λιν τῦ τηρῆσαι ὑμᾶς, & ἐνεργεῖν δυνάμεις τὰ θαυμαστὰ, καθότι ὄντος Θεὸς ἐκ Θεοῦ, δύναμις ἡ παντουργικὴ τῦ πέμψαντος, ἰσχὺς οὐκ ἐνεργουμένη, ἀλλ' ἐξ ὧν ὅτιν αὐτὴ τὸ ὄντως ἀῤῥήτως προέκυψεν ἐμφανίζουσα φύσιν. εἰ δ' δεδόσθαι φησὶν αὐτῷ καὶ τοῦτο δι' παλιν τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, χάριτι Θεὸς κ) φύσει ὑπάρχων, καθὸ πέφηνεν ἐκ Θεοῦ μονογενὴς, οὐδὲν τῦτο δι' ἀληθείας τῆ ἀληθείᾳ τῦ πράγματος, οὐδὲ τὸ αὐτῷ πρεπούσης δόξης αὐ αὐτὸν ἀφαιρῆς τε & δόξης· πολλοῦ γε κ) δεῖ. εἰη γὰρ αὐ τὸ λαβεῖν τὸ αὐθεντικότητος ἴδιον, & αὐτῆ πρεπόντως διακεῖσθαι μᾶλλον· ἔχει γὰρ θεόθεν ἐξ ἑαυτῆς. τηρῆσαι δ' ὅτω φησὶ τοὺς ἑαυτῦ μαθητὰς, κ) τοσαῦτην ἐπ' αὐτοῖς ποιῆσαι πρόνοιαν, ὡς ἀπολέσαι μηδένα, πλὴν ἑνὸς, ὃν κ) τὸ ἀπωλείας αὐτόμασον γόον, ὡς ἐξ οἰκείας βουλῆς, μᾶλλον δ' μοιρηδείας τε κ) δυσστυχίας τῆ ἀπωλείᾳ χρεωστούμενον. θεόθεν γὰρ ἀποκρίνεταί ποτε, κ) θεῖόν τε κ) ἀμάχητον εἶμα τὸ προδότου εἰς μαθητὰς, τῆ τῦ διαβόλου πρὸς ἐναλλαγὴ παγίδι, & βεβρωκὼς εἴη γλυκάθαι δηλονότι· ἢ γὰρ αὐτεξάρχου κ) αὐτοπαθοῦς, ψήφῳ τὸ νικᾶν προχαρίσασθαι τῆ αἰῶνι. κείματι γὰρ τῷ προνοητῷ Θεῷ πῶς ἀντιστήσεται; νυνὶ δὲ καθάπερ βδελυρὸς τε & ἐναμίσητον, εἰ μηδόλως ἐγεννήθη. δηλονότι ποίαν αἰτίαν; ἐξ οἰκείων γὰρ τῆδε παθῶν θελημάτων κ) οὐκ ἐξ αἰδοῦς τὸ προδότου ὁ δίλογος ἐξήλεγχεται· ὁ δὲ τὸ ὄντως ἀγαθὸν ἀγαπήσας ὅλεθρον, τέκνον ἀπωλείας βούλοιτο ἂν ὀνομάζοιτο, ἅτε δὴ κ) χρεωστούμενος μᾶλλον ὀλέθρῳ & φθορᾷ, παρειμένων δὲ ὡς πρὸ ὠδῖνα κ) εἶναι τὸ τῆς ἀπωλείας ἠμέρας. ὅπῃ δὲ προστέθεικε τοῖς προειρημένοις λόγοις, τὸ, ἵνα πληρωθῇ ἡ γραφὴ, πάλιν ἐκεῖνο χρησίμως τοῖς ἐντευξομένοις φαμέν. ὁ γὰρ ἐπεισάκτως εἰρηκὼς ἡ γραφὴ, δηλοῖ ὁ προφήτης, κ) εἰς τῦτο προῤῥηθὲν φανερότητος, ὡς ὀλίγων ἀργυρίων τὸ τίμιον αἷμα προσέσθαι τῷ Χριστῷ· ὅπῃ δὲ ἀπωλείας πάντα τε κ) πάντως ἔμελλε, δηλοῖ τὸ ἐπιδοῦναι αὐτῷ δυσχρηστίαν προδοσίας τὸ κύριον, ὅτι πάντως ἔσεσθαι προμεμάθηκεν ἡ γραφὴ, ἐν' ἐκ ἐν ἀφανίσασθαι. Θεοῦ γὰρ λόγος ὅτι τὰ πάντα εἰδότος, κ) τὸ ἰδίᾳ ποιοῦν τὸ ἑκάστου φέρεσθαι βίον, & τὸ ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος διεξαγαγεῖν. κ) γοῦν ὁ ψάλλων τὸ τὸν ὅλον εἰδέναι τινὰ τὸ τῶν προκεχοτῶν ἤδη κ) τὸ τὸ ἔσεσθαι προσδοκωμένων ἀπονέμων αὐτῷ, προσὸς αὐτὸν που φησὶ· σὺ συνῆκας πάντας τοὺς διαλογισμούς μου, ἀπὸ μακρόθεν, τὸ τρίβον μου & τὸ σχοινίον μου σὺ ἐξιχνίασας, & πάσας τὰς ὁδούς μου προέγνως. πάντα τοίνυν προεγνωκὼς, κ) ὡς ἤδη παρόντα προεῖδε θρήσας

τὰ μέλλοντα, ὡσεὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, οἷς ἔφη περὶ Χριστοῦ, ὁ θεῖος ἡμῖν προεμεμύηκε λόγος, ὅτι δὲ ἀπολεῖται προδότης ὁ παραγενόμενος εἰς μαθητὰς· ἰδοὺ δὲ καὶ πάντως θέλησίς τε καὶ πρόσταγμα Θεοῦ, ὃ προειδέναι τε ἦν εἰπεῖν τὰ ἐσόμενα, ἀλλ' οὐδὲ ἡ προρρήσις αἰτία καταστικὴ πρὸς ἐνέργειαν ἦν προσημαινόντος κακοῦ, ἢ τῷ τὸ σωτῆρος ὑποβουλῆς, ἀποτρεπτικὴ δ' μᾶλλον. τῷ γὰρ τοῦτο μαθόντι μετεῖναι δι' ὅπου πάντως, εἴ γε ἠβουλήθη, καὶ φυλάξασθαι καὶ φυλάξαι δ' πάλιν, προαιρετικὸν ἔχοντι τὸ ἐφ' ὅσον αὐ βούλοιτο ῥοπήν. Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς· πῶς οὖν ἐτήρησεν ὁ Χριστὸς, εἰ τοὺς τὸ ἴδιον θέλημα ῥοπαῖς καὶ προαιρετικαῖς κινήμασιν, οἱ μὲν ἔξω δικτύων ἀφεβολισμένοι ἐξεσώθησαν γενόμενοι, ἦλω δὲ μόνος Ἰούδας πάντας ὁ δείλαιος; πῶν οὖν ἄρα γέγονε ὃ οὐκ οἶδα δὲ λεγομένης τηρήσεως ὄφελος; Ἀλλ' ὦ θαυμάσιε, πάλιν ἐρῶμεν ἡμεῖς, καλὴ μὲν ἡ νῆψις, ἐπωφελεστάτη δὲ σφόδρα τῆς ἡμετέρας ἀθυμίας ἡ ἀσφάλεια, καὶ ὃ σπουδαιότατον θέλημα πρὸς ἀγαθουργίαν, καὶ εἰς κατόρθωσιν ἀρετῆς· κατεργασόμεθα γὰρ ὄντως τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν· πλὴν οὐκ ἀρκέσει τοῦτο καὶ μόνον τῇ ἀνθρώπου ψυχῇ· δεῖται γὰρ ἀμάχου θείας ἀρωγῆς καὶ χάριτος, ἥτις εὐμαεῖζήσης αὐτῇ τὰ δυσπάντα, εὐσταθῆ δὲ λίαν ἀποτελοῦσα τὴν ἀνάντη καὶ τραχυμιλῆ τῆς δικαιοσύνης ὁδόν. ὅτι γὰρ οὐδὲν ὅλως τὰ πρὸς ἡμῶν, εἰ μὴ τὰ ἐκ τῆς θείας προσηλύοιτο χάριτος, ἄκουε βοῶντος τοῦ ψάλλοντος· ἐὰν μὴ κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες τὸν αὐτόν· ἐὰν μὴ κύριος φυλάξῃ πόλιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων. χρεὼν οὖν δὴ οὖν ἀγαθοῖς οὖσι φημὶ ἡμᾶς μὲν τὸ οἰκεῖον εἰσκομίζειν ἐς κρότεια καὶ τὸ φιλόπονον ἕξιν ὑποτιθεμένους, ταυτικοὺς ὁρᾶσθαι πρὸς τὸ ἐξαυσαι φιλεῖ τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν, ἐξαιτεῖν δὲ ὅπως τὰ παρὰ Θεοῦ, καὶ τὴν ἄνωθεν ὑποκουρίας, καθάπερ ἀμαχόν τινα καὶ ἀῤῥαγῆ πάντευχίαν ἐλόντας διορίζεσθαι. δεδωκότος γὰρ ἅπαξ καὶ ὑποτυπώσαντος ἡμῖν πρὸς τοῦτο Θεοῦ, ὄζον ἡμῖν ἤδη τὸ πολεμιώτων καταγωνίζεσθαι δυνάμιν καὶ τὸ δαιμόνου χεῖρα πλεονεκτεῖν, εἰ μὴ βουλοίμεθα πείθεσθαι καλοῦντι πρὸς ἡδονὰς, ἤγουν εἰς ἕτερον ἁμαρτίας εἶδος, εἰ τὰ οἰκεῖα ἡμεῖς αὐτοῦ χαρισαίμεθα βούλησιν, καὶ ταῖς εἰς φαυλότητα ῥοπαῖς ἑαυτοὺς καθέντες εἰς τὸ ἐκείνου βρόχον διαλεχοίμεθα, πῶς δὴ ἕτερόν τι πρεπόντως αἰτιασοίμεθα ἢ ἐκ μᾶλλον τῆς ἑαυτῶν ἀβουλίας ὃ παλαιὸν ἐπιγράφωμεν; ἢ γὰρ ἐκ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ εἴρηκε φθάσας ὁ Σολομὼν, ἀφροσύνη ἀνδρὸς λυ-

bum omnia præcognoscens, & futura ceu præsentia circumspiciens, præter alia omnia quæ de Christo dixit, hoc etiam prænunciauit, perditum iri discipulum proditorem. Omnino verò Dei voluntas ac mandatum non erat, præscire ac dicere futura, sed nec prædictio ad scelus illud patrandum insidiasque Seruatori struendas adigebat, sed potiùs auocabat. nam cum didicisset, licebat vtique ei si voluisset, refugere, & cauere, cum integrum ei esset quam in partem vellet vergere. Atenim fortan inquies: Quomodo discipulos seruauit Christus, si voluntatum suarum impulsu, & spontaneis motibus illi quidem effugisse Diaboli laqueos comperiuntur, solus autem Iudas præ cæteris miser est implicitus? Quid ergo ex hac custodia vtilitatis fuit? At ô strenue, bona est sobrietas, & vtilissimum nostræ mentis studium, & ad bene agendum & virtutem colendam firma voluntas: sic enim salutem nostram operabimur: verùm istud solum hominis animæ non sufficiet: superno quippe auxilio & gratia indiget, quæ difficilia explanet, arduumque & asperum iter iustitiæ peruium reddat ac facile. Quòd enim nostra nihil sint penitus, nisi diuinæ gratiæ auxilium affulserit, audi Psalmistam clamantem: *Nisi Dominus ædificauerit domum in vanum laborauerunt qui ædificant eam. nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.* Dico itaque nos temperantiam ex nobis ipsis afferre necessariò debere, piumque erga Deum studium exercendo fortes nos ad perficiendam salutem præstare, atque ita quæ diuinæ sunt opis implorare, cælestique auxilio ceu inexpugnabili & infracta quadam armatura munitos viriliter agere. Quod cum nobis semel dederit, annueritque Deus, liceatque nobis debellare vim hostium, ac Diaboli manum superare, ad voluptates aut aliud peccati genus vocanti parere nolentibus, si nostram ei voluntatem tradiderimus, propensionibus ad vitium nosmetipsos eius laqueo induamus, quomodo alteri potius quàm nostræ vecordiæ culpam imputabimus? Nunquid enim illud est quod antea dixit Salomon, *Imprudētia viri vastat vias*

Prou. 8. 15.

Ioan. 17. 7.

eius: Deum autem accusat corde suo. Dubitandi, opinor, locus nullus relictus est. Ostendat ergo aliquis non licuisse proditori perinde ac aliis discipulis diuina frui gratia, & nos victos fatebimur. Sin autem perinde ac alij diuina septus gratia, nutu suo in perditionis barathrum decidit: quomodo non eum seruauit Christus, qui bonitatis suæ opem ei impertiit, & quantum spectat ad rationem auxilij eum seruasset, nisi voluntate sua ipse malum sibi vltrò arcessisset. Refulsit ergo in aliis gratia, quæ perpetuò seruauit eos qui suam voluntatem ei quodammodo cooperatricem adhibent. Sic enim salutis cuiusque modus ordinatur.

A μαίνεσθαι τὸν ὁδηγὸν αὐτοῦ· τὸ δὲ Θεὸν αἰτίαν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ· ἀλλ' ἔστιν οὐκ ἀμφίλογον. εἰ μὲν οὖν ὑμεῖς τῷ προδότῃ τὸ παρὰ Θεοῦ ἀπονεύειν τὸ ἴσον τοῖς ἄλλοις ἀπολαύειν μαθηταῖς, ἐπιδεικνύτω τις, ἐγὼ ἡττήσομαι. εἰ δὲ τῷ ἄλλοις τὸ ἴσον τῷ οὐ τῆς θείας χάριτος ἔχειν προβολὴν ἐξ ἰδίων θελημάτων εἰς τὸ ἀπωλείας καταπολιορκεῖσθαι, πῶς οὐ τετήρηκεν ὁ Χριστὸς τὸν οὐ τὸ οἰκείας ἡμερότητος ἐπίδοσιν, ἐφ' ὅσον ἦκεν εἰς τὸ τῆς ἀσφαλείας ἐπίδοσιν ἀφιστῶσαν τὸ αὐθέκαστον, εἰ μὴ ὃ παθὼν ἠθέλησεν ἐξ ἰδίων θελημάτων αὐτὸς διέφθειρε γοῦν καὶ τοῖς ἑτέροις διὰ χάριτος, μέχρι πάντας ἀφιστῶσα τοὺς τὸ ἰδίαν προαίρεσιν συνεργάτην ὥσπερ ποιησαμένους αὐτῇ. δίκαιον γὰρ οὕτω τῆς ἐκάστου σωτηρίας ὁ τρόπος.

B

Et hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

Καὶ ταῦτα λαλῶ ἐν τῷ κόσμῳ, ἵνα ἔχωσι τὴν χαρὰν τὴν ἐμὴν πεπληρωμένην ἐν αὐτοῖς.

Reuoca in memoriam quæ modò diximus, & loci propositi sensum optimè intelliges. Dupliciter enim vbique personam repræsentat, & diuinam in seipso relucere dignitatem ostendens, & conuenientem humanitati modum non reiiciens, propter Incarnationis dispensationem. absurdum enim quodammodo esset velle ipsum negare quod propter nos sponte assumptum est. Nam cum nullius rei sit expers, sed perfectus per omnia ex Patre perfecto, exinaniuit semetipsum, non vt sibi quidpiam vtile compararet, sed vt nobis fructum inanitionis illius conciliaret. Deum igitur simul & hominem seipsum exhibens, discipulis suis intelligendum quodammodo relinquit, quòd absens & præsens non minùs facturus sit quæ ad salutem secundum Deum eis conducant, & quemadmodum seruauit eos cum adhuc in terra esset, propter humanitatem, sic etiam seruaturus sit absens, diuinitus, propter suæ substantiæ præstantiam. nec enim in loco Deus est, à nulla tamen creatura abest. implet enim cuncta, & cuncta peruadit, & extra omnia, & in omnibus est. Cum autem Patrem suum cõpellet, ac dicat, *Pater sancte, serua eos*, statim subiunxit, *in tuo nomine quod dedisti mihi*: vtpote cũ sit illa in omnibus efficax Patris virtus. Simul verò ostẽdit nõ extra naturã se eius esse, sed in ipsa & ex ipsa cũ sit, indiuulsã habere vnitatẽ, licet in sua hypostasi intelligatur. Serua enim eos, inquit, in nomine tuo quod dedisti mihi. Et rursus: *Quum essem cũ eis, ego ser-*

C

D

Διαμέμνησο πάλιν ὧν ἐλέχθη μόλις, καὶ σωφρονήσεις μάλα τὴν προκειμένην τοῦ νοῦν. διττὸν γὰρ ἡμῖν πέφυκεν ἡ ἰδίᾳ προσώπου διεσώσατο τὸ σῴζεσθαι, καὶ ὃ ἦκεν ἐπὶ ἑαυτῷ δέχεσθαι πρέπον ἀξίωμα δέχεται, ἐν ὃ πρέπον τῇ οἰκονομικῇ μίξει οὐκ ἀποβλητὸν ποιησάμενος δέχεται τὸ οἰκονομίαν. τί γὰρ ἂν πως ἄτοπον ἐξαρνήσαιτο θέλειν αὐτὸν ὃ δι' ἡμᾶς ἑκουσίως προσεληφέναι. σύνεσις γὰρ ὧν ὑπεδείκνυ, τέλεος δὲ τῷ πάντα οὐκ τελείου παρεῖναι ἑαυτὸν, ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ χρησίμου προσματευόμενος, ἀλλ' ἡμῖν αὐτοῖς τὸ οὐ τὸ κενώσεως προξενῶν ἀγαθόν. Θεὸς οὖν ἅμα τὸ αὐθέκαστον τοῦτο παρεισάγει ἑαυτὸν, οἱονεὶ ὥσπερ καταπίπτει τοῖς μαθηταῖς, ὡς ἀπὼν τε ἐν παρὼν σοφὸν ἔπειτα συνεργάσει τὰ πρὸς σωτηρίαν αὐτοῖς πλεονεκτήματα τῷ τοῦ Θεοῦ, τὸ ὥσπερ τετήρηκεν ἔτι συνὼν ἐπὶ γῆς διὰ τὸ αὐθέκαστον, οὕτω τηρήσει τὸ ἀπὼν θεϊκῶς διὰ τὸ τῆς ἰδίας οὐσίας ἐξαίρετον. τὸ γὰρ οὐ τόπῳ τὸ θεῖον, ἅπασι δὲ πανταχοῦ τῶν ὄντων σοφὸν. πληροῖ γὰρ τὰ πάντα τὸ διὰ πάντων ἐρχόμενον, ἔξω τε πάντων τὸ ἐν πᾶσιν ὄν. διαλεγόμενος δὲ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα, τὸ λέγων, πάτερ ἅγιε τήρησον αὐτοὺς, διὸ τοῦτο εἰσκεκόμικεν, ἅτε δὴ τὸ ὑπάρχουσαν, τὸ ἐφ' ἅπασιν ἐνεργὸν δύναμιν τοῦ πατρός· τὸ ἑαυτῷ δὲ δείκνυσιν ὡς οὐκ ἔξω τῆς αὐτοῦ φύσεώς ὄντα, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τε ἐξ αὐτῆς ὑπάρχον ἀδιάστατον ἔχει τὴν ἕνωσιν, καὶ ἐν ὑπάρξει πᾶσαν τὴν καθ' ἑαυτόν. τήρησον γὰρ αὐτοὺς φησὶν, ἐν τῷ ὀνόματί σου, ᾧ δέδωκάς μοι· καὶ πάλιν, ὅτε ἤμην μετ' αὐτῶν, ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνό-

μα ἡ σὺ μοι δέδωκάς μοι. αἰσθητέον οὖν τοιγαροῦν σε-
νοφῶν, ὡς εἴωθε ἤδη τετήρηκε μὲν αὐτὸς τὸ ὄνομα τὸ
τοῦ δεδόντι πατρὶ τοῦτό τε τῷ παιδὶ, τοῦτ' ἔστιν, τὸ δόξη
θεότητος· ἐχαρίσατο γὰρ αὐτῷ τὸ ὄνομα τὸ ὑπὲρ
πᾶν ὄνομα· τηρῆσαι δ' ἂν αὐτὸν βούλεται τὸ πατέ-
ρα πάλιν τὸ ὀνόματι τῷ δεδόντι αὐτῷ, ὡς οὐκ
ἐξω τῆς συνεργείας τὸ τῷ προσήκοντι κείσεται.
Διατηρήσει γὰρ ὁ πατὴρ υἱὸν τὸν πίστει τῇ εἰς αὐτὸν
γενησόμενον, ὡς δηλονότι τῆς ἰδίας ἰσχύος τὸ μονογενοῦς. σύν-
ερδος γὰρ οὐκ ἔσται τοῦτο τῷ πᾶσιν ὑπερτείνοντι, εἰ μὴ δι' αὐτοῦ.
Οὕτω μὲν οὖν εἰ τετήρηκε καὶ κατὰ σάρκα, τῇ τῆς θεότητος
ἐξουσίᾳ καὶ δόξῃ, καὶ πῶς ἔσται ἐλλειπὼς ὁ φθάσας
ἤδη τὸ δεύτερος φιλοῦς ἀξιοῦσθαι τοῖς μαθηταῖς,
πῶς δὲ διαπίπτειν ἀσφαλείας τὸ πρὸς αὐτὸν συμ-
βήσεσθαι, κἂν τοῖς διαμένουσιν ἀεὶ τὸ θεοπρεπὲς
ἐξουσίας τοῦ μονογενοῦς, καὶ τὸ ταυτότητι πεπαγμέ-
νης τῆς καὶ φύσιν εὐούσης ἰσχύος αὐτοῦ; πάντως
γὰρ ὅλως καὶ μεταβάσεως τὸ ἐφ' ἕτερόν τι τὸ ἀδικεῖν
εἰωθότων τὸ ἧττον ἀσπάζηται, ἀεὶ διαλάμπον τὸ
ἀκαταλήκτοις τοῖς εὐοδοῦσιν αὐτῷ πλεονεκτήμασι.
λελάληκα τοίνυν τὸ τῷ κόσμῳ τὰ τοιαῦτα, φησὶν,
ἵνα οἱ ἡμέτεροι μαθηταὶ τὸ ἐμὸν ἔχωσι χαρὰν πε-
πληρωμένην τὸ αὐτοῖς· πῶς δὲ, ἢ τίνα τρόπον,
ἐρεῖ τις εἰσαῦθις, ταῖς τῶν λόγων ἀσαφείαις φιλο-
νεικεῖν οὐκ ὀκνήσαντες· ἤοντο μὲν γὰρ οἱ μακάριοι
μαθηταὶ, σιωπῶντος αὐτοῖς καὶ σὺν διαπελάζοντος τοῦ
Χριστοῦ, δῆλον δὲ ὅτι καὶ σάρκα φαμὲν, πάσης
μὲν δυσκόλως ἀπαλλαχθῆναι συμφορᾶς, καὶ κιν-
δύνοις τοῖς ἐξ Ἰουδαίων εὐδιαφθάρτοις ῥᾳδίως,
ἀεὶ ἀλωτή τε διαμένειν τοῖς ἐπιβουλαῖς καὶ κακοῖς· κεχω-
ρισμένου μὲν οὖν τοῦ πρὸς τὸν λόγου χωρήσαντος, πάν-
τη μὲν ἐπίμους εὐδιαφθόρους κινδύνοις, τὸ δ' ὅπως τοῖς
ἐχάτοις ὑποπεσεῖναι κίνδυνον, ὡς σαθρὸς ὄντος
ἔτι καὶ διαφυγὼν ἐπαμείψαντος καὶ τὸ τῷ πειρασμῷ
διαφθαρῆναι ἐφοβοῦντο. διὰ ταῦτα οὖν τοιγαροῦν αἰτοῦμαι
δόξα, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὅτε τὴν ἁπαξ
ληφθεῖσαν ἀπολαμβάνει ἀθανασίαν, ὅτε μὲν
τὸ θεοπρεπὲς ἐξουσίας τὸ σωτήριον μᾶλλον
ἑαυτὸν, τοῦτο καὶ ἐκεῖνο διὰ τὸν λόγον, δεδιὼς μὴ ὡς
ἀνθρώπου λέγων τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, ἀποπλη-
σθῆναι μᾶλλον τὸ αὐτοῦ καὶ δι' αὐτοῦ τῷ παιδὶ τοῦ
θεοῦ τοῖς σεβομένοις αὐτὸν φιλεῖν τε καὶ τηρεῖν. τί δὲ
δόξα τὸ σοφὸς ἐν τοῖς ὀξυτέροις ἐκπεπυκνωμένον; ἵνα δὴ
μαθοῦσιν οἱ μακάριοι μαθηταὶ καὶ σιωπῶσιν οὐ μᾶλλα,
λεπτὸν ὑπισχνούμενοι τῷ λεγομένῳ τὸ νοῦν, ὅτι δὲ
σιωπῶν μετὰ σαρκὸς, ἃ διὰ ταύτης αὐτοῖς πρὸς σω-
τηρίαν εἰργάζετο, ἀλλ' ὁ τῆς θεότητος δόξη καὶ
δυνάμει τῇ παντουργῷ. σοφὸν οὖν δόξα φησὶν ἀδικήσειν τοὺς μαθητὰς ὁ μὴ παρὼν μετὰ σαρκὸς,

A *nabam eos in nomine tuo quod dedisti mihi.* Intelligendum est igitur, quòd cum ipse iam seruarit eos in nomine quod datum est sibi à Patre, id est in gloria deitatis: (nomen quippe datum est ei quod est super omne nomen) & Patrem ipsum rursus seruare velit in nomine quod datum est sibi, ab illis custodiendis non excludetur. Seruabit enim Pater fide sibi coniunctos, per vnigenitum, tanquam per suam virtutem. nec enim quicquam agit nisi per eum. Quare si seruauit, etiam in carne, dei-

B tatis nimirum potestate atque gloria, quomodo eius misericordia destituetur discipuli aut quomodo eius tutela orbari cõtiget cũ diuina Vnigeniti potestas perpetuò duret, & in eadem vi naturæ permaneat? Deus enim mutationis aut conuersionis in peius expers planè est, suæque naturæ prærogatiuis semper conspicuus. Loquutus sum igitur hęc in mundo, inquit, vt nostri discipuli meum habeant gaudium impletum in semetipsis. quo verò pacto, denuò dicam, nec sermonis obscuritatem tollere grauabor. Existimabant igitur beati discipuli Christo secum ver-

C sante, atque in carne degente, omni quidem se calamitate expeditum iri, & pericula sibi à Iudæis impendentia facilè vitaturus, nec persecutorum iniuriæ cessuros: separato verò, & in cælos reuerso, obiectum iri se cunctis periculis, & vltima quæque subituros, quasi nullus foret amplius qui periculis depellendis, & tentationum incursibus retundendis par esse posset. Hanc igitur ob causam, Dominus noster IESVS CHRISTVS, nec semel assumptam humanitatem abnegans, nec potestate Deo conuenienti se carere ostendens, datum quidem

D sibi esse ait, vt homini, deitatis nomen, in se tamen & per se pios cultores à Patre seruari & curari. Quid autem his verbis pro suo sapientia struebat? vt beati nimirum discipuli acrius in id animum intendentes intelligerent, tametsi in carne vnà cum iis esset, non tamen per eam quæ ad salutem conducant operari, sed in deitatis gloria & omnipotent. virtute. Nihil igitur, inquit, damni capient discipuli ex eo quòd non adsit cum car-

ne,

ne, cum diuina potestas vnigeniti seruare eos facile possit, licet minùs adesse caro cernatur. Atque hæc dimus, non quòd sanctum Christi corpus nihili faciamus: absit; sed quòd eorum quę fiebant efficacitatem deitatis gloriæ tribuere magis deceat. Sanctificabatur enim ipsum quoque Domini corpus vniti Verbi virtute: adeò verò efficax ad Eulogiam mysticam nobis redditur, vt & suam nobis sanctificationem inserere possit. Proindéque Seruator ipse cum ad Iudæos olim verba faceret, ac multa de sua carne diceret, eamque panem viuificum & verum vocaret: *Panis* enim, inquit, *quem ego dabo vobis, caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita*: illis vehementer attonitis, & quomodo terrenæ carnis natura æternæ vitæ pararia & conciliatrix foret non mediocriter dubitantibus, respondens aiebat. *Caro non prodest quicquam: Spiritus est qui viuificat. Verba quæ ego locutus sum vobis, Spiritus & vita sunt.* Nam & hic rursus nihil iuuare posse carnem ait, ad sanctificationem eorum qui suscipiunt eam, quantum ad carnis humanæ spectat naturam. Sed cum intelligatur & credatur Verbi templum, omnino sanctificationis & vitæ conciliatrix erit, quanquã nõ vtiq; propter se, sed propter vnitum Deum, qui sanctus est, ac vita. Deitatis igitur vi & efficaciæ totum tripuens, nihil ad custodiã decessurum sanctis discipulis ait ex carnis absentia. Licet enim subtrahatur forsan hominibus, non tamen à diligentibus se seruator aberit, sed vnà rursus aderit, deitatis nimirum potentiâ. *Vt ergo habeant gaudium meum impletum in seipsis, hæc locutus sum in mundo*, inquit. Quodnam ergo illud completum & perfectum est gaudium? Scire, & credere, non solum Christũ hominem esse, sicuti nos, sed præterquam quod nostri similis est, excepto solo peccato, verum quoque Deum esse. Manifestum est igitur, nec vllatenus dubium, penes eum omnino fore piorum seruandorum, quo tempore cunque velit, potestatem, tametsi in carne præsens non cernatur. In hoc enim consistit quòd perfectum nos quoque gaudium possumus habere, maximè cum proximum & præsentem semper habeamus eum, qui nos ab omni malo potest eruere.

Ioan. 6. 52.

Ibid. v. 63.

v. 14. & 15. *Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut &*

Ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, καὶ ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτούς, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς

ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου· οὐκ ἐρωτῶ ἵνα ἄρῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ πονηροῦ. A

ego non sum de mundo. non rogo vt tollas eos de mundo, sed vt serues à Malo.

Τῆς ἄνωθεν καὶ θείας παρ' ἡμῖν ἀγαθότητος χρήσιμον ἐπιδείκνυσιν ἡμῖν ἀποφαίνων τὴν δόσιν, ὡς καὶ σὺν δίκῃ καὶ πρεπωδεστάτης ἀμοιβῆς μισθαρνεῖν ὠφελῆσθαι φησὶ παρ' αὐτῶν τοὺς δι' αὐτὸν κινδυνεύοντας. μισεῖ γὰρ ὁ κόσμος ἀγαπῶν θεοῦ τοὺς θεῷ προσομιλοῦντας, καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ διωρισμένοις εἴκοντας νόμοις, καὶ λόγου ῥᾳδίνα τὸν εἰς κόσμου ποιουμένους πόθον, οἳ καὶ παρεπόντως αὐτοῦ τυγχάνειν συνεργείας τὴν παρ' αὐτοῦ καὶ χάριτος, καὶ τὴν εἰς ὃ δεῖ εἶναι δίωξιν. ἐπ' αὐτῷ γὰρ ἀνακεκλιμένοι ἐφ' ὃν ἔνεστι, καὶ θαρσήσαντες, καὶ τὰ δι' αὐτὸν ἀναλαμβάνοντες πόλεμον, καὶ πῶς οὐχὶ δικαίαν ἂν μᾶλλον ἀπολάβοιεν ἀντίδοσιν, ἀναλογίαν τοῦ προτιθέντι σκοπὸν κομίσαιντο τὴν αἰτίδοσιν; Διὰ τοῦτό φησιν ὁ σωτὴρ, ὅτι ἐγὼ δέδωκα αὐτοῖς τὸν λόγον σου, καὶ ὁ κόσμος ἐμίσησεν αὐτούς, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐκ τοῦ κόσμου, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου. προεδίξατο γάρ, φησὶν, καὶ λίαν ἀσμένως τὸν σὸν, ὦ πάτερ, δι' ἐμοῦ πρὸς αὐτοὺς γενόμενον λόγον, τοῦτ' ἔστι τὸ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, ἔξω που ζωῆς κοσμικῆς, καὶ φρονημάτων γεωδεστέρων ἀποκομίζον εὐκόλως τοὺς προσιεμένους αὐτό. Διὰ τι τοῦτο, καὶ παρὰ τοῦ κόσμου μεμίσηται, τοῦτ' ἔστι, τὰ κατὰ τὸν τοῦδε τοῦ κόσμου ἐλεεινὸν, καὶ τὸ φιληδονον ζωὴν καὶ μυσαρωτάτην ἀγαπῶντων ζωήν. ὑπὸ γὰρ ἡδεῖς τοῖς τοῦ κόσμου τὰ αἰσχίονα οἱ λόγοι, διαστρεφόντες ἀεὶ τὰ κατὰ τὸν τοῦ βίου κακὸν, καὶ βδελυρὸν ἀποφαίνοντες τὸ κοσμικὸν ζωὴν, κατηγορούντες τε τῆς ἁμαρτίας τοῦ κόσμου, καὶ πικροῖς ἐλέγχοις κατορύττοντες τοὺς οἱστρῶντας αὐτοῖς φαίνεσθαι τὸ παλαμναῖον, καὶ τοῖς ὑπερηφάνοις ἐγκαλινδουμένοις κακοῖς, καὶ πλεονεξίας μάλιστα ἁπάσης καταστρατευόμενοι, φιλοδοξίας δὲ διαπτύοντες, καὶ τὴν ἀπασῶν μητέρα τῶν κακῶν φιλοχρηματίαν παντελῶς τε καὶ ὡς πορρωτάτω ποιεῖσθαι διδάσκοντες, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀρχαίας ἀπάτης ἔξω φέρεσθαι δεῖν ἐπιπάττοντες, καὶ πρὸς τὸ τῶν ὅλων ἑνὶ θεῷ τοῖς ἀρχαίων εἴσω διαβολικῶν εἰλημμένοις. μεμίσηται τοίνυν διὰ τοῦτό φησιν ὦ πάτερ. καὶ γὰρ ὅπερ ἐστὶ τῆς ἀληθείας, ἤγειαν δόσεσιν καταγνωσμένοι. δυσαρεστέστεροί πως τοῖς εἰς κόσμου γεγένασιν, ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτοῖς τὸν σὸν δέδωκα λόγον, ὡς διὰ τοῦτο λοιπὸν ἔξω καὶ αὐτοὺς γενέσθαι τοῦ κόσμου, καθάπερ ἐγώ. φρονήματος γὰρ τοῦ γεωδεστέρου, καὶ καθαιρέσεως κοσμικῆς διώκειαν πάντελῶς ἡ εἰς Χριστὸν πολιτεία, καὶ ζωὴ, ἧς καὶ κατόπιν ἐρχόμενοι καθ' ὅσον ἐφικτὸν προελαύνομεν αὖ καὶ αὐτοὶ ὅ ἐν τοῖς ἐν κόσμῳ καταλογίζεσθαι.

Supernæ ac diuinæ bonitatis largitionem vtilissimam nobis fore ostendit, quam & iustæ ac conuenientissimæ retributionis loco propemodum iis abipso deberi ait, qui propter ipsum periclitantur. Odit enim mundus eos propter Deũ qui Deo adhærẽt, & qui mandatis eius obtemperant, ac mundi voluptates repudiant, quique proinde eius gratiam & auxilium, & in bono perseuerantiam merito consequuntur. Nam cum ei innitantur, nec bellum propter eum suscipere & pericula etiam suis viribus maiora subire detrectent, quomodo non retributionem merito reportauerint? Propterea seruator ait; *ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo.* Susceperunt enim, idque perquam libenter, inquit, tuum, ô Pater, propter me factum ad eos sermonem, id est prædicationem Euangelicam, quæ longè à vita mundana & sensibus terrenis facile credentes amouet. ideóque à mundo odio habita est, hoc est, ab iis qui quæ mundi sunt sapiunt, & voluptatibus addictam hanc ac detestandam vitam diligunt. nec enim mundanis hominibus grati sunt ac iucundi sermones sanctorum, qui huius vitæ mala perpetuò reprehendunt & mundi vitam abominabilem reddunt, peccata eius arguendo, & acerbis increpationibus ceu iaculis eos confodiendo quibus peccare ac terrẽnis in malis volutari dulce est, tum etiam aduersus impotentes cupiditates & ambitiones pugnando, omniumque malorum matrem auaritiam procul amandandam esse docendo, præcipiendoque iis qui Diabolicis retibus sunt impliciti, vt à veteri errore se expediant, atque ad vniuersi Deum redeant. Odio itaque propter hæc, inquit, habentur ô Pater: Nec enim obscœni criminis alicuius aut impietatis damnati graues exiterunt mundi hominibus, sed quia tuũ sermonem eis dedi, vt idcirco etiam ipsi extra mũdum facti sint, sicut ego. A terreno enim sensu & mundi rationibus planè dissita est conuersatio & vita Christiana, quam pro virili sequentes inter mundanos nequaquã censebimur.

Idcirco vestigiis eius insistere nos iussit A
diuinus Paulus: Tunc autem rectissimè
id faciemus, cum ea tantum sapiemus
quæ sunt supra mundum, & supra car-
nalem sensum elato animo, ad cælestia
tantum respiciemus. Seipsum verò rur-
sus in discipulorum ordine collocat, pro-
pter humanitatem, cuius etiam imi-
tatione, vt hominis ad omne virtutis
genus euehimur, sicuti modò dicebā-
mus, omnia mundi peccata præter-
uecti, alienique ab eius mali redditi, B
quemadmodum nimirum diuinus ipse
quoque Paulus nobis de seipso & Chri-
sto scribit: *Per quem mihi mundus cruci-*
fixus est, & ego mundo. Præcipit verò
Gal. 6. 14 alicubi præterea, his verbis: *Imitatores*
mei estote, sicut & ego Christi. Imitaba-
1. Cor. 4. 16. tur verò Paulus Dominū nostrū IESVM
Christū, non quatenus est opifex, & rerū
omnium dominus; (nec enim alios nobis
cælos eōdidit, aut maria, vel terram crea-
uit) sed imitabatur quodammodo, in suis
moribus ac institutis exprimens vitæ ab C
eo nobis traditæ formam admirabilem,
quatenus eam assequi licebat. quis enim
Christo par fuerit? Cum igitur seip-
sum nobis coniunxerit propter humā-
nitatem, immò, vt verè dicam, ad
hoc bonum ducem se præbuerit, nem-
pe vt per supramundanam vitam de
mundo exeamus, (supra mundum enim
est Euangelica conuersatio atque disci-
plina) ait se non esse de mundo, & nos
id porro consequi, quia diuinus eius
sermo in mentibus nostris habitauit.
Sed quemadmodum mundus me odio D
habet, inquit, sic & eos. Odit verò
Christum mundus, quatenus repugnat
eius sermonibus, & admonitiones non
admittit, propensionibus ad malum to-
to animo se dedens. Vt autē Seruatorem
nostrum Christum odit, ita etiam ipsos
discipulos odit, qui sermonē eius propter
eum annunciant, quod & Paulus facie-
bat, dicens: *Pro Christo igitur legatione*
2. Cor. 5. *fungimur, tanquam Deo reconciliante*
propter nos. Precamur pro Christo, re- E
conciliamini Deo. Quid ergo postu-
lat, postquam ostendit odio haberi
discipulos ab iis qui mundi malis sunt af-
fixi? *Non rogo*, inquit, *vt tollas eos de mūdo,*
sed vt serues eos à malo. non enim huma-
nis rebus excedere, nec vita corporea
Christus vult sanctos exolui, nondum
suæ missionis exacto cursu, nec adhuc
virtutibus pietatis conspicuos, sed

Ἀφ' ὧν τοίνυν ἴχνεσιν αὐτοῦ καθακολουθῆσαι ὁ θεοπέ-
σιος ἡμῖν διέταξε Παῦλος· ἐνδέχεται γὰρ τότε μάλι-
στα καλῶς, ὅτε μόνα φρονήσομεν ἀνωτέρω τοῦ κό-
σμου, καὶ ἄνω φερόμενοι σαρκικοῦ τοῦ οἰκείου πά-
σης νοῦ, εἰς μόνα βλέψομεν τὰ ὑπὲρ τοὺς ὑφ' ἡμῶν
ἑαυτὸν δὲ πάλιν συγκαταβιβᾷ τοῖς μαθηταῖς
ἀφ' ὧν αὐθέντην, ὃ καὶ ἐν μίμησιν ὅτου νοοῖτο
τυχὸν εἰς ἄνθρωπος πρὸς πᾶν εἶδος ἀνθρω-
πῆς, καθάπερ ἀρτίως ἐλέγομεν, ἀπασῶν μὲν τῶν
ἐν κόσμῳ ἀφεστῶτες ἁμαρτιῶν, ἀλλοτρίοι τε καὶ
ξένοι τῶν ἐν αὐτοῖς κακῶν ἀπαδεδειγμένοι. καθάπερ
οὖν ἀμφὶ τοῦ ἡμῖν ὑπισχνεῖται Παῦλος σεσύ-
ταυται, ἐν Χριστῷ, δι' οὗ ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται,
κἀγὼ τῷ κόσμῳ· τοιοῦτόν πού φησιν ἐμμενῶ καὶ
ἑτέρωθί που λέγων· μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀ-
γὼ Χριστοῦ. ἐμιμεῖτο δ' ὁ Παῦλος τὸν κύριον ἡμῶν
Ἰησοῦν τὸν Χριστόν, ὅ καθότι ὅτι δημιουργὸς καὶ
τῶν ὅλων κύριος· ὃ γὰρ τοῖς ἄλλοις γενόσιν ἑτέ-
ροις ἡμῖν ἔσεσθαι θεμιτὸς, ἀλλ' οὐδὲ θαλάττης, ἢ
γῆν αὐέδυξε ποτ' ἐμμενῶ δέ πως, ἢ ἄλλον ὅτι τὸν
ὑποδεεστέρως ἡμῖν πρὸς αὐτὸν πολιτείας τὸν ἀξι-
αγαστον τύπον, ἐν ἰδίοις διαπλάττων ἤθεσί τε καὶ ἔθε-
σιν, καθόσον ἐφικτὸν ἦν ἡμῖν· τίς γὰρ ἂν ἐν ἰσῳ
γένοιτο τῷ Χριστῷ; ἡμῖν δὴ συνδρομῶ ἑαυτὸν παρα-
δίδωσι δι' ὃ αὐθέντην, μᾶλλον δ' ὅπερ ἐστὶν
ἀγαθὸς, ὡς καὶ εἰς τοῦτο κατάρξας ἡμῖν τὸ ἀγαθὸν, τὸ
ἐκβαίνειν φημὶ τοῦ κόσμου, ἀφ' τοῦ ὑπερκοσμίου
ζωῆς· ἄνω γὰρ κόσμου ἡ διαληπτικὴ πολιτεία καὶ
παράδοσις· οὐκ εἰδ' φησὶν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ κόσμου καὶ
ἡμεῖς δ' τούτου τυγχάνειν, ἐπεὶπερ ὁ θεὸς αὐτοῦ κατῴ-
κησε λόγος ἐν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς· ἀλλ' ὥσπερ
ὁ κόσμος, ἐμὲ μισῶ, φησὶν, ὅτι καὶ αὐτούς. μισῶ δὲ
ὁ κόσμος τὸν Χριστὸν, καθὸ τοῖς περὶ αὐτοῦ δογμα-
τικοῖς λόγοις, καὶ ἀνεπίδεκτον ποιεῖται τοῦ πάσχειν
ἀνθρώποις, τοῖς εἰς φανερότητα ῥοπαῖς ὅλον ὑπεδεὶς τὸ
ἴδιον φρόνημα. καὶ μίμησιν δὴ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν
Χριστοῦ, καὶ αὐτοὺς δηλονότι μεμίσηκε τοὺς μα-
θητὰς, τοὺς περὶ αὐτοῦ δι' αὐτὸν προσδιδόντας λόγον,
ὅπερ ἐποίει καὶ Παῦλος λέγων. ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν
πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος, δι'
ἡμῶν. δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ
Θεῷ. τίς οὖν ἡ αἴτησις, μὴ τὴν ἀπόδοξιν ἣν μεμί-
σηκας τοῖς μαθηταῖς παρὰ τοῖς κοσμικοῖς πε-
σλωθέντων κακοῖς; οὐκ ἐρωτῶ, φησὶν, ἵνα ἄρῃς
αὐτοὺς ἐκ τοῦ κόσμου, ἀλλ' ἵνα τηρήσῃς αὐτοὺς ἐκ τοῦ
πονηροῦ. ὃ γὰρ τῶν αὐθεντῶν ἀπαλλάττεσθαι
προγμάτων, οὐδὲ τῆς ἐν σώματι ζωῆς ἀπαλλάττεσθαι τοὺς ἁγίους ἐβούλετο Χριστὸς πρὸ τῆς
ἐθνείας ἀποστολῆς τὸν δρόμον τελέσαντας, ἢ ταῖς κατ' βύσεις ἀφετηρίοις ἀρετάς, ἀλλὰ

τοῖς δὲ κόσμῳ συμβιοτεύσαντας καὶ εἰς διαφέσει τοῦ Θεοῦ πολιτεύειν τοὺς ὁσίους αὐτοῦ πεδηγήσαντας, μετὰ λαμπρῶν τότε τῶν κατορθωμάτων πρὸς τὴν ἄνω φέρεσθαι πόλιν, καὶ τῆς τῶν ἁγίων ἀγγέλων συναυλίζεσθαι χορείας. διῤῥήσεται γοῦν τῶν ἁγίων τινὰ τοιαῦτα τὸν φιλαρέτου Θεὸν ὑμνοῦντα· μὴ ἀπαγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου. ὑ γὰρ ἀζήμιον τοῖς φιλοθέοις ψυχαῖς, πρὸ τελειώσεως ὥσπερ * τῆς κατ' ἐξαίρετον πολιτείαν ζωῆς ἀποπίπτειν τὸν μὴ χρεών. διὸ τοῦτο καὶ ὁ νόμος ὁ διὰ Μωσέως ὡς ἐν ὀργῇ τινος τοῖς ἔξω καὶ ἡμιμοίρως τοῖς φιλανθρώποις ἀπορρίπτεσθαι τὸν μὴ χρεών διδάσκων τὸν ἀεὶ καιρὸν ἐν καθόκοντι θανάτου, ἐπιφωνῶν πολλάκις, ἔξω δὸς ἑαυτὸν καιροῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνῃς ἐν ὑ καιρῷ σου. ἄλλως τε ὃ τὴν καθ' ἡμᾶς ἀποδημίαν πρὸς μὴ τοὺς ἁγίους ἐθέλειν, ὑ μετρίαν ἔμβλαβε βλάπτειν ζημίαν τοῖς ἀσθενεστέροις τὴν πίστιν· μᾶλλον ὃ ὅλως παιδαγωγηθῆναι εἰς διόρθωσιν, τοὺς τοῦτο δρᾶν δυναμένους οὐκ ἔχοντας. ἐν τούτῳ εἰδὼς ὁ Παῦλος, φησί, κρεῖττον γὰρ διαλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι. τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. προγινώσας οὖν ἀεὶ τὰ τῶν ἀμωμήτων σωτηρίας ὁ κύριος, ὑ δίχα φωτήρων καὶ ἀλῶν, ἐᾶν τὸν κόσμον δεῖν καταλιμπάνεσθαι λέγει, ἀλλὰ τηρεῖσθαι μᾶλλον τοὺς ἁγίους ἐρωτᾷ, καὶ ὑ ποτὲ μὲν δυστροπίας ἔξω μένοντας ἀεί, καὶ τῶν πειρασμῶν τὰ ἐφοδεύειν ἀπεκβιάσας, δυναμένοις τῶν πάντα ἰσχύοντος παθεῖν. σημειωτέον δὲ πάλιν, ὅτι τὰ ἴδια καὶ πρὸ αὐτοῦ γεγενῆσθαι λόγον, φανερὸν ὃ τὰ διαλυτικὸν, ὑ Θεοῦ καὶ πατρὸς εἶναι φησιν, ὑχ ἕτερον αὐτὸν παρὰ τὰ πατέρα δηλονότι ἀλλ' ἓν καὶ ὁμοούσιον. διῤῥήσεται γὰρ τὸ τῆς διαλυτικῆς συγγράμμασιν, ἀποτεθηπότας αὐτὸν τοὺς τῶν Ἰουδαίων λαοὺς, ἐπεὶ ὡς αὐτοὺς ἐδίδασκεν, ὡς ἐξουσίαν ἔχων καὶ ὑχ ὡς οἱ γραμματεῖς αὐτῶν· οἱ μὲν γὰρ αὖ τὰ κείμενα τοῦ τῶν νόμου δόκιμοι παρεισφέρουν, τοῖς πρὸς αὐτοὺς διαλεγόμενοι τοιοῦτος ἐφαίνοντο· ὁ δὲ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ὑχὶ δὲ πάντως τοῖς ὑπὸ σκιὰν καὶ γράμμασι καθυπολυθήσας τύποις, ἀλλ' ὡς ἐξουσίαν ἐπιφερόμενος τὸ οἰκεῖον καθάπερ γράμματος λόγον, ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, καὶ μοιχεύσεις φησὶν· ἐγὼ ὃ λέγω ὑμῖν, ὡς ὁ ἐπιθυμήσας κρίνει τὸ νόμου διαφθείροντος τοῖς θείοις λογίοις, ὡς ἐπ' αὐτοῦ οὐκ ἔστι παρεισδῦναι καὶ ἀπ' αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν· ἀλλ' ὑφελέ τι καὶ παρεστήσατο ὁ Χριστὸς μεταβιβάσας τὰ ὡς τύπους εἰς ἀλήθειαν. σύκοινῶν οὖν ὡς τοῖς ὑπὸ νόμον, τοῦτ' ἔστι, οὐκ ὡς ποιήμασι λογικοῖς, ᾧ γὰρ αὐτῷ τὸ δούλοις πεφύκασι φυσικῶς, τούτῳ δὴ παρεστὼς τοῦ πάντων αὖ, καὶ τὸ

A postquam vitam vnà cum mundanis egerint, eosque ad conuersationem Deo placentem deduxerint, tunc cum præclaris operibus in supernam ferri ciuitatem, & cum sanctorum Angelorum versari choris. Inueniemus igitur sanctorum aliquem ad virtutis amantem Deum canentem, *Ne reuoces me in dimidio dierum meorum.* nec enim periculo vacat pias animas antequam eximio viuendi instituto perficiantur, vitâ corporis excedere. Ideóque Lex Mosaica loco iræ ac supplicij præmaturam mortem peccatoribus inferri docens, sæpius inclamabat, *A malis abstinendum ne morianis in tempore non tuo.* Alioquin sanctos velle ex humanis rebus excedere, non mediocre damnum infirmioribus in fide allaturum esset, immo verò ne ad pietatem quidem instituerentur, cum non haberent qui id facere possent. Quod cum nosset Paulus, aiebat; *Melius est dissolui, & esse cum Christo: permanere autem in carne, necessarium propter vos.* Prouidens itaque Dominus eorum saluti qui nondum initiati erant, non absque luminaribus mundi homines ait esse relinquendos, sed sanctos seruari rogat à peruersitate Mali semper immunes, & tentationum incursibus, cunctipotentis virtute Patris. Obseruandum autem est rursus, cum dicere, suum sermonem, id est Euangelicum, Dei ac Patris esse, ostendendo non alium esse ipsum à Patre, propter identitatem substantiæ. Inueniemus enim in scriptis Euangelicis eius admiratione attonitos Iudæorum populos, quòd eos doceret, tanquam potestatem habens, & non sicuti Scribæ solebant. Hi enim legis placita præ se ferebant: Dominus autem noster IESVS Christus, Scripturæ vmbras ac figuras minimè secutus, sed in diuina potestate suum sermonem illustrans, *Dictum est antiquis. Non mœchaberis*, inquit: *Ego autem dico vobis, Non concupiscas.* quamuis de suis oraculis Lex statuerit iis nec addi fas esse, nec detrahi: addidit tamen & detraxit Christus, mutatis in veritatem figuris. Quapropter non inter Legis subditos, id est non in creaturarum numero censebitur. nam qui naturâ suâ seruus est, ei vtique vt subditus sit Le-

B

C

D

Phil. 1. 23

Matt. 5. 27.

gi conuenit. Patris igitur sermonem Christus fecit suum. Ipse enim est in Patre & ex Patre Verbum, diuinitatis annuncians voluntatem, Diuinitatis inquam veræ oc vnius, quæ in patre, & Filio, & Spiritu sancto intelligitur.

δῆν ἐποιήσατο λόγον. ἴδιον οὖν ἄρα λόγον τὸν τῦ πατρὸς ἐποιήσατο Χριστός. αὐτὸς γὰρ ὢν ὁ ἐκ πατρός τε καὶ ἐξ αὐτῦ λόγος, τὴν τῆς θεότητος θελημάτων ἐξαγγελικός· θεότητος δὲ φημὶ τῆς ἀληθοῦς καὶ μόνης, ἣ ἐκ πατρός τε ἔφυ καὶ ἁγίῳ πνεύματι.

V.16.& 17. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. Pater sancte, serua eos in veritate. *Sermo tuus veritas est.*

Ἐκ τῦ κόσμου οὐκ εἰσὶ, καθὼς ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τῦ κόσμου. πάτερ ἅγιε τήρησον αὐτοὺς ἐν ἀληθείᾳ. ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστιν.

Ostendit rursus his verbis palamque fecit pro quibusnam Deum ac Patrem roget, & pro quibus id fieri magis deceat, intelligatur sicuti nos mediator & Pontifex, & aduocatus, iuxta Scripturam diuinam, vt siquando labi contingat, & à recto deerrare, aut etiam insperatis quandoque tentationibus concuti, siue Diabolicæ fraudis tempestate iactari, Patrem adeat pro nobis, vt mediator, & vnà cum suo genitore dignis bona largiatur. id enim ei conuenit, Deo secundum naturam existenti. Habent igitur, inquit, qui tuum, ô Pater, sermonem susceperunt, refulgentem in seipsis imaginem, & conformes facti sunt tuo legitimo Filio, ad eius imitationem mundanæ nequitiæ fluctus enauigantes, & ab omni studio voluptatis ac turpitudinis immunes redditi. Idcirco serua eos in veritate tua. naturalis enim est in Christo & omni oratione maior puritas. Deus enim est verus, qui peccato obnoxius esse nequit, cum virtutis omnis sit fons, & eius quæ sanctificatione constat sanctitatis. nihil aliud enim facit diuina & vniuersi regina natura, nisi quod ei conueniat reuera, & inesse intelligatur. In sanctis verò discipulis, siue omnibus qui credunt in ipsum, non aliter puritas inest, aut ab huius mundi malis immunes fiunt, quàm per supernam misericordiam & gratiam quæ priorum peccatorum sordes, ac præteritæ vitæ crimina expellit, & sanctæ vitæ claritatem inducit, quæ tamen in eodem statu non facile perseuerat. sapientissimè quippe mihi Paulus dixisse videtur, *Quare qui sibi stare videtur, videat ne cadat.* Res enim nostræ perpetuo fluctu agitantur variisq; modis concutiuntur, Malo nos iugiter

Ὑπέδειξε πάλιν ἐν τούτοις ἢ κατέχησιν ἐναργὲς ὑπὲρ τίνων μυεῖσθαι χρὴ πρὸς Θεὸν ἢ πατέρα δηλονότι, ἢ ὑπὲρ ὧν μᾶλλον ἥρμοττε παρεπιδημεῖν, ὅταν μὲν ἐπὶ νοήμασι καθ' ἡμᾶς μεσίτης τε ἢ ἀρχιερεὺς, καὶ παράκλητος ἢ τὰ ἅγια γραφαὶ, ἵν' εἴπου τε καὶ διαπταίσαι συμβαίνοι, ἢ ἀμπτῶτι τῷ καθήκοντος, λογισμοῦ τε καὶ πραγμάτος, ἢ ἐκ ἀδοκήτοις ἔοικε ὅτε καταπονεῖσθαι πειρασμοῖς, ἤγουν ἀφορολιχῆς κακουργίαις ἐπορχήματίζεσθαι, πρὸς σίου τε ὑπὲρ ἡμῶν, καλόν γε ὂν πρέπον τῇ μεσιτείᾳ χρῆμα, ἢ συζυγικῇ τῷ ἰδίῳ γηνήσει τοῖς ἀξίοις τὰ ἀγαθά. πρέποι γὰρ ἂν ἐκ τῦτο αὖπαλ, Θεῷ καὶ φύσιν ὑπαρχοντι. ἔχουσι τοίνυν, φησὶν, οἱ τὸ σὸν ὦ πάτερ δι' ἐμοῦ δεξάμενοι λόγον τὸ ἐμῷ ὁμοίωμα ἑαυτοῖς ἀφηλάμποντα εἰκόνα, σύμμορφοί τε τῷ σῷ γνησίῳ γεγόνασιν υἱῷ, καὶ μίμησιν τὸ αὐτοῦ τὸ κοσμικῆς φαυλότητος τὸ κλύδωνα παρανήχοντες, ἀλλότριοί τε ἐκ ξένοι τὸ ἐκ τῷδε τῷ βίῳ φιληδονίας τε καὶ ἀκάθαρσίας ἀφηρέτησαν δῶα δεδεγμένοι. ἀφ' ὧν τῦτο τήρησον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ τῇ σῇ· φυσικὴ μὲν γὰρ ἐν Χριστῷ, ἢ ἐν αὐτῷ λόγον ἔχει καθαρότης. Θεὸς γὰρ ὄντως ἀληθινὸς, ἁμαρτίᾳ μὲν ἀνυπόπτωτος ὢν εἰδὼς, ἢ ἐξ αἰσχρόμιλος, πηγὴ ὢν μᾶλλον ἀρχὴ πάσης ἀρετῆς ἁπάσης, ἐκ τὸ ἁγιασμῷ κοινωνίᾳ λαμπρότητος. ὁρᾷν γὰρ αὖ ἕτερον οὐδὲν ἡ θεῖα τε ἐκ τὸ ὅλων κρατῦσα φύσις, εἰμὴ ὅσῳ αὖ κὐτῇ πρέποι τε καὶ ἀληθὲς ἐκ νοεῖσθαι πρεσβύ. ἐν δὲ τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς, ἤγουν ἅπασι τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν, ἀχ ἑτέρως ἐνυπάρξει ὁ καθαρὸν, ἤγουν ὁ μηκέτι τοῖς κοσμικοῖς διαφύρεσθαι κακοῖς, εἰ μὴ ἀφ' ὧν αὖθις ἀμνησικακίας τε καὶ χάριτος, ἐκ πολὺ μᾶλλον ἁγίοις τὸ ἤδη πρεπεπλασμένοις τὸν μολυσμὸν, ἐκ τὸ παλιδύσμιτος βίου τὰ εἰς κλήματα, εἰσκομιζόντος ἢ μᾶλλον ἐν ἁγιασμῷ ζωῆς τὸ λαμπρότητα, πλὴν οὐκ ἀπαλοιπότερον ἐχούσης τὸ ἐμφυτότητι ἀγαθῷ. Σφάπτα γάρ μοι φαίνεται καὶ ὁ Παῦλος εἰπὼν, ὥστε ὁ δοκῶν ἑστάναι βλεπέτω μὴ πέσῃ. ἀεὶ γὰρ ἐν σάλῳ τὰ ἡμέτερα ἢ ποικίλως δονῆται τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀκλο-

λήπτως τ πονηρ ὸ πειράζοντος, ὡς ὑπὸ δρυὸς τὸ
ἀφ' ἑαυτ ὸ πάντος, καὶ δυσκατόπτοις κακουργίαις βύ-
ῥήμασι καθαπλῶ ἐθέλοντος, εἴ πως αὐ δυνατὸν ἦν,
καὶ τοὺς ἤδη κεκαθαρμένους. τὰ γὰρ βρώματα αὐτ ὸ
ἐκλεκτά, κ τ ὸν τοῦ πνεύματος φωνὴν ἐπιμάρτυ-
ρήσας τοίνυν τοῖς ἑαυ ὸν μαθηταῖς τὸν ἔξω κόσμου
ζωλῶ, καὶ τ ὑσιώδους ἑαυ ὸν καθαρότητος τ κ μί-
μησιν συμμορφίαν, τηρηθῆναι λοιπὸν καὶ τοῦ
παιδὸς ἐρωτᾷ, μονονυχὶ λέγων, ὦ πάτερ ἅγιε πά-
τερ, εἰ μὴ ἦσαν ἐν κόσμῳ, τοῦτ' ἔστιν, εἰ τ ἐν
παιδὶ τῷ κόσμῳ τετιμημένον διέζων βίον,
εἰ ταῖς ὑπηγείοις καὶ τοσοῦτοις ἡδοναῖς τ οἰ-
κεῖον ἐγκαθαπτόμενοι νοῦν, τὸν ἀκαλλεφάν-
τιν τῆς πονηρ ὸ κατέγραφον ὥσπερ ἰδέαν ἐν ἑ-
αυτοῖς, οὐκ ἂν ἐπιφὺν πειράζοι ἐκεῖνος, ἀλλ'
ὑφ' αὐ ὸν τοῖς ἰδίοις αὐτὸς ὀξωπλίσθη τέκνοις, τῆς
ἐνούσης αὐτ ὸ φαυλότητος ἐν αὐτοῖς ἔχων τ μίμη-
σιν· ὅθεν γ καθ' ὁμοιότητα καὶ αὐτὸν τ ἐμὸν, τ ἐν
παιδὶ τῷ κόσμῳ διαγλύπτοντες ἀπάτην, ἔξωθεν κό-
σμου γεγόνασι, κ ὃν τ ἐμῆς ἀσυγκρίτου φαιδρό-
τητος διαφανέσαν χρῆμα λοιπὸν ἐν οἰκείοις αἱμα-
μάτοντας ἕπεσθαι, ἐφεδρόν τε διὰ τοῦτο καὶ πολε-
μιώτατον ἔχειν, τ αἰεὶ τοῖς ἁγίοις ὀπτεύοντα
ἐπιτομαῖς, διαπτρᾶξαι λοιπὸν ἀμαλχίως βάλλομεν·
διαπτρᾶξαι δὲ πῶς ἂν δίκα τ ἀληθείας τ σῆς, τοῦτ'
ἔστιν ἐμοῦ. εἰμὶ γὰρ ἐγὼ κ φύσιν ἀλήθεια σὴ, ὦ πά-
τερ, ὁ ὑσιώδης τε καὶ ζῶν κ σύντροφος λόγος. κ
τοῦτό μὲν λέγειν οἷόν τε ἂν ἀσύντοπτον αὐτόν.
βλέπει γὰρ ὅπως διὰ πάντων, ὡς εἶπος εἰπεῖν, τὴν
αὐτ ὸν λόγον τὴν τ παιδὸς σωτηρίαν, τὴν καθ' ἡμᾶς
νοουμένην, ὃ οἰκεῖον πρᾶγμα δύσας τοσοῦτον, σωμ-
σάμενος πάντως, ἐκεῖνό που ἂν ἔχοι παιδαγωγικὴν ἀξί-
ωσις, ὅτι πάντα δι' αὐτ ὸν ἐγένετο καὶ χωρὶς αὐτ ὸν ἐγέ-
νετο οὐδὲ ἕν. τὸ μὲν οὖν τοῖς ὀπίσω βραχὺ τηρῆσαι
τοὺς μαθητὰς τοῦ τ ἰδίου γνησίους τοὺς ὁμοίως τ
πρὸς κλῆσι, τὸν δοθῆναι αὐτοῖς ἐν δίκαις τούτοις, ἐν τῇ
ἀληθείᾳ τ παιδὸς, τὸν ὑπὲρ αὐτῶν αἴτησιν πλη-
ροῦσθαι βάλλειν. τί οὖν ἄρα καὶ τοῦτό ἐστιν, ἢ τί ὃ
ποικίλον τ λόγων βάλλειν; ὑμίαν ὅσον ὀπτεύ-
σαντ τ τοῦ παιδὸς ἐνέργειαν δι' αὐτ τελουμέ-
νην ὅτι τῇ τ ἁγίων φθορᾷ; ἐν μὲν γὰρ ἐκείνοις, ἐν
ὁμοίᾳ τ παιδὸς χρῆσαι λέγειν τηρεῖσθαι τοὺς μα-
θητάς, οἱονεὶ ὃ ἐν δόξῃ καὶ δυνάμει θεότητος, τῆς
ἧς κατ' ἐθέλοντος ἔξω γενέσθαι χρεὼν, τοῖς ἅμα
Θεὸν κινδυνεύουσιν ὑπαρξαι φησὶν, ὁποῖόν τι
καὶ γέγονεν ἐπ' αὐτοῖς, κ ὃ σιωπώμενον, ὃ καὶ τοῖς
ἑαυ ὸν μαθηταῖς ἐκκαλύπτων, κ καιρὸν, εἶπε-
κεν ὁ Χριστός· Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι, ὡς τ σῖτον· ἐγὼ δ

A tentante, insidiasque assiduè struente, & obscuris scelerum artibus inquinare volente, si possit, etiam purgatos. *Esca enim eius electa*, iuxta Prophetæ vocem. Cum ergo testatus sit discipulos suos alienam à mundo vitam agere, & essentialis suæ puritatis imitando conformitatem expressisse, seruari demum eos, idque à Patre petit, tantumnon dicens: O sanctissime Pater, si essent in mundo, id est si vitam quam hic mundus in pretio habet viuerent, si terrenis ac temporariis voluptatibus mentem suam immergentes impurissimam in seipsis quodammodo Mali formam depingerent, minùs ille forsan tentationibus suis ingrueret, nec in liberos suos armaretur, quippe qui suæ nequitiæ formam in iis expressam haberet: Cum autem exemplo meo mundi huius impostoras ridentes alieni à mundo facti sunt, & incomparabilis mei splēdoris clarissimam speciem in suis moribus exprimunt, sibique infensissimum hostem & insidiatorem ducunt, qui perpetuò sanctis infrendet, Satanam, seruari demum eos velim. Seruari autem nequeunt sine veritate tua, id est sine me. Sum enim ego secundum naturam veritas tua, ô Pater, subsantiale nimirum ac viuens & hypostaticum Verbum. Atque hæc ab eo quidem dici suspicandum est. Animaduerte verò, vt in omnibus suis sermonibus, vbi aliquam Patri attribuit operationem, suæ quoque personæ simul mentionem faciat, verum vtique ostendendo illud, *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Igitur paulo ante rogabat seruari suos discipulos in nomine quod datum est: hic ei verò in veritate Patris, petitionem impleri vult pro ipsis. Quid ergo varietas illa sermonum sibi vult, nisi vt ostendat vnam esse à Patre per ipsum in conseruandis sanctis operationem? Ibi enim in nomine Patris seruari oportere inquiens suos discipulos, in gloria & virtute deitatis liberari ex Diaboli manu eos dicit qui propter Deum pericula subeunt. cuiusmodi etiam factum est in ipsis, tametsi reticetur, quod suis discipulis olim Christus reuelans, dixit: *Simon, Simon, Ecce Satanas expetiit vos, vt cibraret sicut triticum: ego autem roga-* Luc. 22. 31.

rogani pro te vt non deficiat fides tua. nam pleraque eorum quæ ad nos pertinent occultè dispensantur prouidente nimirum, & vniuscuiusque vitam protegente Christo. Cum autem hîc dicat, *Serua eos in veritate*, clarè significat illustratione veritatis eos ad comprehensionem deduci veritatis. nec enim absque illuminatione spiritali ad agnitionem venire licet veritatis, nec diuinorum dogmatum exactam comprehensionem assequi facultatis est humanæ. nostram quippe mentem excedunt quæ diuinis literis continentur mysteria, exiguum verò munus non est, vel mediocrem Christi cognitionem assequi: quippe beatus ille Petrus, Dominum confessus Filium verè Dei viuentis, iure audiit: *Beatus es Simon, Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est.* Reuelat enim sanctis suum Filium, qui cum sit veritas, non sinit Satanam in adulterinum sensum fidelium mentem abducere, cui cum olim Hymenæus & Alexander adhæsissent, repudiato veritatis sermone, naufragium circa fidem passi sunt. Magnum igitur est ad rectè agendum & sentiendum, in Dei nomine ac veritate seruari à Patre, vt nec ab agendi splendore excidamus, nec in insciti am delapsi à veræ pietatis dogmatis procul amandemur. Quod quidem nobis ipsis facile continget, cum extra mundum esse videbimur, ita tamen vt nos in mundo natos non inficiemur (Ex limo enim, & ex terra formati omnes sumus, vt scriptum est) sed operum qualitate à mundanorum vita differamus. Nam qui conformitatem cum Christo appetunt, ambulantes in terra conuersantur in cælo. Obseruandum autem est rursus, vtiliter hic Patrem vocare sanctum, tantumnõ eum admonens, quòd cum sanctus sit, sanctis oblectatur. Sanctum autem est quodcunque cernitur à mundi sordibus immune, quod quidem est in Christo naturaliter sicut in Patre: ascititium verò & aduentitium in sanctis discipulis, sanctificatione nimirum per gratiam, & splendore atque probitate vitæ. Sic enim ad imaginem diuinam & supramundanam conformari licet.

A ἐδεήθην σοῦ, ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου. λελησθότως γὰρ οἰκονομεῖται τὰ καθ' ἡμᾶς τὰ πολλά, προνοοῦντος ἀληθοῦς, καὶ ὑποφαπτίζοντος τῷ Χριστοῦ τὸ ἐκάστου ζωῆς. σαφῶς δ' ἂν λέγων, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ, καθαιρομένη σαφῶς ὅδ' ἐλλάμψεως τὸ ἀληθείας, εἰς τὸ τῆς ἀληθείας χωρεῖν γνῶσθαι καλύπτει. οὐδὲ γὰρ αὐ δίχα τοῦ θείου πνεύματος φωτισμοῦ πρὸς ὑπόληψιν τῆς ἀληθείας ἰσῖναι θεῖς, οὐδ' αὖ ὅλως ἀκριβῶς τῶν θείων δόγματος ἐκπορίσαιτ' ἂν ἑαυτῷ τὴν κατάληψιν, κατὰ γε τὸ ἀνθρώπινον φαμὲν ἐφικτόν. ὑπερβαίνει γὰρ νοῦν τὰ ἐν τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ μυστήρια, πολλοῦ ὄντα ἀκλεᾶ τὰ δῶρα, τὸ κἂν μετρίαν φαμὲν ἀληθείᾳ τῇ γνώσει τῇ περὶ Χριστοῦ. πάνυ γοῦν B ὁ μακάριος, υἱὸν ἀληθῶς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος ὁμολογήσας τὸν κύριον, ἤκουσεν εἰκότως· μακάριος εἶ Σίμων Βαρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ, καὶ αἷμα σοι οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἀποκαλύπτει γὰρ τοῖς ἁγίοις τὸν ἴδιον υἱόν, ὅς ἐστιν ἀλήθεια, οὐδὲ πέπεισεν οὐκ ἐᾷ τὸν Σατανᾶν πρὸς κίβδηλον γνῶσιν τῶν πιστευόντων τὸν νοῦν, ᾧ προσεκλυσθέντες καὶ Ὑμέναιος καὶ Ἀλέξανδρος, C ἐναυάγησαν περὶ τὴν πίστιν, τὸν ὀρθὸν τῆς ἀληθείας ἀπωσάμενοι λόγον. μέγα τοίνυν εἰς τὸ διαμεῖναι καλῶς καὶ ἐν ὀρθότητι λογισμῶν καὶ πράξεων, τὸ ἐν ὀνόματι Θεοῦ, καὶ ἐν ἀληθείᾳ τηρεῖσθαι παρὰ πατρός, ἵνα μήτε περὶ τὸ τῆς προσηκούσης φαιδρότητα ἀφανιζώμεθα, μήτε μὴν ταῖς εἰς ἁμαρτίαν παρεκβάσεσι, πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας ἀκοσμίας δόγματος ἐξοικειώμεθά ποτε μακρόν. τοῦτο δ' ἂν καὶ ἡμῖν ὑπαρξειεν ῥᾳδίως, ὅταν ἔξω τοῦ κόσμου γενόμενοι φαινώμεθα, οὐκ ἀρνούμενοι τὸ ἐν κόσμῳ εἶναι· οὐκ ἐπιλοῦ γὰρ οἱ πόντοι, καὶ οὐκ γῆς διυπτίσμεθα, καὶ τὸ γεγραμμένον· τῇ γὰρ τῶν ἔργων ποιότητι, τὸ πρὸς τὸν κόσμον ζωῆς προσλαπάττοντες. D ὡς ἐπαποῦντες γὰρ ὅτι γῆς τὸ ἐν σαρκὶ πολιτεύονται, καὶ τὸ Χριστῷ συμμορφίας οἱ ἔργασαι. σημειωτέον δὲ πάλιν, ὅτι δὴ σφόδρα χρησίμως ἅγιον τὸν Πατέρα ἀποκαλεῖ τὸν πατέρα, μετονομάζει δὲ ὑποτιμήσεσθαι αὐτὸν, ὅτι καὶ ἅγιος ὤν, τοῖς ἁγίοις ἐφήδεται. ἅγιον δὲ πῶς ἂν φαίνοιτο τὸ ἐν κόσμῳ κηλῖδος ἀπηλλαγμένον, ὅταν ᾖ φυσικῶς μὲν τὸ Χριστῷ, καθ' ὁμοιότητα δὲ παίδων, εἰσποιητὸν δὲ καὶ εἰσηκειωμένον τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς, ἀφ' οὗ τοῦ καθαρμοῦ, καὶ τὸ βίῳ φαιδρότητος καὶ ὁσιότητος· πλάττοιτο γὰρ ἂν πρὸς εἰκόνα τὸ ἄνω τῷ θείᾳ, καὶ ἁγιάσμου.

A

ΚΕΦΑΛ. ι'.

Οὐ σὺν ἐκ μετοχῆς τῆς πρὸς ἕτερον ἅγιός ἐστιν ὁ Χριστὸς, οὐδὲ ξένος τῆς οὐσίας αὐτοῦ ὁ ἁγιασμὸς.

Καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον, καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτὸν, ἵνα ὦσι καὶ αὐτοὶ ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ.

CAPVT X.

Quòd Christus sanctus non sit participatione cum alio, & quod ab eius essentia aliena non sit & sanctificatio per spiritum.

v. 18. & 19. *Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate.*

B

Ἅγιον ὁμολογήσας μάλιστα νῦν τὸν πατέρα, δεῆσιν ποιεῖται τοῖς μαθηταῖς ἐρωτήσας, ἐν ἀληθείᾳ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν τῷ ἰδίῳ πνεύματι· τὸ γὰρ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια, κατὰ τὴν Ἰωάννου φωνὴν, ἐπεὶ καὶ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἐστὶν, αὐτὸ διαλογούμενος τοῖς μαθηταῖς ἀποστολικὰς φησὶν αὐτοὺς ἐν τῷ κόσμῳ κατὰ μίμησιν τῆς οἰκείας ἀποστολῆς· ἀπόστολος γὰρ καὶ ἀρχιερεὺς τῆς ὁμολογίας ἡμῶν γέγονεν Ἰησοῦς, κατὰ τὴν Παύλου φωνὴν, κατά γε τὸ πρέπον τῇ ἀνθρωπότητι χρῆμα καὶ τῆς τοῦ κενώσεως τρόπου· προεχειρίσατο δὲ ἅπαξ εἰς τοὺς μαθητὰς, δεῖσθαι δὲ πάντως τοῦ ἁγιάζεσθαι φησι πρὸς τοῦ ἁγίου πατρὸς, οἰκοδεσπότου δίκην αὐτοῖς διαλογούμενος δι' υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ γὰρ τοι καὶ δηλοῦται, οὐκ ἀνεῖς τὸν φαιδρότητος ἀφίκοντό ποτε τὸν σωτῆρος οἱ μαθηταὶ, ὡς ὅλης ἡλιακῆς εἶχον λαμπόμενοι φωστῆρες, ἀλλ' ἀσθενὲς ἀνέτειλον πρὸς τὰ ὄντα τὸν πιεραζόντων, ἤτοι τὸν διαβόλου δυσσήπτοις βλάβαις, τῇ τοῦ πνεύματος μετουσίᾳ μὴ διαφερόμενοι τὸν νοῦν, καὶ εἰς ἀσυνήθη τινὰ καὶ τὸν ὑπερφυᾶ δεσπότου σύνταξιν, δι' αὐτὸ δυναμούμενοι, καὶ εἰς γνῶσιν ἀκεραιοφανῆ τοῦ θεοπνεύστου γραφῆς, καὶ τὸν ἱερᾶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, διὰ τὸ πνεύματος διὰ δουχίας διϊδρωτὶ πορευόμενοι. ἐν γοῦν ὁ σωτὴρ σωαλιζόμενός τε αὐτοῖς, καὶ τὸν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, καθάπερ γέγραπται, καὶ τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τὸν οἰκουμένην, τὸν διὰ πίστεως χαίρειν κηρύξαι προστάξας πρῆγλεν, ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, προειπὼν τὴν ἐπαγγελίαν ὧν ἤκουσαν καὶ διὰ φωνῆς τὸν ἁγίων προφητῶν. ἔσται γὰρ τὸ τοῖς ἡμέραις ἐκείναις λέγει κύριος, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα. καὶ αὐτὸς δὲ σαφῶς ὁ σωτὴρ τοῖς τοῦ πνεύματος προέχουσιν ἤδη ἐπ' αὐτοὺς καταπεμπόμενον, λέγων· ἔτι πολλὰ ἔχω ὑμῖν λέγειν, ἀλλ' οὐ δύνασθε βαστάζειν ἄρτι, ὅταν δὲ ἔλθῃ ἐκεῖνος τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς τὴν ἀλήθειαν πᾶσαν. καὶ πάλιν· καὶ ἐγὼ ἐρω-

POstquam paulo ante Patrem sanctum nominauit, & seruari discipulos rogauit in veritate, id est in suo spiritu, (Spiritus enim est veritas, iuxta Ioannis vocem, quandoquidem & Spiritus veritatis est, ipsius nimirum vnigeniti) mississe ait eos in mundum imitatione suæ missionis. Apostolus enim, & Pontifex confessionis nostræ IESVS C factus est, vt ait Paulus, secundum formam humanitati conuenientem, & inanitionis modo. Ad hoc autem semel constitutos discipulos omnino sanctificandos ait à sancto Patre, qui sanctum videlicet in ipsis habitare facit Spiritum per Filium. Sane enim nunquam eò splendoris discipuli Seruatoris venissent, vt totius orbis luminaria fierent, nec tam grauibus Diaboli & aliorum tentationibus restitissent, nisi Spiritus participatione mentẽ munitem habuissent & ad insolitũ & quod hominẽ excedit mandatum per ipsum cõfirmati, atque ad puram diuinarum literarum cognitionem, sacrorumque Ecclesiæ dogmatum, per Spiritus illustrationem facile deducti fuissent. Et quidem Seruator conuersans cum eis post resurrectionem à mortuis, sicut scriptum est, & omnibus per vniuersum orbem hominibus gratiam per fidem prædicare præcipiens, iussit vt ab Hierosolymis non discederent, sed expectarent promissiouem Patris, *Ioel. 2. 28.* quam ab eo, idque per Prophetarum vocem audierant. *Erit* enim *in diebus illis, inquit Dominus, & effundam de Spiritu meo super omnem carnem.* Quin & Seruator ipse Spiritum effusum iri super eos promittebat, dicens: *Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modò. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Et rursus: *Et ego roga-*

bo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis. Proprius enim Dei ac Patris est Spiritus, nihilominus tamen proprius quoque est ipsius Filij, non quasi diuersus sit & alius ab alio, aut seorsim in vtroque intelligatur & insit, sed quia ex Patre & in Patre secundum naturam est Filius, cum verus sit fructus substantiæ eius, Patris proprium Spiritum secundum naturam sibi vendicat, procedentem quidem ex Patre, sed per ipsum Filium creaturæ traditum, non tanquam per ministrum aut famulum, sed sicuti modò dixi, ex ipsa quidem Dei ac Patris substantia procedentem, eos in autē effusum qui eius accipiendi digni sint per Verbū cōsubstantiale, & quod ex ipso effulget; ratione expressionis videlicet quâ per se subsistit, & in ipso manet ac semper est, coniunctimque simul, atque vt ita dicam, diuisim. Hypostaticè quippe dicimus esse Filium, & in suo rursus inesse genitore, haberéque in se ipso genitorem. Quia vero Patris Spiritus, Spiritus est Filij & Patris qui mittit, aut qui sanctis eum daturum se pollicetur, rursus eum vt proprium largitur Filius, propter identitatem substantiæ quam habet cum Patre, & in omnib. Patrem operari per eū apertissimè rursus ipse significauit, dicens: *Expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos; cùm. autem abiero, mittam eum ad vos.* cùm alibi dicat: *Et ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit vobis*: apertè hic ipse nobis Paraclerum se missurum pollicetur. Cum ergo, inquit, exemplo missiōnis meæ discipuli qui meis sermonibus adhærent in mundum missi sint, serua eos, Pater sancte, in veritate tua, id est, in Verbo tuo, in quo & per quod sanctificans est atque procedit Spiritus. At quis demum Seruatori scopus erat, cum hæc diceret? In nos ipsos sanctificationem in Spiritu & per Spiritum à Patre vocabat, & quod erat in nobis à mundi conditu, & cum primùm à Deo facti sumus, idipsum rursus excitari vult in nobis. Atque hæc dicimus, putà mediante, & aduocati personam pro nobis implente apud Patrem qui in cælis est Vnigenito. Verùm vt obscuritate omni sublata horum verborum vim ac sensum palam faciamus auditoribus, age de primo homine nonnihil dicamus.

Ioan. 16. 7.

Ioan. 14. 16.

A τησω τ πατέρα, κ ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν. ἴδιον γὰρ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς τ πνεῦμά ἐστιν, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἴδιόν ἐστι καὶ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, οὐχ ὡς ἕτερον καὶ ἕτερον, ἢ μεμερισμένως οὐ ἑκατέρῳ νοούμενόν τε & ὑπάρχον, ἀλλ' ἐπίσης ὂν πατρὸς, καὶ υἱοῦ πατρικὴ γὰρ φύσει ἐστὶν ὁ υἱὸς, καρπὸς ὢν ἀπαρχὴν ἀληθινὸς τ οὐσίας αὐτοῦ, ὃ τ πατρὸς ἴδιον πνεῦμα καὶ φύσει ἐπάγεται, χρώμενον μὲν οὐκ πατρὸς, δι' αὐτοῦ γε τ υἱοῦ τῇ κτίσει χορηγούμενον, ἐ κατά τινα τρόπον ὑφαρπαζόμενον, ἤγουν τ οὐσιωτικὴν τοῦ πατρὸς οὐσίαν νοούμενον, ἀλλ' ὥσπερ ἔφην ἀρτίως, ἐξ αὐτῆς μὲν προκύπτοντα τ οὐσίας τοῦ Θεοῦ & πατρὸς, χρώμενον δὲ τοῖς ἁγίοις ἀξίοις λόγου τῆς ὁμοιοσίου, καὶ ἐξ αὐτοῦ πεφηνότος, κατ' ἔκφασιν δηλονότι τ εἰς ὃ εἶδη καθ' ἑαυτὸν, & οὐ αὐτοῦ ὑφιόντος τε κ̄ ὄντως κ. sine ἀεί, προσηκόντως τι ἄμα κ̄ οἰκείως μεμερισμένως. ἴδιον σαφῶς μὲν γὰρ εἶδη φαμὲν τ υἱόν, ὑπάρχειν δ' αὖ τοῦ ἰδίου γεννήτορα, & ἔχειν οὐ ἑαυτοῦ τ γεννήσαντα. ὅτι δ' ὃ τ πατρὸς πνεῦμα, πνεῦμα φαίνεσθαι τοῦ υἱοῦ καὶ τ πατρὸς πέμποντος, ἤτοι δίκαιόν ἐστιν ἐπαγγελλομένου τοῖς ἁγίοις αὐτὸ, ἀμφοῖν δῆλον πάλιν ὡς ἴδιον ὁ υἱὸς, ἀφ' τ ταυτότητα τ οὐσίας, ἧς ἔχει πρὸς τ πατέρα καὶ ὅλη πρὸς πᾶν ὁμοίως ἐνεργὸς ὁ πατὴρ δι' αὐτοῦ, & φέσαπα πάλιν αὐτὸς διαμεμυθευκαν εἰπών· συμφέρει ὑμῖν ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω· ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐ μὴ ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς· ὅταν δ' ἀπέλθω, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς· οὐ ἑτέροις εἰπὼν· καγὼ ἐρωτήσω τ πατέρα & ἄλλον παράκλητον δώσει ὑμῖν. δηλαδὴ οὐ τούτοις αὐτὸς ἡμῖν τ παράκλητον καταπέμψειν ἐπαγγελλόμενος. ὅπως δ' τοίνυν προβάλλωμαι, φησὶν, εἰς ἀποστολὴν τ οὐ κόσμῳ καθ' ὁμοιότητα τ ἐμὴν, οἱ τοῖς ἐμοῖς λόγοις προσεδρεύοντες μαθηταὶ, τήρησον αὐτοὺς, ἅγιε πάτερ, οὐ τ ἀληθείᾳ σου, τοῦτ' ἔστιν οὐ τῷ σῷ λόγῳ, οὐ ᾧ καὶ δι' ὃ ἁγιάζον ὅτι τε κ̄ προῆλθε πνεῦμα. καὶ τίς τοῦτο λέγοντι τῷ σωτῆρι σκοπός; ἐφ' ἡμᾶς αὖ τ οὐ πνεύματι & ἐν πνεύματος ἁγιασμὸν οὐκάλει προβὰς παῖς, κ̄ ὥσπερ ἦν οὐ ἐν ἡμῖν ἀπὸ προώτου τ γενέσεως χρόνου κ̄ οὐ ἀρχῆς ὅτε πεπλάσμεθα παρὰ Θεοῦ, τοῦτο πάλιν οὐ ἡμῖν ἀναζωπυρῆσαι βούλεται. & ταῦτα φαμὲν, ἅτε δὴ μεσιτεύοντες κ̄ τ παράκλητον προσωπον ἀποπληροῦντος ὑπὲρ ἡμῶν, πρὸς τ οὐ τοῖς ἁγίοις πατέρα, ὃ μονογενεῖς. ἀλλ' ἵνα τῆς ἀφελείας καὶ τ ὑπὸ τούτῳ λόγον ἀπαλλάττοντες, βυκάτορι τοῖς ἀκροωμένοις τὴν τῶν εἰρημένων καταστήσωμεν διανοιαν, φέρε τι βραχὺ περὶ τ πρώτου πλάσματος λέγωμεν.

ἔφη τοίνυν Μωσῆς ὁ θεσπέσιος περὶ αὐτοῦ, ὅτι δὴ χοῦν ἀπὸ γῆς λαβὼν ὁ Θεὸς ἔπλασε τὸν ἄνθρωπον. εἶτα ὃ ζῶον εἰς τὸν τέλεον ἄγων ἀπαρτισμὸν, ὅπως τε καὶ πῶς ἔμψυχον ἔφη διδάσκων, ἐνεφύσησε, φησὶν, εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς, καὶ διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἁγιασμοῦ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου διδοὺς σημαίνων, ἀλλ' οὐδὲ γυμνὸν, ἢ ἐρήμην πάντελῶς τῆς θείας καθεστᾶναι φύσεως. οὐδὲ γὰρ ἂν ὤφθη ποτὲ καθ' εἰκόνα τοῦ αἰωνίου λόγου, τὸ μάλιστα πάντων ἔχον τὸ θεσπέσιον, εἰμὴ τοῦ ἁγίου πνεύματος μόρφωσιν, προσωπεῖόν ὡσπερ τι προκαλύπτεσθαι ἔλαχέ τε καὶ ἐκληρώσατο, βουλήσει τῇ θείᾳ καὶ θεϊκῇ. ἔστιν γὰρ ὅτι τὸ μονογενοῦς οὐσίας εἰκὼν ἀκραιφνὴς τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ τὸ γεγραμμένον ἁγίου Παύλου· οὓς γὰρ προέγνω καὶ προώρισε, συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ· τοὺς οἷονεὶ αὖ συνεκβῆναι συμμόρφους ἀπετέλεσε τῇ τοῦ παιδὸς εἰκόνι, τοῦτ' ἔστι τοῦ υἱοῦ, οὕτω τε τὰ πάντα δι' υἱοῦ πρὸς τὸν ἐξ οὗπερ ἐστὶ πατέρα. ἁγίου πνεύματος ἐπιμάχεται. ἀνακαλεῖσθαι τοίνυν βούλομαι καὶ ἀναπλάττεσθαί πως εἰς εἰκόνα τὴν προτέραν τὸν αἰνεσίου φύσιν ἐρωτᾷ ἁγίου μετουσίας τοῦ πνεύματος, ἵνα τὸ προτέρᾳ ἐκείνῃ ἀμφιεσάμενοι χάριν, καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν ἀνακεκινημένοι μόρφωσιν, ἀμείνους τε ἅπαντι καὶ δυνατώτεροι τὸ ἐν τοῦδε τοῦ κόσμου βασιλεύουσης ἁμαρτίας βδελυσσώμεθα, μόνῃ τε τῇ εἰς Θεὸν ἀγαπήσει προσορμώμεθα, ἐφέσει τῇ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ὁλοτρόπως ἀνακεκινημένοι, καὶ φιλοσοφίας κρείττονα τὸν ἁγιασμὸν ἔχοντες, ἀπαλλαττόμενον τὸ ἑαυτοῖς τῆς ἐπουρανίου εἰκόνος τὸ κάλλος τηρήσωμεν. οὕτω γὰρ ὁ βίος ὁ πνευματικὸς, αὕτη τῆς τοῦ πνεύματος λατρείας ἡ δύναμις. ἀλλ' εἰ χρὴ τι πάλιν τὸν τοῦ λόγου μῆκος συνελόντας τὸ ὀλίγοις εἰπεῖν, τὸ δεῖ γεωργὸν τοὺς καρποὺς ἀπαρχὴν ἁγιασμὸν, καὶ τὴν τῆς θείας φύσεως κοινωνίαν ἐφ' ἡμᾶς ἐκάλεσε Χριστὸς, ὡς τὸ ἀπαρχὴν τῶν δεκαμήνων τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς, ἐπεί τοι καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος, ὅτι τὸν κοπιῶντα γεωργὸν δεῖ πρῶτον τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν. ἀλλ' ἵνα κἀν τούτῳ φαίνηται πρωτεύων αὐτὸς· ἔδει γὰρ ὄντα πρωτότοκον, ὡς τὸ πολλοῖς ἀδελφοῖς, καὶ τὸ τοῖς καθ' ἡμᾶς ὁμοιοῦσθαι, δι' ὃ πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν αὐτὸν ὁρᾶν γεγενῆσθαί τε καὶ εἶναι ἀρχοντα πάντως ἡμῖν ἁγαθοῦ καὶ ἀρχὴν, καὶ θύραν, καὶ ὁδὸν, αἰτίως κοσμικῶς ἐπήνεγκε τὸ ἔφεξῆς, τοῦτ' ἔστιν, ὑπὲρ αὐτῶν ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτόν. καὶ δυσεξήγητον μέν πως ὅτι, καὶ δυχερὲς εἰς νόησιν τὸ εἰρημένον.

A Dixit ergo diuinus ille Moſes de ipſo, Deum ſumpto de terra puluere formaſſe hominem. Tum quomodo ad perfectionem deductum fuerit animal, & qua ratione animatum fuerit edocens, *inſufflauit*, inquit, *in faciem eius ſpiraculum vitæ*, non abſque ſanctificatione Spiritus animum homini datum eſſe ſignificans, ſed nec expertem penitus naturæ diuinæ fuiſſe conſtitutum. nec enim ad ſupremam illam imaginem animal tam vili ortu prædituum expreſſum fuiſſet vnquam, niſi formationem illam per ſpiritum ceu pulcherrimam quandam faciem, B voluntate nimirum Dei nactus eſſet. Nam cum vnigeniti ſubſtantiæ ſincera imago ſit Spiritus eius, vt Paulus ſcribit (*Nam quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filii ſui*) eos in quibus extiterit conformes reddit Patris imagini, id eſt Filio, atque ita cuncta per Filium ad eum ex quo eſt Patrem per Spiritum reuocat. Renouari ergo & reformari quodammodo ad primam illam imaginem rogat hominis naturam per Spiritus participationem, vt C prima illa induti gratia, & recuperata cum eo ſimilitudine potentiores & fortiores peccato quod in hoc mundo regnat inueniamur, ſolique erga Deum dilectioni hæreamus, deſiderio ad omne bonum penitus affixi, & carnis ſtudio ſuperato, inuiolatum in nobis inditæ imaginis decus tueamur. Hæc enim eſt vita ſpiritalis, hæc vis & ratio cultus in Spiritu. At ſi denuo prolixitate ſermonis in pauca contracta aliquid addere eſt operæpretium, vetus humanitatis donum, id eſt ſanctificationem per Spi- D ritum, & naturæ diuinæ participationem in nos Chriſtus vocabat, in ſuis diſcipulis tanquam in primitiis ſuſcipientium, cum verum ſit quod ſcriptum eſt, laborantem agricolam oportere primum de fructibus percipere. Sed vt in hoc etiam cerneretur ipſe primatum ducere, (nam quia decebat eum cum ſit primogenitus in multis fratribus, & noſtri ſimilis, propter ſimilitudinem quam habet nobiſcum, omnis boni initium, & ianuam ac viam nobis eſſe,) idcirco intulit quod ſequitur, nempe, *Pro eis ego ſanctifico meipſum*. quod difficile quidem eſt intellectu:

Gen. 2.

Rom. 8. 29.

2. Tim. 2. 7.

Verbum tamen quod cuncta illuminat, & quod profunda reuelat ex tenebris, istud quoque nobis mysterium explanabit. Sanctificari ergo iuxta Legis consuetudinem dicitur, quod instar alicuius donarij, aut oblationis Deo offertur, sicuti nimirum & omne primogenitum quod aperit vuluam in filiis Israel. Sanctifica enim mihi omne primogenitum quod aperit vuluam, ad Mosen dixit Deus, id est, consecra, & offer, atque vt sacrum nuncupa. nec enim dicimus, nec ab alio vnquam audiuimus Deum iussisse Moysi vt spiritalem sanctificationem nonnullis inderet. nec enim id in creaturam cadere potest, sed vni Deo conuenit. Vnde cum Lex seniores ei adiungere vellet: non iussit ipsum Mosen sanctificationem electis imponere, sed apertè dixit se ablaturum de spiritu eius, & vnicuique eorum qui electi fuerint daturum. Sanctificare enim posse per Spiritus participationem, vnius reginæ omnium naturæ opus est. Hanc istius vocabuli significationem vt in Lege passim vsurpatur, palam nobis faciet Salomon, dicens: *Laqueus viro est citò quid ex propriis sanctificare: postea enim quam vouerit, euenit pœnitere.* Cum ergo sanctificare pro consecrare & offerre sumatur, dicimus Filium pro nobis sanctificasse seipsum. Obtulit enim seipsum, tanquam sacrificium & sanctam victimam Deo ac Patri, mundum ei reconcilians, & in amicitiam reuocans quod eâ excidit, nempe genus humanum. *Ipse enim est pax nostra*, sicuti scriptum est. Nostra verò ad Deum reuersio non aliter per Seruatorem Christum facta intelligitur, quàm per participationem Spiritus & sanctificationem. Spiritus enim est qui nos coniungit, atque vt ita dicam, vnit cum Deo, quo suscepto, participes & consortes naturæ diuinæ reddimur, eumque suscipimus per Filium, & in Filio Patrem. Scribit ergo nobis sapiens Ioannes de ipso, *In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu suo dedit nobis.* Quid porrò Paulus? *Quoniam autem*, inquit, *estis filij, misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra clamantem: Abba, Pater*, ita vt si nos forsan expertes Spiritus essemus,

Exod. 34

Num. 11. 17.

Prou. 20. 25.

Eph. 2. 14

1. Ioan. 4 12.

Gal. 4. 6.

Α πλὴν ὁ πᾶσι φωτίζων λόγος, καὶ ἀποκαλύπτων βαθέα σκότους, σαφῶς καὶ τοῦτο ἡμῖν τὸ μυστήριον. ἁγιάζεσθαι μὲν οὖν λέγεται κατὰ συνήθειαν νομικὴν, τὸ ὡς τάξει τινὸς ἀναθήματος, ἢ δωροφορείας τῷ Θεῷ παρά του προσφερόμενον, καθάπερ ἄμωμόν τε καὶ πᾶν πρωτότοκον διανοίγον μήτραν ἐν υἱοῖς Ισραὴλ. ἁγίασον γάρ μοι πᾶν πρωτότοκον διανοῖγον μήτραν, πρὸς τὸν λέγοντα ἔφη Μωσέα, τοῦτ' ἔστιν ἀνάθες, καὶ ἀπόνεμε, καὶ καθάγραφον, ὡς ἱερόν. οὐ γὰρ δήπου φαμὲν, ἀλλ' οὐδὲ ἀκούσαμεν ἑτέρωθι τυχὸν εἰπόντος δεδαίμεθα, ὅτι Μωσῆ κεκέλευκεν ὁ Θεὸς τὸν ἁγιασμὸν ἀπαρτίζειν διὰ τοῦ πνεύματος ἡμῶν τῶν φύσιν οὐκ ἐφικνεῖται τὸ μέτριον εἰς τὸ δύνασθαι πρὸς τοῦτον καταρθοῦν, ἁρμόζει δὲ μόνῳ, καὶ ἱλάσκεσθαι δυνατοῖς ἀνακείσθαι Θεῷ. ἐγὼ δὲ οἶμαι ὅτι σοφὸς αὐτὸς ὢν περισσοτέρως διανοεῖσθαι ἤθελεν, οὐκ αὐτὸν ὑπισχνεῖσθαι Μωσέα τὸν ἁγιασμὸν τοῖς ἐξελεγμένοις προσάγειν, ἔφη δὲ μᾶλλον ἀναιρῶν, ὡς ἀφελὼ ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ ἐπ' αὐτῷ, δώσω δὲ τοῖς ἀναρρηθεῖσιν ἑκάστῳ. τὸ γὰρ ἁγιάζεσθαι δυνάμει τοῦ μετέχειν τοῦ πνεύματος, μίαν τὴν τῶν ὅλων κρατούσης φύσεως τελοῦντος τοῦ ἁγιάζεσθαι δύναμιν, ὡς ἂν νομίζοι τις ὅτι σοφίαν φημὶ, φιλοσοφίαν ἡμῖν ὁ αὐτὸς ὁ Σολομὼν καθαιρήσει λέγων· παγὶς ἀνδρὶ καχῷ τὸ ἁγιάσαι ἰδίων ἀπάσας. μετὰ γὰρ τὸ δόξασθαι μετάμοιρον γὰρ νομίζω τοιγάρτοι τοῦ ἁγιάσαι, καὶ σωθῆναι τὸ εἰς τὸ τοῦ ἀναθεῖναί τε καὶ ἀφιέναι λόγον, ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ἁγιάσας φαμὲν τὸν υἱόν. προσφέρει γὰρ ἑαυτὸν, ὥσπερ ἱερεῖόν τε καὶ ἅγιον θῦμα τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, κόσμον αὐτῷ καταλλάττων, καὶ συνάγων εἰς φιλίας τὸ τούτου ὠλιβηκός, τοῦτ' ἔστι, τὸ ἡμᾶς τὸ ἀνθρώπινον. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, καὶ τὸ μεσοτοιχον. ἢ γε μὴν ἐπιμαλλον ἡμῖν ἡ πρὸς Θεὸν καὶ ἑτέρως ἂν νοοῖτο τετελεσμένη διὰ Χριστοῦ τοῦ σώζοντος, εἰμὴ διὰ τοῦ πνεύματος χριστὸς, καὶ ἁγιασμός· τὸ γὰρ σῶζον ἡμᾶς, καὶ οἱονεὶ συνενοῦν τῷ Θεῷ τὸ πνεῦμά ἐστιν, ὃ δὴ καὶ λαβόντες, μετέχοι καὶ κοινωνοὶ τῆς θείας διαδεχόμεθα φύσεως, καὶ αὐτὸν εἰσδεχόμεθα δι' υἱοῦ καὶ ἐν υἱῷ τὸν πατέρα. χρῆναι γοῦν λέγει ὑμᾶς ὁ Θεὸς Ἰωάννης περὶ αὐτοῦ· ἐν τούτῳ γινώσκομεν ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν, καὶ αὐτὸς ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐκ τοῦ πνεύματος αὐτοῦ δέδωκεν ἡμῖν. τί δὲ περὶ τούτου ὁ Παῦλος; ὅτι δὲ φησὶν, ἐστὲ υἱοὶ, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κράζον ἀββᾶ ὁ πατήρ, ὡς εἴπερ ἡμᾶς ἀμετόχους ἀποφαίνει σωτηρίου τοῦ πνεύματος,

ὑφ' αὐτὸν ὅλως ἐν ἡμῖν ἀπαρχὴν ἐγνώσθη Θεός, καὶ εἰ μὴ τὸ ἡμᾶς καθαρὸν πεπλουτήκαμεν πνεῦμα, ὑφ' αὐτὸν ὅλως ἦμεν ἂν υἱοὶ Θεοῦ. ποία τοίνυν ἡμῖν γέγονε πρόσληψις, ἢ πῶς αὖ ἐπὶ θείας φύσεως κοινωνοὶ ἐσμεν ἀπορεῖται. εἰ μήτε Θεὸς ἐν ἡμῖν, μήτε ἡμεῖς αὖπαλιν προσκείμεθα, διὰ τὴν κεκλῆσθαι πρὸς μετουσίαν τοῦ πνεύματος; νυνὶ δὲ μέτοχοι, καὶ κοινωνοὶ τῆς τὰ πάντα ὑπερκειμένης οὐσίας, καὶ ναοὶ Θεοῦ χρηματίζομεν. ὑπὲρ γὰρ τοῦ ἡμετέρου ἁμαρτωλοῦ ἑαυτὸν ἡγίασεν, τοῦτ' ἔστιν ἀνέθηκεν ὁ μονογενὴς, καὶ ὡς θῦμα προσκεκόμικεν ἑαυτὸν, εἰς ὀσμὴν εὐωδίας τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἵνα ἐκ μέσου γενόμενος τοῦ διείργοντός τε καὶ ἀποτειχίζοντος ὥσπερ Θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπου φύσιν, τοῦτ' ἔστι τὴν ἁμαρτίαν, μηδὲν ἔτι παρεμποδίζον φαίνηται πρὸς τὸ δύνασθαι πρὸς ἐγγύτητα ἰέναι Θεῷ, καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν κοινωνίας ἐξέχεσθαι, διὰ μετουσίας δηλονότι τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἁμα μορφοῦντος ἡμᾶς εἰς δικαιοσύνην, καὶ ἁγιασμὸν καὶ εἰς εἰκόνα τὴν πρώτην. εἰ γὰρ διίστησιν ἁμαρτία καὶ ἀποπλείζει Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον, σεσαλπισμένη δὴ πάντως ἡ δικαιοσύνη, καὶ μεσολαβοῦσα θεοδίδακτος πρὸς αὐτὸ βέβηκεν ἁπλῶς, ἁμα καὶ τὸ πρὸς Θεὸν ἡμᾶς ἀποκαθιστᾶσα. διδασκόμεθα δὲ διὰ πίστεως τὴν εἰς Χριστὸν, ὃς παρεδόθη μὲν, διὰ τὰ παραπτώματα ἡμῶν, καὶ ὁ μεγαλομέτωρ, ἠγέρθη δὲ διὰ τὴν δικαίωσιν ἡμῶν. ὅλη γὰρ ἐν αὐτῷ καθάπερ ἐν ἀπαρχῇ τοῦ γένους, πρὸς καινότητα ζωῆς, ἡ ἀνθρώπου φύσις ἀνεσκευάζετο, καὶ εἰς τὸ οἰκεῖον ὥσπερ ἀρχεῖον ἀναβαίνουσα πρὸς ἁγιασμὸν ἀνεπλάττετο. ἁγίασον τοίνυν αὐτοὺς, ὦ πάτερ, φησὶν, ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, τοῦτ' ἔστιν ἐν ἐμοί. ὁ γὰρ λόγος ὁ σὸς, ἀλήθειά ἐστι, τοῦτ' ἔστιν, πάλιν ἐγώ. ἡγίασα γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἐμαυτὸν, τοῦτ' ἔστιν ἀνατέθεικα προσήγαγον, εἰς ὑπὲρ πάντων ἀποθανὼν. ἀναβαίνουσι εἰς καινότητα μεταμορφώσω ζωῆς, καὶ ἡγιασμένοι ὦσιν ἐν ἀληθείᾳ, τοῦτ' ἔστιν ἐν ἐμοί. σεσαφημισμένα δὲ καὶ παντελῶς εἰς νόησιν, καὶ τὸ ἀρτίως ἡμῖν ἐκ διθέντα νοῶν, ὃ προσημάνθη ῥητῶς, καὶ δι' ἑτέρων ἴσως ἀναμνήσω. τὸ γὰρ ὅτι μάλιστα φιλοσοφεῖν ἐπιτηδὲς τὰ τῆς νοημοσύνης ἐκ μιᾶς χερὸς, ἡδύτατ' ἂν εἴποι τις μάλιστα, ἀλλοῖς τε τοῖς τοῦτο δρᾶν ἐθέλουσι, καὶ τοῖς τῶν ἀκροωμένων φιλομαθεστέροις. ἔφη τοίνυν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἐμαυτὸν ἁγιάζω, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὦμεν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ. πῶς δὴν ἁγιάζεται κατὰ φύσιν ἅγιος ὤν, ἵνα καὶ ἡμεῖς ὦμεν ἡγιασμένοι, φέρε δὴ πάλιν τὸν τῆς θεολογίας δογμὸν ἐχόμενοι, καὶ τὸν ὀρθὸν τῆς πίστεως κανόνα μὴ παρεγκλί-

A Ne in nobis quidem penitus agnosceretur esse Deus. Et nisi Spiritu qui nos inter filios Dei collocat ditati essemus, filij Dei omnino non essemus. Quomodo igitur assumpti sumus, aut quomodo naturæ diuinæ consortes reddici sumus, si neque Deus in nobis est, neque nos ei adhæremus per hoc quod vocati sumus ad participationem Spiritus? Atqui participes, & consortes cuncta exuperantis substantiæ, & templa Dei nuncupamur. B Pro nostris enim peccatis seipsum sanctificauit, id est consecrauit vnigenitus, ac tanquam hostiam sacram obtulit, in odorem suauitatis Deo ac Patri, vt eo sublato quod naturam hominis quodammodo à Deo separat, id est peccato, nihil amplius impediat quo minus Deo proximi simus, & participationi eius inhæreamus, per participationem videlicet sancti Spiritus reformantis nos ad iustitiam & sanctimoniam, atque ad primam imaC ginem. Nam si peccatum à Deo seiungit hominem ac separat, coniunget vtique iustitia, & nos proximè ipsi Deo ac Patri quodammodo sistet. Iustificati verò per fidem in Christum sumus, qui traditus quidem est propter delicta nostra, vt scriptum est, sed resurrexit propter iustificationem nostram. Tota enim in eo tanquam in primitiis generis, ad nouitatem vitæ natura hominis reparata est, & in suum veluti principium reuersa ad D sanctificationem reformata est. Sanctifica igitur eos, ô Pater, inquit, in veritate tua, id est in me. Tuum enim Verbum veritas est, id est ego. Sanctificaui enim pro eis meipsum, id est consecraui, & obtuli, vnus pro cunctis mortuus, vt eos in nouitatem vitæ reformarẽ, & sanctificati sint in veritate, id est, in me. Iam verò hoc loco ita expositio, atque ad intelligendum proposito, aliam insuper eius explicandi viam capessere non grauabimur. Difficilia quippe loca studiosè E rimari, gratissimũ erit cùm iis qui istud susceperint, tũ studiosis auditoribus. Dixit Dominus noster Iesvs Christus pro nobis seipsum sanctificare, vt & nos simus sanctificati in veritate. Quomodo ergo sanctificetur qui secundum naturam suã sanctus est, vt & nos simus sanctificati; agedum rursus Ecclesiæ dogmatis insistentes, & à recta fidei regula non deflectentes, quoad licet ani-

maduertamus. Dicimus itaque vnigenitum, cum secundum naturam Deus sit, & in forma & æqualitate Dei ac Patris, seipsum exinaniisse, secundum scripturas, & factum esse hominem ex muliere, omnibus quæ homini conueniunt susceptis, excepto peccato, & seipsum sponte naturæ nostræ ineffabiliter vniendo, vt eam in seipso primo & per seipsum rursus ad pristinam illam pulchritudinem reformans, & secundus Adam nobis repertus, id est cælestis homo, primusque omnium & primitiæ eorum qui ad vitæ nouitatem instaurãtur cõstitutus, in incorruptione videlicet, ac iustitia, & sanctificatione per Spiritum, per seipsum demum in vniuersum genus bona transmitteret. Idcirco licet vita sit secundum naturam, inter mortuos tamen factus est, vt nostra in nobis morte abolita, in suam nos vitam reformaret, & ipse cum sit iustitia Dei ac Patris, peccatum pro nobis factus est. Iuxta Prophetæ quippe vocem, ipse peccata nostra portat, & reputatus est nobiscum inter iniquos, vt nos iustificaret propter seipsum, chirographo quod aduersus nos erat deleto, eoque suæ cruci affixo, vt scriptum est. Cum autem rursus sanctus sit, secundum naturam, vt Deus, & vniuersæ creaturæ det participem esse sancti Spiritus ad perseuerantiam & sanctificationem, sanctificatur propter nos in sancto Spiritu, non quidem alio ipsum sanctificante, sed ipsomet sanctificationem suæ carnis operante. Suscipit enim Spiritum qui suus est, & accipit quidem quatenus est homo, sibi verò istum dat, vt Deus. hoc autem agebat propter nos, non propter se, vt ex ipso & in ipso vtique primo rei initio suscepto in vniuersum genus hoc modo sanctificationis gratia permaneret, Quemadmodum enim per præuaricationem in Adam tanquã in primitiis generis humani natura damnata morte fuit, per vnum illum primum audiens, *Terra es, & in terram reuerteris*: eodem, opinor, modo per obedientiã & iustitiã Christi, inquantum factus est sub Lege, quamuis Legislator existens, vt Deus, in totam naturam permanat benedictio, & per Spiritum viuificatio. Reformat enim Spiritus ad incorruptionem eos qui ex peccato corrupti sunt, & in nouitatem vitæ instaurat eos qui ex negligentia inueterati ac deleti sunt. Ac enim fortasse inquies: Quomodo quæ-

Esai. 53. 4.

Col. 2. 14

A πρέχοντες, ὡς ἔνι καλῶς ἐπανορθώσωμεν. Φαμὲν οὖν ὅτι Θεὸς ϗ φύσει ὑπάρχων ὁ μονογενὴς, ϗ ἐν μορφῇ, ϗ ἰσότητι τῇ Θεοῦ ϗ πατρὸς, κεκένωκεν ἑαυτὸν ϗ ταῖς γραφαῖς, ϗ γέγονεν ἄνθρωπος ἐκ γυναικὸς, πάντα τὰ* ἀνθρώπινα καταδεξάμενος, δίχα μόνης ἁμαρτίας, ϗ ἑαυτὸν ἑνώσας τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, καθ' ἑκούσιον βάλλεται, ὅπως ἀνα* αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ τε πρῶτα, ϗ δι' ἑαυτοῦ τῷ πρὸς ἐκεῖνο πάλιν ἀναστοιχειώσας τὸ κάλλος, φημὶ δὴ τὸ ἐν ἀρχαῖς, ϗ δεύτερος ἡμῖν Ἀδὰμ ἀνευρεθεὶς, τοῦτ' ἔστιν, ἀφθαρσίας ἀνθρωπος, πρωτός τε ἀπάντων, ϗ ἀπαρχὴ τῶν ἀνακαινιζομένων εἰς καινότητα ζωῆς ἀνευρεθεὶς, ἐν ἀφθαρσίᾳ δηλονότι ϗ δικαιοσύνῃ ϗ ἁγιασμῷ τοῦ ἁγίου πνεύματος νοουμένῳ πρὸς τὰ μέλλοντα λοιπὸν δι' ἑαυτοῦ πρὸς ἅπαν τὸ γένος τὰ ἀγαθά. Διὰ τοῦτο καίτοι ζωὴ ϗ φύσει ὑπάρχων, γέγονεν ἐκ νεκρῶν, ἵνα τὸ ἡμῶν ἐν ἡμῖν καταργήσας θάνατον, εἰς τὴν ἰδίαν εἰμὶ ἀναπλάσῃ ζωήν· ϗ αὐτὸς ὑπάρχων εἰρήνη δικαιοσύνη τοῦ Θεοῦ ϗ πατρὸς, γέγονεν ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτία. ϗ γὰρ τὸ προφήτου φωνὴν, αὐτὸς ταῖς ἁμαρτίας ἡμῶν αἴρει, ϗ ἐλογίσθη μεθ' ἡμῶν ἐν ἀνόμοις, ἵνα ἡμᾶς δικαιώσῃ δι' ἑαυτὸν, ἀλειφθεὶς ὁ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον, ϗ προσπλώσας αὐτὸ τῷ ἰδίῳ σταυρῷ, ϗ ὃ γεγραμμένον. ἅγιος ὢν πάλιν ὑπάρχων, ϗ φύσει, ὡς Θεὸς, ϗ τοῦ ἁγίου πνεύματος ὅλη τῇ κτίσει πρὸς ἁγιασμὸν, ϗ σύστασιν, ϗ ἁγιασμὸν ὃ ἐν ἑαυτῷ ἐξ ἡμῶν δίδοις, φιλάζεται δι' ἡμᾶς ἐν ἁγίῳ πνεύματι, ἰσχὺν ἐπιφυλίους αὐτὸν ἁγιάζοντος, ἀλλουργοῦντος μᾶλλον ἑαυτῷ πρὸς ἁγιασμὸν τὴν ἰδίας σαρκός. δίχεται γὰρ τὸ πνεῦμα τὸ ἑαυτοῦ, ϗ λαμβάνει μὲν, καθόσον ἐστὶν ἄνθρωπος, ἑαυτῷ γεμίζει τοῦτο δίδωσιν, ὡς Θεός. ἔδρα δὲ τοῦτο δι' ἡμᾶς, ϗ δι' ἑαυτὸν· ἵνα ἐξ αὐτοῦ ϗ ἐν αὐτῷ δὴ πρώτῳ δεξαμένῳ τὴν ἀρχὴν, εἰς ἅπαν διήκῃ τὸ γένος ἡ τοῦ ἁγιάζεσθαι λοιπὸν διαμονή. ὡς γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ παραβάσεως ϗ παρακοῆς, ὡς τὸ ἀπαρχῆς τοῦ γένους ἡ φύσις θανάτῳ κατεδικάζετο, δι' ἑνὸς ἀκούσασα τοῦ πρώτου· γῆ εἶ, ϗ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ· τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον, διὰ τῆς ὑπακοῆς ϗ δικαιοσύνης τοῦ Χριστοῦ, καθὸ γέγονεν ὑπὸ νόμον, καίτοι νομοθέτης ὑπάρχων, ὡς Θεὸς, εἰς ὅλον αὖ δήκοι τὸ φύσιν εὐλογία, ϗ εἰ διὰ τοῦ πνεύματος ζωοποίησις. ἀναμορφοῖ γὰρ τὸ πνεῦμα πρὸς ἀφθαρσίαν, τὸ ἐξ ἁμαρτίας κατεφθαρμένον, ϗ εἰς καινότητα μεταπλάττει ζωῆς τὸ ἐκ ῥᾳθυμίας πεπαλαιωμένον, ϗ χωρῆσαι εἰς ἀφανισμόν. ἀλλ' ἴσως ἐρεῖς· πῶς

διὸ ὁ ἅγιος τῇ φύσει ἡγιάζετο, καὶ τοῦτο λεκτέον; A so ſanctus ſecundum naturam ſanctificabatur, idque per participationem? aut quomodo is qui omnibus dignis, cœlitibus inquam & hominibus ſuum Spiritum tradit, ſibimet iſtum largitur? Difficilia quidem iſta ſunt intellectu, nec obuiam explicationem habent, ſi nudum tantum, ac veluti ſeparatum ab humanitate Dei Verbum concipias: ſed ſi vnionem incomprehenſibilem ſuſpicias, & cum carne coniunctionem, tibique ſuccurrat B noſtri ſimilem factum hominem illum naturâ Deum, mirari deſines, omnique ex animo dempto ſcrupulo, Deum ſimul & hominem eſſe Filium obſeruans, non exiſtimabis eſſe reiicienda quę humanitati congruunt, quamuis de vna Filij qui ſecundum naturam eſt perſona dicantur, Chriſti nimirum. Nunquid enim mori alienum eſſe penitus à Verbo quod cuncta viuificat exiſtimabimus? Sed dices, Iſtud C paſſum eſſe ſecundum carnem: corpus enim capax eſt mortis, & propter illud ipſum mori dicitur. proprium enim eius corpus mortuum eſt. Præclarè: nam cum propter nos verè ſuum corpus ratione diſpenſationis mori permiſerit, rurſus ei vitam ſuam inſeruit, non quidem ſeipſum mortis vinculis eximens, quatenus intelligitur Deus. venit enim in mundum, & factus eſt homo nõ propter ſe, ſed vt viam potius naturę humanæ ſterneret per ſe & in ſe qua D mortem fugeret, & ad immortalitatem rediret. Simili itaque ratione ad ſanctificãdi modum te confer. Nunquid enim dicimus ſanctum eſſe ratione ſuæ naturæ terrenum corpus, licet à ſancto naturâ ſuâ Deo ſanctificationem minùs accipiat? At quî fieri iſtud poſſit? quę enim quæſo differentia eſſet inter cãrnem terrenam, & ſubſtantiam naturâ ſuâ ſanctam & ſanctificatricem? Quòd ſi verum eſt omnem creaturam rationalem, atque vt ſemel dicam, quodcunque in ortũ productũ eſt, & in creaturarũ numero cẽſetur, ſanctificationem à natura E nõ habere, ſed ab eo qui ſecũdum naturã ſanctus eſt gratiã quodammodo mutuari, quòmodo abſurdiſſimũ nõ fuerit exiſtimare carnẽ opus nõ habere Deo qui omnia naturâ ſua ſãctificat? Quoniã igitur caro ſancta per ſe non eſt, idcirco in Chriſto ſanctificãta eſt, Verbo in ea habitante per ſanctũ Spiritum & templum ſuum ſanctificante, & ad vim naturæ ſuæ tranſmutãte. Sanctũ enim id-

τίνα ἢ πῶς ὁ δὲ πᾶσι τοῖς ἐλλὴν ἀξίοις, θεοῖς τε αὖ φημὶ καὶ τοῖς ἐπὶ γῆς ὃ ἴδιον πνεῦμα δεδεικέναι, ἑαυτῷ τοῦτο συμβεβλῆσθαι; δυσφίκτα μὲν οὖν καὶ δεδυσμενόητα κομιδῇ, καὶ ἀγχαλεπώτερα ἔχοντα τὴν ἔξηγησιν παντελῶς ἐστιν, εἰ τὸν ἀνόητον γυμνὸν ἔτι καὶ ὡσανεὶ διὰ μέσου ἑαυτῷ τῆς ἀγιαζομένης ἀνθρωπότητος τὸν τοῦ Θεοῦ περφυέντα λόγον· ἐπεὶ μὴν θαυμάσῃς τὴν ἀπερινόητον ἕνωσιν, καὶ τινὰ εἰς σάρκα σταυόδρομον, καὶ ἀποπτύσῃ τὰ πρὸ σοῦ καθ' ἡμᾶς ἡμόμβρος αὖ θεσπέσιος ὁ φύσει Θεὸς, ξενιεθήσῃ μηδὲν ὀκνήσας ἔτι, πάντα δ' ὑπόρυσον τὴν τῆς διανοίας ἐξελεῶν, ἀποθεὶς τε τοῖς θεωρήμασι, Θεὸν ἐν σαυτῷ καὶ αὖ θεσπέσιον ὄντα τὸν υἱὸν, οὐκ ἀποβλήτα λογιῇ τὰ τῇ αὖ θεσπεπεῖ πρέποντα, κἂν εἰς ὃ εἰσὸς τῷ τῇ φύσιν υἱοῦ φέρηται σωζόμενον, φημὶ δὴ Χριστοῦ. ἢ γὰρ οὐκ ἀλλότριον οἰησόμεθα παντελῶς τοῦ τὰ πάντα ζωοποιοῦντος λόγου τὸ ἀποθανεῖν; ἀλλ' ἐρεῖς, ὅτι πέπονθε τοῦτο τὴν σάρκα, θανάτου γὰρ δεκτικὸν τὸ σῶμα, τεθνάναι δὴ τοῦτο λέγεται. τὸ γὰρ ἴδιον αὐτοῦ τέθνηκε σῶμα. παγκάλως ἔχει σοι τὸ θεώρημα, λέγεις γὰρ ὀρθῶς· καὶ γάρτοι τῇ ἀληθῶς ἀνθ' ἡμῶν οἰκονομικῶς τὸ ἴδιον ἐφεὶς πεθνάναι σῶμα, πάλιν αὖτις τὴν ἰδίαν ἀναφύτευσι ζωὴν, οὐχ ἑαυτὸν ἀπολυτοῦσι τῇ τοῦ θανάτου δεσμῶν ἐξαιρούμενος, καθὸ νοεῖται Θεός. ἐπιδήμησε γὰρ καὶ γέγονεν αὐθρωπος, οὐ δι' ἑαυτὸν ὁδοποιῶν ἢ μᾶλλον τῇ αὐθρωπείᾳ φύσει δι' ἑαυτοῦ τε καὶ ἐν ἑαυτῷ πλὴν ἐκ θανάτου διαφυγὴν, καὶ τὴν εἰς πλὴν ἀπ' ἀρχῆς ἀφθαρσίαν ἐπανόδου. ἴθι δὴ οὖν καὶ τὸ ἰσόν τοι ἐρημένων ἀναλογίαν εἰς τὸν περὶ τοῦ ἁγιάζεσθαι ζήτησιν. ἆρα γὰρ ὅλως φαμὲν ἅγιον εἶναι ἀρχήν, καθ' ὅ γε τὸν λόγον τὸν ἰδίας φύσεως, τὸ ἀπὸ γῆς σῶμα, καὶ εἰ μὴ δέχοιτο τὸν ἁγιασμὸν, καθὰ τῇ φύσιν ἁγίᾳ Θεοῦ; καὶ πῶς αὖ εἴη τοῦτό γε; ποία γὰρ ἂν ἔτι νοοῖτο διαφορὰ, σαρκὸς τε τὸν γηγενοῦς, καὶ τὴν φύσιν ἁγίας τε καὶ ἁγιαστικῆς οὐσίας; εἰ δὲ ὄντως εἰπεῖν ἀληθὲς, ὅτι πᾶσα κτίσις λογικὴ, καὶ ἁπαξαπλῶς τὸ κεκτημένον εἰς γλῶσσαν, καὶ τελεωτέρα δὴ γλῶττις, φύσεως μὲν ἰδίας οὐκ ἔχει κρατεῖν τὸν ἁγιασμὸν, δεήσεται δ' ὡσανεὶ καθαρῆς τῇ φύσιν ἁγίᾳ τινὸς χάριν, πῶς οὐκ ἂν γένοιτο τῷ ἀποπεπτώκοτι ἀναγκαίως τὴν σάρκα νοεῖν τὸ ἁγιάζεσθαι τὰ πάντα πεφυκότος Θεοῦ; ὅπερ εἶναι μὴ ἄχαλα καθ' ἑαυτὸν ἡ σάρξ, ἡγιάσθη λέγεται τοῦτο καὶ ἐν Χριστῷ, τὸ ἐν αὐτῷ κατοικήσαντος λόγου, διὰ τὸ ἁγίου πνεύματος, τὸν εἰκαῖον ναὸν ἁγιάζοντος, καὶ εἰς ἐνέργειαν αὐτὸν τὴν ἰδίας μεταποιοῦντος φύσεως. ἅγιον γὰρ διὰ τοῦτο

circo censetur, & sanctificatiuum Christi corpus, vt pote, sicuti modò dixi, templum factum vniti ei Verbi corporaliter, vt Paulus ait. Idcirco descendit quidem super eum de cælo Spiritus sanctus in specie columbæ. cuius rei testis est sapiens ille Ioannes, vt rursus agnoscamus Spiritum tanquam in primitiis renouatæ naturæ in primum Christum descendisse, quatenus apparuit extitit sanctificationis capax. Neque verò dicimus tunc sanctificatum fuisse Christum, cum Spiritum vidit Baptista descendentem: sanctus enim erat etiam in vtero. quippe ad beatam virginem dictum est, *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*: sed in signum data est Baptistæ hæc visio. Existimamus tamen Domini carnem sanctificatam fuisse per Spiritum, Verbo Dei quod naturâ suâ sanctum est templum suum ad similitudinem alterius creaturæ in eo perungente. Quod cum notum esset Psalmistæ, vnigeniti personam in humanitate considerans, clamabat: *Propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ participibus tuis.* Filio enim suum templum vngente, Pater istud facere dicitur. nec enim aliter quàm per Filium operatur: & quodcunque fecerit Filius, ad Patrem ex quo est refertur. Radix enim veluti quædam est ac fons suę prolis Pater. Neque est quod mirere si seipsum sanctificari dicat, tametsi natura suâ sanctus est, cum etiam Deum eius Patrem diuinæ literæ nuncupent, quamuis secundum naturã suam Deus sit. Sed hæc opinor humanitati nostrisque rationibus iure tribues, nec à recto excides. Quemadmodum ergo mortuus est secundum carnem pro nobis, vt homo, quamuis secundum naturã Deus sit: Et quemadmodum inter creaturas collocatus Deoq; subiectus, propter humanitatẽ, quamuis vniuersi dominus sit, Deum suum Patrem dicit, sic propter nos seipsum sanctificare asserit, vt & in nos sanctificatione dimanante, velut in primitiis renouatæ naturæ, nos in eo quoque sanctificati essemus in veritate, id est in sancto Spiritu. *Spiritus enim est Veritas*, vt ait Ioannes. Non enim alius est à Filio Spiritus eius, ratione substantiæ, putà cum & in eo sit, & per eum procedat. Missum autem se esse ait in mundum, quamuis ante Incarnationem esset in seipso.

Luc. 1.

Psal. 44. 8.

A κοσμικὴν ὁ σῶμα Χριστοῦ, ἅτε δὴ κεχριμένον ἁγίου πνεύματος, ναὸς γεγονὼς ἑνωθέντος αὐτῷ λόγου σωματικῶς, ὡς ὁ Παῦλός φησιν. διὸ τοῦτο κάτεισι μὲν ἐπ' αὐτὸν ἐξ οὐρανοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς· μαρτύρησε δ' τοῦτο λέγων ὁ σοφὸς Ἰωάννης· ἵνα γνῶμεν πάλιν, ὅτι καθάπερ ἐν ἀπαρχῇ τῆς ἀνακαινουμένης φύσεως, ἐπὶ τῷ Χριστῷ τὸ πνεῦμα κατέβη, καθὸ πέφηνεν αὖ θεσπέσιος ὁ τῆς ἁγιάζεσθαι δεκτικός. καὶ ἔστι που πάλιν ἐκφανὲς φάναι, ὅτι τότε γέγονεν ἅγιος τὸ κατὰ σάρκα Χριστός, ὅτε τὸ πνεῦμα πεῖσαι καταβαῖνον ὁ βαπτιστής· ἅγιος γὰρ ἦν καὶ ἐν ἐμβρύῳ, καὶ μήτρᾳ. ἐπεὶ καὶ ἐλέγετο περὶ τῆς μακαρίας παρθένου· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι. ἀλλὰ δέδοται μὲν εἰς σημεῖον τῷ βαπτιζῃ τὸ φάναι. λογιζόμεθα δ' οὖν ὅμως ἡγιάσθαι τι τὴν σάρκα διὰ τοῦ πνεύματος, καθ' ὁμοιότητα τῆς ἰδίης κτίσεως τὸ ἴδιον ἐν αὐτῷ καθαρίοντος ναὸν τῇ κατὰ φύσιν ἁγίου καὶ ἐκ παντὸς ὄντος λόγου. καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ μελῳδὸς αἰνιττόμενος, τὸ ἐν ἀνθρωπότητι προσωπον διαθεωρήσας τοῦ μονογενοῦς· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, παρὰ τοὺς μετόχους σου. καθαρίοντος γὰρ τὴν ἰδίαν τοῦ ναὸν, ὁ πατὴρ λέγεται τοῦτο δρᾶν. συνεργεῖ γὰρ οὐκ ἄλλως, ἢ δι' ἑαυτοῦ. ἀναφέρεται γὰρ πρὸς, ὅπερ ἀπόσπερμός ἐστιν, εἰς τὸν ἐξ οὗπερ ἐστὶ πατέρα· ῥίζα γὰρ ὡσπερ τίς ἐστι, καὶ πηγὴ τοῦ ἰδίου γεννήματος ὁ πατήρ. θαυμαστὸν δ' οὐδὲν, εἰ καὶ ἁγιάζεσθαι φησιν ἑαυτὸν, καίτοι κατὰ φύσιν ἅγιος ὤν, ὅτε καὶ θεὸν αὐτοῦ τὸν πατέρα καλεῖσθαι αἱ γραφαί, καίτοι κατὰ φύσιν ὄντος θεοῦ. ἀλλ' οἶμαι τῷ παῖς τὸ ἀνθρωπότητος χρείας, καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς πρέποντι ῥήματι, καλῶς καὶ δικαίως ἀναθείη τις ἄν, καὶ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τὸ πρέποντος. ὥσπερ οὖν ἀπέθανε κατὰ σάρκα ὑπὲρ ἡμῶν, ὡς ἄνθρωπος, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων ὡς θεός· καὶ ὥσπερ τοῖς γεγονόσι καὶ ὑπὸ ζυγὸν καταπεφυγμένος, διὰ τὴν ἀνθρωπότητα, καίτοι τῶν ὅλων κύριος ὤν, Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν πατέρα φησίν· οὕτω δι' ἡμᾶς ἑαυτὸν ἁγιάζει λέγεσθαι, ἵνα καὶ εἰς ἡμᾶς δραμόντος τοῦ πρόσφατος, ὡς ἐν ἀπαρχῇ τῆς ἀνακαινουμένης φύσεως, ἐν αὐτῷ καὶ ἡμεῖς ὦμεν ἡγιασμένοι ἐν ἀληθείᾳ, τοῦτ' ἔστιν, ἐν ἁγίῳ πνεύματι. τὸ γὰρ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια, κατὰ τὸν Ἰωάννην φωνεῖ· ἄλλο γὰρ ἕτερον παρὰ τὸν υἱὸν τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καπάγε τὸ ἐν οὐσίᾳ λόγον, ἅτε δὴ καὶ ἐν ἐκ αὐτοῦ τε ὑπάρχον καὶ δι' αὐτοῦ πρόιον. ἀπεσταλῆσθαι δέ φησιν εἰς τὸν κόσμον, καίτοι πρὸ τοῦ εἶναι θεσπεσίως ὢν ἐν αὐτῷ.

ἰῶ γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ, εἰ καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω, καθὼς γεγραμμένον, τὴν δὲ ἀποστολῆς ἕνεκεν οὐχ ἑτέρως ἁγιάζῃ σημαίνων, ἢ ὅτι κέχρισται τοῦ ἁγίου πνεύματος, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ τῆς μεγάλης βουλῆς πέφηνεν ἄγγελος, καὶ ὁμοιότητα λειτουργίας τοῦ Φωτὸς. καὶ μιμουμένους ἑαυτοὺς τοὺς ἐκλεκτοὺς λέγων τοὺς μαθητὰς, καὶ ἀπεστάλθαι πρὸς αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ διαγγελοῦντας τῷ κόσμῳ τὸ διαγγελικὸν καὶ θεῖον κήρυγμα, δεῖσθαί φησιν αὐτοὺς ἁγιάζεσθαι τῷ ἀληθείᾳ τὸ ἐμφυσᾶν, ἵνα καὶ δυνώνται τὴν τῆς ἰδίας ἀποστολῆς ἀρίστα τε καὶ νεανικῶς διαπερᾶναι δρόμον.

A In mundo enim erat, quamuis eum mundus non agnouerit, vt scriptum est, missionis modum non aliter factum esse significans, quàm quòd vnctus est à sancto Spiritu, quatenus homo factus est, & MAGNI CONSILII ANGELVS extitit, ad similitudinem ministerij Prophetici. Ad imitationem autem sui ordinatos esse dicens suos discipulos, & à se missos esse vt mundo annunciarent Euangelicam ac cælestem prædicationem, opus esse ait eos in veritate B sanctificari vt & missionis suæ cursum præclarè & strenuè possint peragere.

ΚΕΦΑΛ. ια'.

Ὅτι φυσικῶς ὁ υἱὸς ἓν ἐστὶ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα Θεὸν, καὶ αὐτὸς μὲν ἐν πατρὶ, ὁ πατὴρ δὲ ἐν αὐτῷ, καθά γε τὸν οὐσιώδη τῆς ἑνότητος σύνδεσμόν τε καὶ τρόπον· ὁμοίως δὲ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ πίστει εἰς αὐτὸν τῷ θείῳ ἀγαθῷ μιμοι πίστιν, ἓν πρὸς ἀλλήλους καὶ Θεὸν αἰσθανόμενα, σωματικῶς τε καὶ πνευματικῶς.

CAPVT XI.

Quòd naturaliter Filius vnum sit cum suo Patre Deo, & ipse quidem in Patre, Pater autem in ipso, secundum essentialem nimirum vnitatis copulam ac modum: similiter verò & nos ipsi fidem in eum amplexi, vnum inter nos & cum Deo efficimur, corporaliter & spiritaliter.

Οὐ περὶ τούτων ἐρωτῶ μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν πιστευόντων διὰ τοῦ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμὲ, ἵνα πάντες ἓν ὦσι, καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοί· ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν· ἵνα ὁ κόσμος πιστεύσῃ ὅτι σύ με ἀπέστειλας.

v. 20. & 21. *Non proeis autem rogo tantùm, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu Pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus quia tu me misisti.*

Ἀπαρχὴ μὲν ὥσπερ τῶν ἀναπλαττομένων εἰς καινότητα ζωῆς πέφηνεν ὁ Χριστὸς καὶ πρῶτος αὐτὸς ἄνθρωπος οὐράνιος. καί πού τοι τοῦ Παύλου φωνῇ· ὁ δεύτερος Ἀδὰμ ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ· διὰ τοῦτο καὶ ἔφασκε, καὶ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰμὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. πρωτεύων δὲ τῇ ἀπαρχῇ, καὶ πολὺ μᾶλλον τῶν ἑτέρων πλείονες εἰ πρῶτοι πρὸς μαθητείαν ἐξελεγμένοι, καὶ θεαταὶ τῆς ἐλάττονος ἀξίωμα, οἱ καὶ αὐτόπται καὶ ἀκοῇ μεμαθηκότες τῆς δόξης αὐτοῦ, προσεδρεύοντές τε ἀεὶ ἕως αὐτῷ διαπαντὸς ἕλκοντες ἀφελείας ἀπαρχὰς τὰ οἰκείας ψυχὰς συγκομίζοντες. ἦσαν οὖν ἄρα, καὶ εἰσὶ μὴν τὰ πρῶτα ὅλων καὶ ὑπὲρ πάντας κεφαλὴν τὸ τῆς ἐκκλησίας σῶμα τὸ, τὰ τίμιά τε καὶ ἀξιολογώτερα μέλη. καὶ γοῦν ἐπ' αὐτὰ τὴν ἁγίου πνεύματος εὐλογίαν, καὶ ἁγιασμὸν καταπέμπειν πρὸς τοῦ ἰδίου παιδὸς ἐρωτᾷ, δι' ἑαυτοῦ γὰρ πάντως· ἀγαθὸν γὰρ ἕτερος, ἐπειδὴ ὄντως αὐτὸς ἡ ζωὴ καὶ τὸ ἀληθὲς, καὶ δημιουργικὴ καὶ δραστήριος σοφία, καὶ δύ-

C Christus instaurandorum in nouitatẽ vitæ primitię, vt ita dicã, extitit, & primus ipse cælestis homo. Nã vt ait Paulus, *secundus Adam dominus est de cælo.* ideóque dicebat, *Et nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit Filius hominis.* propinquiores autem primitiis erant, & aliis longè viciniores qui primi electi sunt in discipulos, & qui dignitatẽ sequendi Christum nacti spectatores & oculati testes gloriæ eius extiterunt, quique ei assidui D fuerunt, & vnà cum eo versati sunt, atque vtilitatis primordium in se receperunt. Erant igitur, & sunt, post caput illud omnium & quod supra omnes eminet, corporis Ecclesiæ pretiosa membra atque dignissima. vnde super ea benedictionem per Spiritũ & sanctificationem à Patre demitti rogat, sed vtique per seipsum. nec enim id aliter fieri potest, cum sit ipse viuens, & vera, atque cunctipotens, & efficax sapientia ac vir-

1. Cor. 15. 47. Ioan. 3. 13.

tus

sus Patris. Sed ne quidam minùs æ-
qui sacrarum literarum interpretes te-
merè putent ad solos discipulos per-
tinere quod seruator in eos rogat illabi
Spiritũ, non autẽ ad nos, qui posteriores
illis simus, & maiores nostros, Dei & ho-
minũ mediator, ille aduocatus & Pon-
tifex nostrarum animarum stultas ho-
rum suspiciones præuertens necessario
subiunxit: *Non pro eis autem rogo tan-*
Ioan. 17. 20. *tum, sed & pro eis qui credituri sunt per*
verbum eorum in me. Etenim absurdum
quodammodo esset per vnum illum
primum, Adam nimirum, condem-
nationem in omnes dimanare, & fer-
re quidem terreni deformem imagi-
nem etiam eos qui non peccarunt, il-
lo ipso tempore videlicet quo tradito
sibi mandato primus parens excidit:
Christi verò aduentu, qui & cælestis
homo manifestatus est, non vicissim
omnes eius imaginem in se exprime-
re, qui per eum vocati sunt ad iu-
stitiam, nimirum per fidem. Quem-
admodum verò terreni deformem i-
maginem per figuras & formas cerni
dicimus, quæ & peccati sordes in se
habeant, & mortis atque corruptio-
nis infirmitatem, & voluptatis cor-
poreæ ac terreni sensus impuritatem,
sic contra fulgere putamus imaginem
cælestis, id est Christi, puritate &
integritate, & omnimoda incorruptio-
ne, vita, & sanctificatione. Fieri au-
tem non poterat vt nos qui semel ex-
cideramus ob prævaricationem in A-
dam in pristinum statum aliter reuo-
caremur, quàm si ineffabilis illius
participationis compotes efficeremur,
& vnionis cum Deo. sic enim ini-
tio natura hominis decorata fuit. v-
nio verò cum Deo non aliter in quo-
quam esse potest, quàm per sancti
Spiritus participationem, propriam
nobis sanctificationem inserentis, &
ad suam viram subiectam corruptio-
ni naturam reformantis, atque ita ad
Deum, & ad illius formam gloriâ istâ
priuatos reuocantis. Imago enim
Patris perfecta Filius est, similitudo
verò naturalis Filij est Spiritus eius.
Idcirco transformans in seipsum quo-
dammodo hominum animas, diuinam
eis similitudinem imprimit, & supremæ
omnium substantiæ effigiem insculpit.
Rogat igitur Dominꝰ noster Iesus Chr.
non pro duodecim tantũ discipulis, sed
potiùs pro omnib. qui diuersis tẽporib.

A ἀμὲς τ̃ ἡμῶν σωτῆρος αὐτῶν· ἀλλ' ἵνα μὴ λίαν τ̃ πρ̃ ὑ
λίαν ὑπτιάσειεν ἐπαίρῃ μεμυστικότων τῆς θεο-
πνεύστου γραφῆς οἰηθείη ἀξ ἐλευθερίας ὅτι μόνοις
κεκλῆσθαι τοῖς μαθηταῖς τ̃ τ̃ θείου πνεύματος κατα-
φοίτησιν, τοῦτ' ἔστιν ἡμῶν τ̃ μετ' ἐκείνους δη-
λονότι ἐ ὁ τῶν ὅλων γενόμενος κτίστης, ὁ Θεοῦ
καὶ ἀνθρώπων μεσίτης ὁ πολυάκλητος, ἐ ἀρχι-
ερεὺς τ̃ ἡμετέρων ψυχῶν, αἱμαλγέως καὶ τοῖς τ̃ ἰδιώ-
των τὸ σφοδρὸν ἀποσκεδάζων ὑποψιάτους ὑποτοπίας, τοῖς
εἰρημένοις ἐπήνεγκε δ τὸ παρακείμενον, τοῦτ' ἔστιν, ὃ
τοῖς τούτων ἢ ἐρωτῶ μόνον. ἀλλὰ καὶ τοῖς τ̃ πιστευ-
όντων διὰ τ̃ λόγου αὐτῶν εἰς ἐμέ. καὶ γὰρ ἰδοὺ πως
ἄτοπον, δι' ἑνὸς μόνου τοῦ πρώτου, φημὶ δὴ τ̃ Ἀδάμ,
δύνασθαι ὅλη πολλὰς τ̃ κατ' ἐκεῖνον, ἐ φορέσαι μὲν
τοῦ χοϊκοῦ τ̃ ἀπεξοπάτιον εἰκόνα ἐ τοὺς μὲν ἁμαρ-
τήσαντας, κατ' ὀκφλον ἢ ἄλλον ὅτι κτιστόν, καθ' ὃν
ὁ πρωτόπλαστ τ̃ αὐτοῦ ἀθλίοις πτῶμασιν ἐξέθη-
λῆς· ὑπενδημήσαντος ἢ τοῦ Χριστοῦ, ὃς δὴ καὶ πέ-
φηνεν ἐπουράνιος ἀνθρωπος, μὴ ἐ τ̃ αὐτὸ πάλιν
εἰκόνα συμπαθοῦς αἱμαπλεκῆ τοῖς δι' αὐτὸ κε-
κλημένοις εἰς δικαιοσύνην, πρόδηλον ἢ ὅτι πλὴν
ἐκ τ̃ πίστεως. ὥσπερ ἢ τοῦ χοϊκοῦ τ̃ ἀκαλλεξάτην
εἰκόνα, ἀφ' τύπων ὁρᾶσθαί φαμὲν, καὶ ἰδίας
τοιαύτης, ἥ ἐ τ̃ ἀμυρίας ἔχει τ̃ ῥύπον, ἐ θανά-
του, ἐ φθορᾶς τ̃ ἀσθενείας καὶ φιληδονίας σαρκικῆς
καὶ φρονήματος ὑπερηφάνου τ̃ ἀκαθαρσίαν, ὕτως αὖ
πάλιν ἀφαρπάσειν οἰόμεθα τ̃ εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου,
τοῦτ' ἔστι Χριστοῦ, καθαρότητι ἐ εἰλικρινείᾳ, τῇ
κατ' αὐτὸν ὁποιωῦν ἀφθαρσίᾳ καὶ ζωῇ, καὶ ἁγιασμῷ·
ἀλλ' ἰδοὺ ἕτερος ἀμήχανον εἰς ὅ ἀπ' ἀρχῆς ἡμᾶς
ἀνακομίζεσθαι καλλίστοις τοῖς ἅπαξ ἐκπεπλεκόσι,
ἀφ' τ̃ ἐκ τοῦ πρώτου πλάσεως, εἰ μὴ τ̃ ἀῤῥή-
του κοινωνίας ἐτύχομεν, καὶ τῆς ἑνώσεως τῆς πρὸς
Θεόν· ὕτω γὰρ καὶ ἐκ ἀρχῆς ἡ τ̃ ὅλης διεκοσμή-
θη φύσις· ἕνωσις δὲ ἡ πρὸς Θεὸν ἄλλ ἑτέρως ἀῤ
ὑποστάσεως ἔχει, ἡ ἀφ' τῆς μετουσίας τ̃ ἁγίου
πνεύματος τ̃ ἰδίας ἰδιότητος ἐλλάμποντος ἡμῖν τ̃ ἁ-
γιασμόν, καὶ εἰς τ̃ ἰδίαν ἀναπλάττοντος ζωὴν τὴν
ὑποποιουμένην τῇ φθορᾷ φύσιν, ὕτω τε πρὸς τὸν
Θεὸν καὶ πρὸς τ̃ ἐκείνου μόρφωσιν ἐπωφελοῦντος ἔ
τ̃ ὅτι τούτου δόξης ἐστερημένον. εἰκὼν μὲν γὰρ ἀ-
κριβὴς τοῦ παντὸς ὁ υἱὸς, ὁμοίωσις ἢ φυσικὴ τοῦ
υἱοῦ ἔ πνεῦμα αὐτοῦ. ἀφ' ὅπερ τοῦτο μεταπλάττον
ὥσπερ εἰς ἑαυτὸ πως τ̃ αἰθρώπων ψυχὰς, τ̃ ἰδίαν
αὐτοῖς ἐγχαράττει μόρφωσιν, καὶ τ̃ ἀνωτάτω πα-
σῶν οὐσίας ἀποσημαίνεται τ̃ εἰκονισμόν. ἐρωτᾷ τοι-
γαροῦν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὐχ ὑπὲρ
μόνων τῶν δυοκαίδεκα μαθητῶν, μᾶλλον ἢ πολλῶν, οἱ δὴ καὶ τὸ ἐκάστοις ἔμελλον κτίσεις, πῶς

πρὸ αὐτῶν μελητέον, εἶχεν τε ὑποπλήθειν A eorum sermonibus credituri erant, quibus auditores ad recipiendam sanctificationem illam per fidem, & ad purgationem quæ perficitur. Petitionem verò suam nobis quidem obscuram relinquendam putauit, vt hinc profectò disceremus, quales nos esse deceat, & quam iustitiæ viam insistere ad eius implendam voluntatem. Quis ergo, aut qualis est petitionis modus? *Vt sint vnum*, inquit, *sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint.* Charitatis igitur, & concordiæ, pacisque vinculum petit, quo ad vnitatem spiritalem fideles adducantur, adeò vt naturalis & substantialis vnitatis, quæ in Patre nimirum & Filio intelligitur, characteres imitentur consensionem voluntatum nimirum in omnibus & animorum ad vnitatem concursum. Neque verò tantam vim tantumque charitatis & consensionis in nobis vinculum posse esse dicimus, vt identitate substantiæ per omnia æqualiter vniti, modum vnionis Patris & Filij exprimamus. hæc enim naturalis est, ac vera, & hypostaticè considerata: illa, veræ vnionis formam imitatur. quî enim fieri potest, vt penitus æqualia sint archetypis exemplaria? Nam veritatis imitatio eadem cum ipsa veritate non censetur, ac tametsi specie tenuseædem appareant, non parum tamen inter se differunt. Cum ergo hæreticus sibi persuadet euertere se posse naturalem cum Deo ac Patre Filij identitatem, & hinc existentem eius vnitatem, tum ad asserandam confirmandamque suam temeritatem nos in medium adducit, inquiens: Quemadmodo nos non identitate corporum, nec animarum in alteram commixtione vnum sumus omnes, sed affectu charitatis, atque concordia & in Dei voluntatem consensione: sic & Filius vnum est cum Patre. nos ignarum illum & imperitum repellamus. Cur ita? Nempe quia fieri nequit vt quæ supra nos sunt nostram conditionem sequantur, & quod est incorporeum necessitati corporum subiaceat, nec paria sint humana diuinis. Nam si nihil inter nos & Deum est discriminis, diuina nostris metiamur: sin autem incomprehensibile est interuallum cur na-

λόγοις * παρεμποιοῦσι τοῖς ἀκροωμένοις πρὸς ἁγιασμοῦ τὴν διὰ πίστεως καὶ πρὸς ἀποκάθαρσιν τὴν συντελουμένην διὰ τῆς πνεύματος μετοχῆς. τὰ δὲ γε τῆς αἰτήσεως, οὐδὲ ἡμῖν αὐτοῖς ἀσυμφανῆ καταλιπεῖν ᾠήθη δεῖν· ἵνα δὴ διὰ τοῦτο μάθωμεν, ὁποίους ἡμᾶς ὀφείλει παρεῖναι, καὶ τίνα δικαιοσύνης ἰέναι πείσει πρὸς ἀποπλήρωσιν τῶν ἐπιτηδείων αὐτῷ. τίς οὖν, ἢ ποῖος ὁ τῆς αἰτήσεως ἐστιν τρόπος; ἵνα, φησὶν, ἓν ὦσι, καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοί, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἓν ὦσιν· ἀγάπης οὖν καὶ ὁμοιότητος καὶ εἰρήνης σύνδεσμον ἅπασι συλλαμβάνοντα πρὸς ἑνότητα τὸ πνευματικὸν τοῖς πιστεύουσιν, ὡς τῆς φυσικῆς τε καὶ ὑποστατικῆς ἑνότητος, προδηλον ὅτι τὸ ἐν πατρὶ καὶ ἐμοὶ ἑνὸς, ἀπομιμεῖσθαι τοῖς χαρακτῆρας, τὸ συναινέσαι τῇ τοῦ πάντα, καὶ ἀδιάστατον πάντων ὁμοψυχίας εἰς ἑνότητα συνδρομήν. ὅτι δὲ καὶ πάντως φιλονεικήσει τὸ ἐν ἡμῖν ἀγάπης σύνδεσμος καὶ τῆς ὁμοιότητος λέγωμεν, εἰς ὃ ἅπαντες ἔχθρα ἀπροσδιάλακτος, ὡς αὐτοῦ ἐστιν ὁ πατήρ τε καὶ ὁ υἱὸς, τὸ τῆς ὑποστατικῆς ταυτότητι, τὴν τῆς ἑνότητος ἀποσώζοντες ἔτυπον. λέγω γὰρ νοεῖσθαι φυσικήν τε καὶ ἀληθῆ, καὶ τὸ πρὸς τῆς ὑπαρξέως λόγῳ θεωρουμένην· λέγω δὲ τὴν δηλοῦσαν ἑνότητος ὑποκείμενα σχῆμα. πῶς γὰρ ἂν εἴην τὸ ἴσον πάντα πάντως τοῖς ἀρχετύποις τὰ αἰτήματα; ἐπεὶ μὴ ταυτὸν εἰς νόησιν, τοῦτο δηλῆσαι αὐτῷ τὴν ἀληθείας μόρφωσις· ἀλλ' εἰ καὶ ἴσοις μὲ ὀφθαλμοῖς σχήμασι, διεστήκασί γ' οὖν ὅμως οὐκ εὐτυχοῦντες διαφορᾶς. ὅταν οὖν αἱρετικὴ τις τὴν ἑτεροδόξων ἀναστρέψειν διάνοιαν τῷ πρὸς Θεὸν καὶ πατέρα ταυτότητα φυσικὴν, καὶ τὴν ταυτοῦσθαι ἑνότητα τοῦ ἑνὸς, εἶτα πρὸς ἀπόδειξιν καὶ ὀχυρότητα τῆς ἑαυτῆς δυσβουλίας τὰ καθ' ἡμᾶς προσκομίζη λέγων· ὥσπερ ἡμεῖς οὐ τῇ τῶν σωμάτων εἰς ἓν νοουμένῃ ταυτότητι, ἀλλ' οὐδὲ διὰ τὴν εἰς ἀλλήλους ἀναπνοιακρᾶσιν τῶν ψυχῶν, ἓν ἐσμεν οἱ πάντες, ἀλλὰ φρονήσει καὶ διαθέσει τῇ πρὸς ἀγάπην ταυτοβουλίᾳ, καὶ συναινέσει τῇ εἰς ὃ θέλημα τοῦ Θεοῦ, ὕτω καὶ ὁ υἱὸς ἓν ὢν πρὸς τὸν πατέρα. προσοκλῶμεν δὴ πάντως ἀμαθῆ ὄντα, καὶ ἀσύνετον κομιδῆ. διὰ τί γὰρ πολὺ αἰτίαν; ἐπεὶπερ ἀνάγκη πάντως ἀκολουθῆσαι τοῖς καθ' ἡμᾶς τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, ἀλλ' οὐδὲ τῶν σωμάτων διάστημα ὂν ἀσώματον, ὅτε μὲν τοῖς ἀνθρωπίνοις ἔφασαν τὰ τοῦ Θεοῦ. εἰ μὲν γὰρ ὂν διάφορον οὐδὲν ἢ ἀπομειοῦσθαι ὅλως εἰς διαφορὰν ἡμᾶς τε καὶ Θεὸν, νοείσθω καὶ καθ' ἡμᾶς τὰ τοῦ Θεοῦ. εἰ δ' ἄρα παλαιόν τι τὸ μεσολαβοῦν διείργειν, τί πρὸς ἡμετέρας φύ-

B

C

D

E

turæ noſtræ defectus regulam ac normam Deo præfiniunt, ex iis quæ noſtræ facultatis non ſunt, neceſſitati ſubiicientes naturã omni neceſſitate ſuperiorem, rem autem abſurdiſſimam facere comperientur. Ab exemplaribus enim archetypa, & imitationis ſimilitudine veritatem effingunt, primis ſecundum & ſecundis primum locum tribuentes. Sed ne his ſtudioſiùs inſiſtendo extra locum propoſitum diuagari videamur, illud rurſus neceſſario dicemus, Chriſtum ſubſtantiali vnitate quam habet Pater cum ipſo, & ipſe cum Patre, in typum & imaginem indiuulſæ amicitiæ & animorum conſenſionis aſſumpta, nos quoquè inuicem quodammodo coagmentari velle, in virtute nimirum ſanctæ & conſubſtantialis Trinitatis, vt vnum quidem intelligatur vniuerſum Eccleſiæ corpus, duorum populorum coitione & concurſu ad vnius perfecti conſtitutionem euectum in Chriſto. Nam vt Paulus ait, *ipſe eſt pax noſtra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ ſoluens, inimicitias in carne ſua: legem mandatorum decretis enacuans, vt duos condat in ſemetipſo in vnum nouum hominem, faciens pacem, & reconciliet ambos in vno corpore, Deo per crucem, interficiens inimicitias in ſemetipſo*: quod vtique factum eſt fidelibus inter ſe conſentientibus, & vnum veluti cor per ſummam pietatis ſimilitudinem & obedientiam fidei animũq; virtutis amantẽ conſecutis. Et hæc quidem ego non extra ſcopum, ſed congruenter potiùs dicta eſſe arbitror. Verùm cum loci huius ratio quodammodo nos adigat vt penitiùs illum ſcrutemur, tum nos ad id maximè Seruator inſtigat, dicens: *Sicut tu Pater in me, & ego in te, vt ipſi in nobis vnum ſint*: conſiderandum eſt imprimis quid de his dicere ſit operæpretium. In ſuperioribus enim diuinæ vnitatis rationem, & ſubſtantialem ſanctæ Trinitatis identitatem, ac perfectiſſimam connexionem non abs re imitandam eſſe diximus per vnionem illam concordiæ & conſenſionis fidelium inter ſe. Hìc verò conſtitutũ nobis eſt oſtendere naturalem quoque eſſe vnitatem, per quam & nobis inuicẽ & omnes Deo coniungimur, ne mutua quidem forſan cor-

Eph. 2. 14.

A σας ἡδονὰς παρεχούσα καὶ ταῦτα ὁσίοις τῷ Θεῷ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἀδυνάτων, αὐτάρκως ἔχοντες τὴν ἀπάσης αὐτάρκειας κρείττονα φύσιν, ἀξίωμα ἢ αὐτὴ πρᾶγμα ἁρμόττες ἀπεπόν τι καὶ ἀλογώτατον. ἀπὸ γὰρ τῶν ἰσοτύπων τὰ ἀρχέτυπα, καὶ οὐκ ἀπὸ τῶν καθ' ὁμοίωσιν ὁμοιότητος τὴν πρώτην τὰ δευτέρων ἀναπλήρωσιν τοῖς μετ' ἐκεῖνα παρέξειν τὴν τάξιν προσήκοντα. Ἀλλ' ἵνα μὴ λίαν τοῖς περὶ τούτων ἐμφιλοχωρεῖν λόγοις ἔξω τοῦ προκειμένου ἱέναι δοκῶμεν, ἐκεῖσε δὴ πάλιν αὖθις ἐπανέλθωμεν, ὡς εἰς εἰκόνα καὶ τύπον τῆς ἀδιαφαίρετου φιλίας τε καὶ ὁμονοίας καὶ ἑνότητος, τῆς εἰς ὁμοψυχίαν κοινωνίας, τὴν ὑποδεῖξαι βουλομένου ἑνότητα Χριστὸς, ὡς ἔχει μὲν ὁ πατὴρ πρὸς αὐτὸν, αὐτὸς δὲ αὖ πάλιν πρὸς τὸν πατέρα, συνδυακρινᾶσθαι τρόπον διὰ τῶν ἡμᾶς δηλοῖς βούλεται, εἰ δυνάμει δηλονότι τῆς ἀγάπης τε καὶ ὁμοιοσίου τειάδος, ὡς ἓν κοσμᾶσθαι σύμπαν τὸ ἐκκλησίας σῶμα, δι' ἀμφοδου καὶ συνδρομῆς τῶν δύο λαῶν εἰς ἑνὸς τελείου σύστασιν διαβαίνον εἰς Χριστόν. ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησιν, αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἓν καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας, τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας, ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ, εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάξῃ τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι τῷ Θεῷ διὰ τοῦ σταυροῦ, ἀποκτείνας τὴν ἔχθραν ἐν αὐτῷ· ὃ δὴ καὶ τετελεσμένον, τῶν πεπυσμένων εἰς Χριστὸν ὁμοψυχησάντων ἀλλήλοις καὶ καρδίας ἀναλαβόντων οἱονεὶ μίαν, διὰ τοῦ εἰς ἀπεπὸν ἐμφερείας τὸ κατ' ἀξίωσιν, καὶ τὸ τῆς πίστεως ἐπαναχοῦς, καὶ φιλαδέλφου φρονήματος. καὶ τοῦτ' μὲν ἔγωγε σκοπὸς τῆς παρούσης, οὐκ ἀποδιόντως γ' μᾶλλον νῦν εἰρῆσθαι νομίζω. ὅπως δ' ἂν τὴν προκειμένων ἡ διάμετρος ἐπιδιάζεταί πως ἡμᾶς βαθυτέρων μὲν εἴσω θεωρημάτων, * σαφῶς δ' ἴσως μάλιστα καὶ ὁ Σωτὴρ εἰπὼν· καθὼς σὺ πάτερ ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν σοί· ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ὦσι. πρεπόντως, θρητέον δ' μάλα, τίνα δὴ ἄρα προσοικεῖ καὶ τὸ ὅτι τούτοις ἡμᾶς ποιήσασθαι λέγει. ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἤδη προκεχυκόσι τὴν θείας ἑνότητος τρόπον καὶ τὴν ὑποδεῖξαι τὴν ἀγάπης τειάδος ταυτότητα, καὶ τὴν εἰσάπαν ἀναπλοκὴν ἀπομιμεῖσθαι δεῖν οὐκ ἀσυνέτως ἐλέγομεν, τὴν καθ' ὁμόνοιαί τε καὶ ὁμοψυχίαν τῶν πεπυσμένων ἕνωσιν. ἐν δὲ τούτοις ἤδη πως καὶ φυσικὴν τὴν ἑνότητα δηλοῦσθαι καταδιάζομεν, καθ' ἣν ἡμεῖς τε ἀλλήλοις καὶ οἱ πάντες Θεῷ συνδούμεθα, οὐδὲ τῆς ἑνότητος τὴν χύσιν καὶ ἀφανισμὸν παρὰ-

B

C

D

E

* θεωρεῖ.

φημὶ τὴν εἰς ἀλλήλους, εἰ καὶ τῇ τῶν σωμάτων διαφορᾷ διεστήκαμεν, ἑκάστου τῶν καθ' ἡμᾶς πρὸς ἰδίαν ὑπαρξιν ὑποστάσεως, καὶ ἐνότητος. ἢ γὰρ δὴ εἴη τις ἂν λέγοιτο τυχὸν Παῦλος μὲν ὁ Πέτρος, Πέτρος δὲ αὖ πάλιν ὁ Παῦλος, εἰ μὴ τῷ ἕνα τῆς ἁγίας Τριάδος Χριστὸν ἑνώσεως ἕνεκα ἄμφω νοεῖσθαι. Σκοπῶ δὲ μοι λογιζομένῳ τὴν φυσικὴν ἑνότητος, ὅτι τε παῖς ἐστὶ μονογενὴς, δῆλον ἔστιν ὅτι καὶ ἁγίᾳ πνεύματι· μία γὰρ θεότης ἐν ἁγίᾳ τριάδι πιστεύεται καὶ δοξάζεται· φέρε δὴ πάλιν διασκεψώμεθα, πῇ ἡνωμένος καὶ ἡμῖν αὐτὸς καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐν σωματικῶς τε καὶ πνευματικῶς καὶ πρὸς Θεὸν βλεπόμεθα. Σκοπῶ δὲ ἐξ αὐτῆς ἀναλήψεως λέγω τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ παιδὸς ὑσίας ὁ μονογενὴς, ἁλόν ἔχων ἐν ἰδίᾳ φύσει τὸ ἡνωμένον, γέγονε σὰρξ, κατὰ τὰς γραφὰς, ἀναμιγνὺς ὡσανεὶ ἑαυτὸν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, διὰ τὴν ἀφράστου σὺν ὁδοῦ τε καὶ ἑνώσεως τὴν πρὸς τὸ σῶμα ζυλὴ τὸ ἀπὸ τῆς γῆς, ὕστερον ὁ φύσει Θεὸς κατὰ μυστικόν τε καὶ λεγόμενον ἀληθῶς ἄνθρωπος, ὁ θεοφόρος καθ' ἡμᾶς τὴν ἀκριβῶς ὁ σωτὴρ τὸ μυστήριον βαθὺς· ἀλλ' ὁ αὐτὸς Θεός τε καὶ ἄνθρωπος ὤν, ἵνα τὰ πολὺ διωρισμένα κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν ἀληθῆ ὁμοφυΐας ἔκστασιν σὺν ἑνώσας ὡσανεὶ ἐν ἑαυτῷ, ἑνὸς δὲ φύσεως καινωνόν τε καὶ μέτοχον ἀποδείξῃ τὸν ἄνθρωπον. διαβέβηκε γὰρ καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς διὰ τὸ πνεύματος καινωνίαν καὶ διαμονὴν τὴν ἐγχωροῦσαν διὰ Χριστοῦ, ἐν ὁ καὶ πρὸς τοῦτο Χριστῷ, ὅτι καθ' ἡμᾶς γέγονε, τοῦτ' ἔστιν ἄνθρωπος, γελόμενός τε καὶ ἁγιαζόμενος, εἰ ἔστι φύσει Θεὸς, καθὸ πέφηνεν ἐκ παιδὸς, αὐτὸς τῷ ἰδίῳ πνεύματι τὸ οἰκεῖον ἁγιάζων ναὸν, καὶ τὸ δι' αὐτοῦ γενόμενον ἅπασιν κτίσιν, ἣν ὡσανεὶ τρέπει ὁ ἁγιάζεσθαι. Σκοπῶ δὲ ὡσανεὶ τις ἀρχὴ ἐν ὁδὸς τοῦ καὶ ἡμᾶς πνεύματός τε ἁγίου μεταλαχεῖν, καὶ τὸ πρὸς Θεὸν ἑνώσεως ὅθεν Χριστῷ κατέστη μυστήριον· ἁγιαζόμεθα γὰρ οἱ πάντες ἐν αὐτῷ, κατὰ γε τὸ πᾶν προφερόμενον τρόπον. ἵνα δὴ νῦν εἰς ἑνότητα τὸν ὡς πρὸς Θεὸν καὶ ἀνθρώπους συνίωμέν τε καὶ συνανακιρνάμεθα ἐκ ἡμεῖς αὐτοὶ, κἂν τῇ καθ' ἕκαστον νοουμένῃ διαφορᾷ διεστῶτες εἰς ἰδιότητα ἐκ ψυχαῖς καὶ σώμασιν, ἐμηχανήσατο ἵνα τρόπον ὁ μονογενὴς, διὰ τὸ αὐτοῦ πρεπούσης ἐπιγνώμονα σοφίας, ἐκ βουλῆς τοῦ παιδὸς· εἰς γὰρ σώματι, τῷ ἰδίῳ δηλαδὴ, τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας ἐκλογῶν, διὰ τὸ μυστικῆς μεταλήψεως, ἑαυτῷ τε συναπτόμενος ἐκ ἀλλήλοις ἀποτελεῖ. τίς γὰρ αὖ καὶ διέλοι ἐκ τὸ εἰς ἀλλήλους φυσικῆς ἑνώσεως ἐξοικειῶ,

porum vnione destituti, licet corporum differentiâ discrepemus, cum vnusquisq; nostrum circũscribatur, & in propria sit hypostasi. nec enim Paulus, exempli gratia, esse aut dici potest Petrus: nec contrà Petrus esse aut dici Paulus, licet ratione vnionis propter Christum vnum ambo censeantur. Quare cum vnam esse naturalem vnitatem Patris, & Filij, sanctique Spiritus in confesso sit apud omnes, (vna enim diuinitas in sancta Trinitate creditur, & glorificatur) age rursus consideremus, quo pacto etiam nos ipsi & inter nos vnum esse corporaliter, ac spiritaliter, & cum Deo comperiamur. Igitur cum ex ipsa Dei ac Patris substantia effulserit vnigenitus, totumque habeat in sua natura genitorem, factus est caro, iuxta scripturas, seipsum quodammodo nostræ immiscens naturæ per ineffabilem vnionem & coniunctionem cum hoc terreno corpore, atque ita ille naturâ Deus audiit ac verè extitit cælestis homo, non Deifer, vt sibi nonnulli persuadent, qui mysterij altitudinem minus exactè capiunt: sed idem Deus & homo cum sit, vt in seipso quodammodo vnitis quæ plurimum naturâ distant inter se, naturæ diuinæ consortem redderet hominem, atque participem. In nos etenim ipsos communicatio Spiritus etiam dimanauit, manſitque in nobis, facto per Christum & in primo Christo initio, cum nobis similis, id est homo factus, vnctus & sanctificatus intelligatur, licet naturâ sit Deus, quatenus apparuit ex Patre, ipse suo Spiritu suum templum sanctificans, & omnem per eum factam creaturam, in quam cadit sanctificatio. Quare initium veluti quoddam & via quâ Spiritus participes fieremus & cum Deo vniremur, Christi mysterium extitit: omnes enim in illo sanctificamur, eo modo quem ante diximus. Vt ergo ad vnitatem cum Deo & inter nos contenderemus, atque nos vnà commiscueremur, licet corporibus & animis alij ab aliis differamus, rationem quandam excogitauit vnigenitus, per conuenientem sibi sapientiam & consilium Patris. Vno enim corpore, suo nimirum, credentes in se benedicens per mysticam communionem, cum eos sibi, tum etiam inter se concorporales efficit. Quis enim eos qui per vnum il-

lud ſanctum corpus ad vnitatem cum Christo coniuncti ſunt, diuiſerit & à naturali inter ſe vnione remouerit? Nam ſi omnes de vno pane participamus, vnum omnes corpus efficimur. Christus enim diuidi nequit: Ideóque & Christi corpus nuncupata eſt Eccleſia, nos autem particularia eius membra, iuxta Pauli ſententiam. Vni enim Christo per ſanctum eius corpus omnes vniti maximè, cum eum vnum & indiuiſibilem in noſtris corporibus ſumamus, ei potiùs quàm nobis noſtra membra debemus. Quòd autem Seruatore in caput conſtituto reliquum corpus Eccleſia vocetur, tanquam ex membris ſingulorum compoſitum, Paulus demonſtrabit dicens: *Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, in aſtutia ad circumuentionem erroris. veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput Chriſtus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iunctúram ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram vnius cuiuſque membri augmentum corporis facit in ædificationem ſuì in charitate.* Vnionem verò illam corporalem cum Christo nos conſequi, quotquot ſanctæ eius carnis ſumus participes, rurſum teſtabitur Paulus, de myſterio pietatis dicens: *Quod aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum, ſicuti nunc reuelatum eſt ſanctis Apoſtolis eius & Prophetis in Spiritu, gentes eſſe coharedes & concorporales & comparticipes promiſſionis in Chriſto* IESV. Quòd ſi concorporales ſumus omnes inter nos in Christo, neque ſolùm inter nos, ſed & ei nimirum qui in nobis eſt per ſuam carnem: quomodo non iam apertè vnum ſumus omnes, & inter nos, & in Christo? Christus enim eſt vnitatis vinculum, cum idem ſit Deus & homo. De vnione verò ſpiritali eandem viam ſequentes dicemus rurſus, nos omnes, accepto vno & eodem Spiritu, ſancto nimirum, commiſceri quodammodo & inter nos, & cum Deo. Licet enim multi ſeorſim ſimus, & in vnoquoque noſtrum Chriſtus Spiritum Patris ac ſuum inhabitare faciat, vnus tamen eſt ac indiuiſibilis ì, qui ſpiritus inuicem diſtinctos quatenus ſingulariter ſubſiſtunt, in vnitatem colligit per ſeipſum, & omnes

1. Cor. 10. 17.

Eph. 4. 14.

Eph. 3. 5.

A τοὺς δ' ἑνὸς τοῦ ἁγίου σώματος τοῖς ἑνότητα πρὸς τὸν Χριστὸν ἀναδησομένοις; εἰ γὰρ οἱ πάντες ἐκ τοῦ ἑνὸς ἄρτου μετέχομεν, ἓν οἱ πάντες ἀποτελούμεθα σῶμα. μερίζεται γὰρ οὐκ ὁ Χριστὸς τοῦ Χριστοῦ. διὰ τοῦτο καὶ σῶμα Χριστοῦ καλεῖται ἡ ἐκκλησία, μᾶλλον ἢ καθ' ἡμᾶς ἀπὸ μέρους, καθ' ὃ τοῦ Παύλου σαφῶς. ἐπὶ γὰρ οἱ πάντες ἑνούμενοι τῷ Χριστῷ διὰ τοῦ ἁγίου σώματος, ἅτε διὰ τοῦτο ἓν λαβόντες καὶ ἀδιαίρετον τὸ ἰδίοις σώμασιν, αὐτῷ διὰ μᾶλλον ἢ καθ' ἑαυτοὺς τὸ ἴδιον χρεωστοῦμεν μέλη. ὅτι δὲ πεφυκότος τοῦ σωτῆρος εἰς κεφαλὴν, σῶμα δ' ἂν εἴη ἡ ἐκκλησία καλεῖται, καθάπερ ἐκ μελῶν τὸ καθ' ἕκαστον συναρμοσμένον, ἀποδείξει λέγων ὁ Παῦλος. ἵνα μηκέτι ὦμεν νήπιοι, κλυδωνιζόμενοι καὶ περιφερόμενοι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας ἐν τῇ κυβείᾳ τῶν ἀνθρώπων, ἐν πανουργίᾳ πρὸς τὴν μεθοδείαν τῆς πλάνης. ἀληθεύοντες δὲ ἐν ἀγάπῃ αὐξήσωμεν εἰς αὐτὸν τὰ πάντα, ὅς ἐστιν ἡ κεφαλὴ Χριστός· ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον καὶ συμβιβαζόμενον διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας, κατ' ἐνέργειαν ἐν μέτρῳ ἑνὸς ἑκάστου μέρους τὴν αὔξησιν τοῦ σώματος ποιεῖται εἰς οἰκοδομὴν ἑαυτοῦ ἐν ἀγάπῃ. ὅτι δὲ ἡ τοῦ σῶμα νοουμένου ἕνωσιν, φημὶ δὴ τὴν πρὸς Χριστὸν, οἱ τοῦ ἁγίου αὐτοῦ Πνεύματος μεταλαγχάνοντες ἀποκερδαίνομεν, μαρτυρήσει πάλιν ὁ Παῦλος περὶ τοῦ τῆς θεοσεβείας μυστηρίου λέγων, ὃ ἑτέραις γενεαῖς οὐκ ἐγνωρίσθη τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὡς νῦν ἀπεκαλύφθη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις αὐτοῦ, καὶ προφήταις τῷ πνεύματι, εἶναι τὰ ἔθνη συγκληρονόμα καὶ συμμέτοχα τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Χριστοῦ. εἰ δὲ σύσσωμοι πάντες ἀλλήλοις ἐσμὲν τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐχὶ μόνον ἀλλήλοις, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ δῆλον ὅτι πρὸς τὸ ἡμῖν ζητούμενον δηλοῖ τῆς ἰδίας σαρκός· πῶς οὐκ ἤδη σαφῶς ἐν ἐσμεν οἱ πάντες καὶ τοῖς ἀλλήλοις, καὶ τοῦ Χριστοῦ. Χριστὸς γάρ ἐστιν ὁ τῆς ἑνότητος σύνδεσμος Θεός τε ὑπάρχων τοῦ ὅλου καὶ ἄνθρωπος. πεῖ δέ γε τῆς ἑνώσεως τοῦ πνεύματι, τῇ αὐτοῦ ὡς ἂν τῆς θεωρημένης δηλοῦντες πεῖσον, ἐροῦμεν δὲ πάλιν, ὅτι πάντες ἓν καὶ τὸ αὐτὸ δεξάμενοι πνεῦμα, φημὶ δὲ τὸ ἅγιον, συναναχιρνάμεθα τρόπον τινὰ καὶ ἀλλήλοις καὶ Θεῷ. εἰ γὰρ καὶ πολλοῖς ἐσμεν ἡμῖν αἱ ἀπὸ μέρους, ἑκάστῳ τὸ τε τοῦ παντὸς καὶ τὸ ἴδιον οἰκοποιεῖ πνεῦμα Χριστὸς, ἀλλ' ἔν ἐστι καὶ ἀμέριστον, τὰ τῶν ἀλλήλων ἑνότητος δεσμεῖον πνεύματα, καθό γε τὴν καθ' ὑπόστασιν ἰδιότητα, συνέχον εἰς ἑνότητα, δι' ἑαυτοῦ καὶ ὡς ἓν, τὰ τοὺς πάντας

ζας ἀναφαίνεται ποιοῦν τὸ ἑαυτῷ· ὥσπερ γὰρ τῆς ἁγίας σαρκὸς ἡ ἐνεργὸς δύναμις συναιρόμενος ἀποτελεῖ τοὺς ἐν οἷς ἂν ἐγκύρσῃ, τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον, ἐν ᾧ τὸ πᾶσιν ἀμέριστον ἐνοικῆσαν πνεῦμα Θεοῦ πρὸς ἑνότητα τὴν πνευματικὴν συναγάγοις πάντας. διὸ τοῦτο πάλιν ἡμῖν ὁ θεσπέσιος προσφωνεῖ Παῦλος, ἀνεχόμενοι ἀλλήλων τῇ ἀγάπῃ, σπουδάζοντες τηρεῖν τὴν ἑνότητα τοῦ πνεύματος τὸ τῆς σῶν δέσμῳ τῆς εἰρήνης, ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, καθὼς καὶ ἐκλήθητε τὸ μιᾷ ἐλπίδι τῆς κλήσεως ὑμῶν. εἷς κύριος, μία πίστις, ἓν βάπτισμα, εἷς Θεὸς καὶ πατὴρ πάντων, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων, καὶ ἐν πᾶσιν. ἑνὸς γὰρ ἡμῖν ἐναυλιζομένου τοῦ πνεύματος, εἷς ὁ τῶν ὅλων πατὴρ ἐν ἡμῖν ἔσται Θεὸς διὰ υἱοῦ πρὸς ἑνότητα συνάγων, τὴν εἰς ἄλληλα καὶ πρὸς ἑαυτόν, τὴν τοῦ πνεύματος μέτοχα. ὅτι δὲ τῷ ἁγίῳ πνεύματι κατὰ μέθεξιν συνενούμεθα, δῆλόν που τοῖς ἔξω καὶ διὰ τούτου. εἰ γὰρ ἀφέντες τὸ πολιτεύεσθαι ψυχικῶς τοῖς τοῦ πνεύματος νόμοις τὸ εἰσάπαξ κρατεῖν παραχωρήκαμεν, πῶς οὐ πᾶσι τοῖς λοιποῖς ἀναμφίλεκτον, ὅτι τὴν ἰδίαν ὥσπερ ζωὴν ἀφησάμενοι, καὶ τοῦ συμπλακέντος ἡμῖν ἁγίου πνεύματος τὴν ἐπουράνιον ἀναλαβόντες μορφὴν, μετενηνόχαμεν εἰς ἑτέραν ὡς εἰπεῖν μεθαρμόσαντες φύσιν, οὐκ ἀνθρωποι μόνον, ἀλλὰ καὶ υἱοὶ Θεοῦ, καὶ θεοῦ χρηματίζοντες ἄνθρωποι, διὰ τὸ τῆς ἁγίας φύσεως ἀποφθάσαι καινωνοί; ἐν τοιγαροῦν τῷ πάντας ἐσμὲν τὸ πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι, ἓν δι' ἁπάντων καὶ τὴν καθ' ἕξιν ταυτότητα· χρεὼν γὰρ οἶμαι διαμεμνῆσθαι πάλιν τὸ ἀρχαῖς· καὶ τὸ μορφοῦσθαι τῇ κατ' ἀνάβλυσιν καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῇ ἁγίας σαρκὸς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ καινωνίᾳ τοῦ ἑνὸς καὶ ἁγίου πνεύματος, καθάπερ ἤδη προεῖρηται.

A velut vnum quid cerni facit in seipso. Quemadmodum enim sanctæ carnis virtus concorporales reddit eos in quib. ingesta sit, eodem, opinor, modo vnus in omnibus indiuisibilis inhabitans Dei Spiritus, ad vnitatem spiritalem omnes cogit. Idcirco nos rursus diuinus Paulus compellabat: *Supportantes inuicem in charitate, solicite seruare vnitatem spiritus, in vinculo pacis, vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & Pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus.* Vno enim diuersante in nobis Spiritu, vnus omnium Pater in nobis erit Deus per Filium, ad vnitatem mutuam & suam adducens ea quæ Spiritum participant. Quòd autem sancto Spiritui per participationem vniamur, hinc quoque quodammodo manifestum est. Nam si animali vita relicta Spiritus legibus semel obtemperauerimus, nonne patet omnibus nos vita quodammodo nostra relicta, & coniuncto nobis sancto Spiritu cælestem conformationem nactos in aliam quodammodo naturam transformatos, non iam homines tantum, sed & filios Dei ac cælestes homines nuncupari, ex eo quod diuinæ consortes naturæ sumus redditi. Vnum igitur omnes sumus in Patre & Filio, ac sancto Spiritu: vnum inquam, habitudinis identitate (reuocanda enim sunt in memoriam quæ initio diximus) vnum conformatione secundum pietatem, & communione sanctæ carnis Christi, & participatione vnius & sancti Spiritus, sicuti iam antea dictum est.

Εph. 4-4

ΚΕΦΑΛ. ιϚ'.

Οὐ κατὰ φύσιν ἐστὶν ὁ υἱὸς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα Θεὸν, καίτοι ὡς τὸ χρεῖττον μέρος δεξάμενος λέγῃ ὅπως εἶεν πρὸς τὸν πατέρα.

Καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι, δέδωκα αὐτοῖς· ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς ἡμεῖς ἓν ἐσμεν. ἐγὼ ἐν αὐτοῖς, καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν, ἵνα γινώσκῃ ὁ κόσμος, ὅτι σύ με ἀπέστειλας καὶ ἠγάπησας αὐτοὺς, καθὼς ἐμὲ ἠγάπησας.

Ὑποδηλοῦται δέ που καὶ φυσικὴν τὴν ἕνωσιν ἔχειν πρὸς πατέρα τὸν μονογενῆ, καθὸ καὶ γεγέννηται καὶ τὸν

CAPVT. XII

Quod secundum naturam vnum sit cum suo Patre Deo Filius, licet veluti gratia loco accepisse dicat vt sit vnum cum Patre.

V. 22. & 23. *Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Ego in eis, & tu in me, vt sint consummati in vnum, & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti.*

Substantialem ac naturalem vnionem habere cum Patre vnigenitum, rectè asserimus, quatenus & genitus est

vero generationis modo, & ex ipso esse intelligitur, atque in ipso, ideóque verissima identitate substantiæ vnum cum Patre censeri, quamuis ratione hypostasis diuersus videatur. Sed quoniam dispensationis, salutis, ac vitæ nostræ causa pristino suo loco quodammodo excidit, de æqualitate nimirum cum Deo ac Patre, videturque etiam vltra ignobilitatem detrusus (hoc enim significat Pauli dictum, *Exinaniuit semetipsum*) ideò qui olim & ab initio cum Patre erat, idipsum cum carne accipit, terreno hoc & fragili inuolucro, & humana forma, si secundum naturam suam consideretur, necessariò id quasi gratiæ loco exigente quod ei naturâ inest. Erat enim, & est in forma & æqualitate Patris. Quare cum non sit Deo ac Patri consubstantialis, neque eadem naturâ ex muliere assumpta caro, aut omnino illud ex virgine templum, tamen vbi semel in verbi corpus assumptum est, velut vnum tandem cum eo habitum est. Vnus enim Christus, & vnus Filius, postquam factus est homo. ideóque accipere censetur vnionem, in id etiam cum carne assumptus, quæ à se non habet vt cum Deo vnum sit. Atque vt breuius dicam, & clarius, sibi ipsi datum esse ait vnigenitus, quod datum est suæ carni. Datum autem omnino à Patre per ipsum in Spiritu. Modus enim vnionis cum Deo aliam viam non habet, licet de Christo forsan intelligatur, quatenus apparuit & vocatus est homo, vnione cum Spiritu, ineffabili coniunctionis ratione, sanctificata carne videlicet, atque ita ad vnionem sine confusione cum Deo verbo ipsâ ascendente, & per ipsum cum Patre, habitudine scilicet, nõ naturâ. Hanc ergo quæ data est mihi, inquit, abs te, ô Pater, gratiam & gloriam, vt nimirum vnum tecum sim, dedi eis, vt sint vnum, sicut nos vnum sumus. Vnimur enim inter nos, iis modis quos priùs diximus. vnimur & Deo. quo pacto verò, Dominus clarissimè nobis exposuit, suæque doctrinæ vtilitatem patefaciens, *Ego*, inquit, *in eis, & tu in me: vt sint consummati in vnum.* Est enim in nobis Filius, corporaliter quidem, vt homo, nobiscum commixtus & vnitus per Eulogiam mysticam: Spiritaliter autem Deus, sui Spiritus virtute & gratia spiritum qui in nobis est instaurans ad no-

Ioan. 17. 23.

A δέδοται τῆ γεννήσεως τρόπον· ἐξ αὐτοῦ νοεῖται καὶ ἐν αὐτῷ, τῇ κατ' ἰδίαν ὑπάρξιν ἑτερότητι διεστάναί τε καὶ διωρίσθαι δοκῶν, τῇ μιᾷ συμφυεστάτῃ τῆς οὐσίας ταυτότητι, καὶ ὡς ἓν τὸ μὴ πάθος νοούμενος· ὅπερ ἦν τὸ καθ' ἡμᾶς ἔνεκεν οἰκονομίας, σωτηρίας τε καὶ ζωῆς, τὸ ἐν ἀρχαῖς ὥσπερ ἐκβέβηκε τόπον, τῇ ἰσότητι φημὶ τῇ πρὸς τὸν πατέρα καὶ Θεόν, δοκεῖ δὲ πως εἰς τὸ ἀφανεστέρας δόξης ὑποχωρῆσαι· τοῦτο γὰρ ἐῶ ὃ κεκένωκεν ἑαυτόν· ὁ πάλαι καὶ ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχων

B μὴ πάθος δίχεσθαι τοῦτο μὴ σαρκὸς, ἤ γήινου τε καὶ ὀστράκου περιβλήματος καὶ τῆς ἀνθρωπείας μορφῆς, τὸ ὡς ἐν λόγῳ φημὶ τῆς φυσικῶς νοουμένης, ἀπαιτούσης ἀναγκαίως, καθάπερ ἐν χάριτος μέρει, ὃ φύσει πρόσεστιν αὐτῷ· ἴσον γὰρ καὶ ἔστιν ἐν μορφῇ καὶ ἰσότητι τῇ πατρί. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὐχ ὁμοούσιος τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, ἀλλ' οἰκεῖ ταυτὸν εἰς φύσιν ἡ ἐκ γυναικὸς σὰρξ ὄντι, ἤγουν ὁλοκλήρως ὁ ἐκ τῆς παρθένου ναὸς, πῶς διῃρῆσθαι δ' ἅπαξ εἰς

C σῶμα τοῦ λόγου, λοιπὸν ὡς ἓν ἀλλήλοις συνῳκειῶσθαι σοι αὐτῷ· εἷς γὰρ ὁ Χριστὸς καὶ εἷς υἱὸς, ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος. Οὕτω δὲ λαβεῖν νοῆσαι τὴν ἕνωσιν, πῶς μεμερισμένος εἰς τοῦτο καὶ μὴ σαρκὸς, οὐκ ἐχούσης οἰκεῖον τὸ ἓν εἶναι πρὸς Θεόν· εἰ καὶ τι σοφώτερον καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, ἑαυτῷ δεδόσθαι φησὶν ὁ μονογενὴς ὃ δοθὲν τῇ ἰδίᾳ σαρκί· δοθὲν δὲ πάντως παρὰ πατρὸς δι' αὐτοῦ τὸ πνεῦμα. ὁ γὰρ πρὸς

D Θεὸν ἑνώσεως τρόπος οὐχ ἑτέραν ἔχει τὴν ὁδὸν καὶ εἰ νοεῖτο τυχὸν ὅτι Χριστοῦ, καθὸ πέφηνέ τε καὶ κεχρημάτικεν ἄνθρωπος, ἑνώσει τῇ πρὸς τὸ πνεῦμα, καὶ τῇ ἀῤῥήτου τῆς συνόδου τρόπου, ἀγιαζομένης δῆλον ὅτι τῆς σαρκὸς, ὅπως τε πρὸς ἕνωσιν ἀσυγχύτως ἀναβαινούσης αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν λόγον, καὶ δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν πατέρα, σχετικῶς δῆλον ὅτι καὶ φυσικῶς. Οὕτω δοιγάρουν τὸ δοθεῖσθαί μοι, φησὶν, ὦ πάτερ, σοῦ χάριν τε καὶ δόξαν, δῆλον ὅτι τὸ ἓν εἶναι πρὸς σὲ, δέδωκα αὐτοῖς, ἵνα ὦσιν ἓν καθὼς ἡμεῖς ἕν. προσπεφύκαμεν μὲν γὰρ ἀλλήλοις ἡμεῖς, καὶ τοῖς πάλαι προαποδοθεῖσι τρόποις· ἑνούμεθα δὲ καὶ Θεῷ. Εἰ καὶ τίνα λόγον, ἢ πῶς,

E σαφέστερον ἡμῖν ὁ κύριος ἐποιήσατο τὴν ἐξήγησιν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ διδασκαλίας δόξαν φανῆναι κελεύσας τὸ ὄφελος, ἐγὼ, φησὶν, ἐν αὐτοῖς καὶ σὺ ἐν ἐμοὶ, ἵνα ὦσι τετελειωμένοι εἰς ἕν. Ἦν μὲν γὰρ ἐν ἡμῖν ὁ υἱὸς, σωματικῶς μὲν ὡς ἂν ἄνθρωπος, συναναχιρνάμενός τε καὶ συνενούμενος δι' ἁγιότητος τῆς μυστικῆς. πνευματικῶς δὲ αὖ πάλιν, ὡς Θεὸς, τῇ τοῦ ἰδίου πνεύματος ἐνεργείᾳ καὶ χάριτι ὃ ἐν ἡμῖν ἀναπλάττων πνεῦμα

πρὸς κοινότητα ζωῆς, καὶ τὴν θείας αὐτοῦ φύσεως κοι- A uitatem vitæ, & diuinæ ſuæ naturæ
νωνοὺς καθιστάς. σύνδεσμος οὖν ἡμῖν τῆς ἑνότητος consortes faciens. Vinculum igitur
ἡμῶν τὸ πρὸς Θεὸν καὶ πατέρα ἀληθῶς Χριστὸν εἶναι noſtræ vnitatis cum Deo & Patre
φαίνεσθαι, ὃς ἑαυτῷ μὲν ἡμᾶς ἥρτησε, καθ' ἑαυτὸν Chriſtum eſſe liquet, qui nos ſibi ipſi
μὲν ἄνθρωπος, θεὸς δὲ ὡς Θεὸς συνῆν φυσικῶς τῷ ἰδίῳ quidem deuinxit, vt homo, ſed tamen
γεννήτορι. οὐ γὰρ ἂν ἑτέρως ἀπαθὴς ἂν δυνατὸν εἴη Deo, vt pote Deus, ineſt ſuo geni-
πρὸς ἀφθαρσίαν τὸ ἐπιδεὲς ἀνθρώπου τῇ φθορᾷ φύ- tori. nec enim corruptioni ſubiecta
σει, εἰ μὴ καταβαίνοι ἐπ' αὐτὸν, ἡ φθορᾶς ἁ- natura ad incorruptionem euehi po-
πάσης καὶ παντὸς ἀλλοιότερος φύσις, αἰακου- teſt, niſi in eam natura omni corru-
φίζουσα ἔστιν ὅπου τὸ πρὸς θεὸν ἀγαθὸν ὃ κάτω ptione & mutatione maior deſcen-
πίπτον ἀεὶ, καὶ τῇ κοινωνίᾳ καὶ μίξει τῇ πρὸς B derit, eleuans ad ſuum bonum quod
ἑαυτὸν μεταποιοῦσα τὸ ὄρθιον ἐξελκύσασα τῇ θείᾳ depreſſum vſque iacet, & commu-
φύσει παραπλήσιον, καὶ ἀπαλλάττουσά τι πρὸς nione atque commixtione cum ſeip-
ἑαυτὸν ὃ οὐκ ἦν ἔστιν ἔξ ἑαυτῆς. τετελειώμεθα ſa ex rerum creatarum conditione
δὲ ἐν ἑνότητι τῇ πρὸς Θεὸν καὶ πατέρα διὰ μεσίτου propemodum eruens, & in ſeipſam
Χριστοῦ. τὸ γὰρ φύσει τε καὶ ἀληθῶς transformans id quod ex ſe tale non
υἱὸν, ὑποδέχεσθαι πρὸς αὐτὸν ἔχοντα τὴν ἕνωσιν, λαβόν- eſt. Conſummati ergo ſumus in vnitatem cum Deo ac Patre, Chriſto
τες ἐν ἑαυτοῖς καὶ σωματικῶς καὶ πνευματικῶς, καθάπερ ἔλεγον ἄρτιος, τὸ κατ' αὐτὸν πᾶσα φύσεως mediante. Suſcipiendo quippe in nobis
μέτοχοι, καὶ κοινωνοὶ γεγονότες δεδοξάσμεθα. πα- C & corporaliter, & ſpiritaliter, ſicuti
ραδεχθῆναι γοῦν εἰς ἕνωσιν ἡμᾶς τὸν ὡς πρὸς modò aiebam, eum qui naturâ & ve-
Θεὸν καὶ πατέρα βούλεται Χριστὸς, ὁμοῦ καὶ τὸ ἐκ rè Filius eſt, qui ſubſtantialem cum
τοῦ παθεῖν ὅπερ διὰ ἑαυτοῦ τῇ φύσει προσκτᾶσθαι, καὶ τὸ eo habet vnionem, ſupremæ naturæ
οὐκ ἂν χάριτος δυνάμει, ἔλεγον ὡς ἂν ἴσως τὴν participes & conſortes facti glorifica-
ἀπόδειξιν ἐκφέρων τοῦ ἐνοῦσθαι τὸν πατέρα τῷ ti ſumus. Chriſtus autem nos in vni-
Χριστῷ διὰ τοῦ πνεύματος. ἐν γὰρ τούτῳ τὸ τε ἐν tatem cum Deo ac Patre vult ſuſcipi,
ἡμῖν εἶναι τὸν Χριστὸν καὶ ἡμᾶς ἐν αὐτῷ καὶ τὸν ſimul vtilitatem ex Patre per ſeipſum
πατέρα ἐν αὐτῷ καὶ ἐν τῷ πατρὶ τὸν Χριστόν. naturæ concilians, & gratiæ vim
manifeſtæ reprehenſioni eorum fore di-
cens, qui non putant ipſum à Deo
eſſe. Quem enim locum in his habi-
tura eſt calumnia, ſi per ſeipſum ad
vnionem cum Patre adducit eos qui
per fidem nimirum & ſinceram cha-
ritatem ei coniuncti ſunt? Cum er-
go, ô Pater, per me tibi vniti fuerint, D
tunc cognoſcet mundus quia tu me miſiſti, hoc eſt, tua voluntate opem terræ laturus aduenio, & hominibus in ea errantibus ſalutem præſtiturus. Præterea cognoſcent qui tam optabilis gratiæ fuerint participes te eos dilexiſſe, ſicut tu me dilexiſti. Nam qui noſtri ſimilem & ex nobis, id eſt Chriſtum in vnitatem ſuſcepit, tantáque charitate dignatus eſt, (de eo verò vt de homine rurſus loquimur) quique nobis eius conſequendi poteſtatem fecit, quomodo non pari modo dilexit? Quæ res cordatum turbet neminem. Patet enim, nec apud quenquam dubium eſt, ſeruum nullo modo cum ſuo domino certaturum, nec pari modo creaturas & Filium à Deo ac Patre dilectum iri: conſiderandum tamen eſt, eum qui ab æterno diligitur, videri tunc amari cœpiſſe, cum factus eſt homo. Quare quod habebat

bebat cum accepit, illud vtique non A sibi, sed nobis accepisse deprehenderetur. Quemadmodum enim reuixit destructa mortis potentia, non sibi ipsi resurrectionem implens, inquantum Verbum est, ac Deus, sed nobis per seipsum, & in seipso istud tradens, (tota enim hominis natura in Christo de mortis vinculis triumphabat) ita nequaquam sibi dilectionem à Patre accepisse censebitur. Erat enim semper & ab æterno dilectus: sed vt nobis dilectionem à Patre conciliaret, hanc ab eo accipit, etiam cum homo factus est. Quemadmodum ergo conformes resurrectionis & gloriæ eius erimus, ac facti sumus, vt in primitiis generis, & in primo Christo, ita & dilectionis veluti conformitatem habuimus, primas in omnibus tribuentes vnigenito, & naturæ diuinæ in nobis incomparabilem bonitatem iure mirantes, quæ sua sunt creaturis largientis, & quæ sibi vni conueniunt communicantis.

ὅπερ εἶχε λαβών, οὐχ ἑαυτῷ δήπου λαβών, ἀλλ' ἡμῖν δι' αὐτοῦ κομίσασθαι. ὥσπερ γὰρ ἀνεβίω διὰ τὸν θάνατον καταλύσας κράτος, οὐχ ἑαυτῷ τι ἀνάστασιν καταρθῶν, ἢ λόγος ἐστὶ, καὶ Θεὸς, ἀλλ' ἡμῖν δι' ἑαυτοῦ καὶ ἐν ἑαυτῷ τοῦτο διδοὺς· ὅλη γὰρ ἦν τοῦ ἀνθρώπου φύσις ἐν Χριστῷ, τῷ θανάτου κατηρχομένη διαμιᾶς· οὕτως οὐχ ἑαυτῷ πάλιν τοῦτο ἀγάπην προσήκατο λαβών. ἀεὶ γὰρ ἦν καὶ ὄφθη πρωτὸς ἀγαπητός, ἀλλ' ἵνα ἡμῖν προσεκτήσηται τοῦτο καὶ πρὸς ἀγάπην, διὰ τοῦτο καὶ ἔλαβεν αὐτὸ καὶ ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος. ὥσπερ οὖν σύμμορφοι τῆς τοῦ ἀναστάσεως αὐτοῦ καὶ τῆς δόξης ἐσόμεθα, μεγάλως τι ἡδη, καθ' ὅσον ἐν ἀπαρχῇ τῷ ἡμῶν καὶ ἐν ἑαυτῷ Χριστῷ, οὕτω καὶ τῆς ἀγάπης ὁλοσχερῆ συμμορφίαν ἐσχήκαμεν, πάντα χωρισθέντες μὲν ὅ ποτε εἰς ἄπαντα τοῦ μονογενοῦς· τοῦτο δὲ τῆς θείας φύσεως ἐν τοῖς καθ' ἑαυτοὺς ἀσυλλήπτου ἡμῖν τότε δικαίως θαυμάζοντες, ὡς τοῖς πρὸ αὐτοῦ γεγόνασι * χαριζομένου τὰ ἑαυτοῦ καὶ καινοποιοῦσης τοῖς κτίσμασιν, ἅπερ αὐτὴ προσῆκε καὶ μόνη. C

Ioan. χαριζομένης

v. 24. *Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videant claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.*

Πάτερ, οὓς δέδωκάς μοι, θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, * καὶ ἐκεῖνοι ὦσι μετ' ἐμοῦ· ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν, ἣν δέδωκάς μοι, ὅτι ἠγάπησάς με πρὸ καταβολῆς κόσμου.

Vulg. κἀκεῖνοι

Cum pro discipulis suis, immò verò pro omnibus qui ad ipsum accedunt per fidem orasset, & iis à Patre petisset vnionem, dilectionem & sanctificationem, statim hæc quoque subiungit, ostendens alios non posse secum esse, & suæ gloriæ conspectu ornari, nisi qui iam per ipsum Patri sint vniti. Dilecti enim sumus, vt filij, ad similitudinem naturalis, ac veri Filij. Tametsi enim haud pari forsan modo, rei tamen imitatio perfectissima, quæ veritati quodammodo exæquari videtur, illius claritatem effingit. Volo igitur, ô Pater, inquit, vt qui ad te per fidem accedunt, & qui per tuam illuminationem mei facti sunt, mecum sint, & meam claritatem videant. Quantum verò bonum sit esse cum Christo, quænam oratio nobis explicabit? Ineffabilibus enim fruemur deliciis, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus se. Quid enim quæso ad summas animi voluptates deerit iis,

Ἐπεὶ ἐξαίτιος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, μᾶλλον δὲ ἅπασι τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ δι' αὐτοῦ τῇ πίστεως, ὀξαιτήσας τε τοῖς παρὰ τοῦ ἑνωσιν καὶ ἀγάπην καὶ ἁγιασμὸν, ὅπερ φέρε καὶ τοῦτο· οὐκ ἄλλων εἰ μὴ τῶν ἡνωμένων τῷ πατρὶ δύνασθαι τὸ σωθῆναί τε αὐτοῦ καὶ ἀξιοῦσθαι βλέπειν τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἣν τῷ ἐνωθέντων τῷ υἱῷ δι' αὐτοῦ τῷ πατρί. ἠγαπήμεθα γὰρ, ὡς υἱοὶ, καθ' ὁμοιότητα τοῦ κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς υἱοῦ. εἰ γὰρ καὶ οὐ τὸν ἴσον μέτρῳ τυχὸν, ἀλλ' ἥ γε τοῦ πράγματος ἀκριβεστάτη μίμησις, συνεταγμένη πως τῷ κατὰ ἀλήθειαν, τοῦ ἐκείνου πλάττεται δόξαν. θέλω τοιγαροῦν, ὦ πάτερ, φησὶν, ἵν' οἱ κατὰ τοσοῦτον τοῦ δι' τῆς πίστεως, καὶ δι' φωταγωγίας τῆς παρὰ σοῦ γεγονότες ἐμοὶ, μετ' ἐμοῦ τε εἶεν κἀ τοῦ ἐμοῦ βλέποιεν δόξαν. ὅσον δ' εἰ δώσομεν ἀγαθὸν, ὃ κἀ αὐτῷ σωθῆναι τῷ Χριστῷ, ποῖος ἂν ἡμῖν ἐκκαλύψαι λόγος· εἴπερ ὃ ἀῤῥήτοις ἐσόμεθα θυμηδίαις, κἀ ὀφθαλμὸς μὲν οὐκ εἶδεν, οὖς δὲ οὐκ ἤκουσε, καὶ οὐκ ἀνέβη ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. τίνος γὰρ ἂν κἀ προσδεήσαι τυχὸν τῷ τελειώτατα εἰς ἀκρατοὺς διῳκημένῃ; ὃ κἀ αὐτῷ

1 Cor. 2. 9.

σὺν ἅγιοις τοῦ πάντων δεσπότου Χριστοῦ; καίτοι πάντως ἀξιώσας θαύματος ὃ χρῆμα φαίνεται καὶ αὐτὸς ἡμῖν ὁ σοφός τε καὶ ἱεροφάντης Παῦλος. κρεῖττον γάρ, φησὶ, διαλυθῆναι καὶ σὺν Θεῷ εἶναι. ὁ δὲ καὶ τῆς εἰς τοῦδε τοῦ βίου ζωῆς ὃ ἀξίωμα προτιθεὶς οὕτω μέγα καὶ ἀξιάγαστον, πῶς οὐκ ἀληθῶς εἰσόμενος μάρτυς, ὅτι τοῖς ἑαυτοῦ γνησίοις μείζονα δώσει τῆς πρὸς αὐτὸν συνουσίας τὸν δωρεάν; ὁ πάντα πᾶσι διδοὺς πλουσίως; ἐπαγωνιεῖται δὲ σαφῶς ἧττον τοῦ λόγου, ὃ δι' αὐτοῦ πάλιν πρὸς ἡμᾶς εἰρημένον. ἔχων γὰρ ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα Χριστὸν καὶ τὰς τῶν μελλόντων αἰῶνος δυνάμεις ἀποκαλύπτοντα, ἔφη πάλιν ὡδί· ἀναστήσονται μὲν γὰρ οἱ νεκροὶ, φησὶν, ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις, εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου, εἰς ἀέρα, καὶ οὕτω πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα. χρείαν δὲ καὶ αὐτὸς ἡμῖν αὐτὸ δὴ τοῦτο, σαφῶς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἐπόθησε λέγων. πορεύομαι, ἑτοιμάσω τόπον ὑμῖν. πάλιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς μεθ' ἑαυτοῦ, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ καὶ ὑμεῖς μετ' ἐμοῦ ἦτε. οὐ γὰρ νοοῦντες οὐ σαφέστερον πιθανῶς, ἀνωτέρω ἐκληψόμεθα δηλοῦσθαι σημαίνεσθαι τὰς αἰῶνιους, ἤγουν ἐφ' ἑτέρας ἰόντες ἐννοίας, τόπον ὥσπερ ἀποτετμῆσθαι δώσομεν τὸν αὐτὸν ἡμῖν καὶ Χριστῷ, οἱονεὶ τιμὰς ἐξ ὁμοιότητος καὶ τὸ ἴσον λόγῳ τιμᾶς, κατὰ γε τὸ εἰκός, καὶ τοῦ μίμησιν. συμμορφοι γὰρ ἐσόμεθα τῆς δόξης αὐτοῦ, καὶ συμβασιλεύσομεν αὐτῷ, κατὰ τὰς ἁγίας γραφάς. ἐπαναχθῆναι δὲ καθ' ὃν αὐτὸς οἶδε τρόπον, καὶ συνανακλιθῆσεσθαι μᾶλλον ἡμῖν τὸ τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. ὅτι μὴν οὖν σπουδάσομεν τοῦ Χριστῷ, καὶ συμμεθέξομέν τε τῆς δόξης αὐτοῦ καὶ τῆς βασιλείας ἐσόμεθα κοινωνοὶ, πρέπειν εἰς τὸ παρὸν ἀφ' ἡλίου νῦν ἐπὶ δηκτύφ, ὡς οὐδαμοῦθεν ἀμφίλεκτον, χωρὶς μόνου ὅτι δέπερον, φημὶ δὴ τὸ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμὴν. ἀφειέσθω τοίνυν δηλονότι οὐ βεβήλοις καὶ ἀμύητοις, ἀλλ' ὁσίοις τοῖς τε θείοις ἀπημαζουσι νόμοις, τὸ εἶναι ὁρᾶσθαι τῆς δόξης Χριστοῦ, μᾶλλον δὲ τοῖς ὁσίοις καὶ ἁγαθοῖς. ἐστὶ τοῦτο πάλιν εἰσόμεθα, τοῦ φήσαντος μὲν λέγοντος, ἀρθήτω ὁ ἀσεβὴς, ἵνα μὴ ἴδῃ τὴν δόξαν κυρίου. τὸ δὲ γε τοῖς διαφθορικοῖς κηρύγμασι τῶν Σωτῆρος Χριστοῦ· μακάριοι οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται. εἶπε τίνες δὴ εἶεν οἱ τὴν καρδίαν ἔχοντες καθαρὰν, εἰ μὴ σὺν ἅγιοι δὴ πάντων οἱ τῇ πρὸς Θεὸν ἑνώσει τῇ δι' υἱοῦ τὸ πνεύματι, φιλοσοφίας μὲν ἀπάσης ἀναχωρήσαντες,

A quibus esse cum Domino omnium Christo contigerit? Sapiens quippe & sanctissimus ille Paulus id omni admiratione videtur quoque prosecutus. Melius enim est, inquit, dissolui, & esse cum Deo. Qui verò magnam istam & admirabilem dignitatem huic vitæ præponit, quomodo non verè testabitur cum sinceris suis discipulis magnum sui consortij munus tribuere, qui omnia dat omnibus abundanter? Sed hæc non minùs confirmabit quod per eum ad nos rursus dictum est. Nam cum haberet in seipso loquentem Christum, & futuri seculi virtutes reuelantem, rursus in hunc modum aiebat: Resurgent enim mortui, inquit, Sed & *nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus.* Idipsum verò nobis apertè ipse quoque Dominus noster IESVS CHRISTVS promisit, dicens: *Vado*, inquit, *& præparabo vobis locum. Iterum veniam, & accipiam vos mecum, vt vbi sum ego, & vos mecum sitis.* Vel enim paulò crassiùs id intelligentes, supernas mansiones his verbis significari dicemus, vel ad alias conuersi conceptiones animi, locum eundem nobis & Christo quodammodo traditum iri fatebimur, ceu honores similitudine & comparatione æquales. conformes enim erimus gloriæ eius, & vnà cum eo regnabimus, iuxta sanctas Scripturas. Polliceretur verò eo quem ipse nouit modo, etiam nobiscum sessurum in regno cælorum. Quòd ergo versaturi simus cum Christo, & comparticipes futuri simus gloriæ eius, & regni consortes, in præsens omittentes ad aliud properemus, nempe illud, *vt videant claritatem meam.* Non ergo prophanis, & peccatoribus, nec iis qui diuinam Legem contemnunt gloriam Dei videre licebit, sed solis potiùs sanctis ac bonis. Quod quidem rursus agnoscemus Prophetа dicente: *Auferatur impius, ne videat gloriam Domini.* In Euangelicis verò Seruatoris Christi præconiis: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* At quinam illi mundo sunt corde, nisi qui vnione illa cum Deo per Filium in Spiritu, omni quidem remoto carnis studio,

Phil. 1. 23

1. Thess. 4. 16.

Esai. 26. 11.

& voluptatibus mundanis procul fugatis vitáque ſua quodammodo abnegata, eáque ſoli voluntati Spiritus conſecrata, purè & integrè Chriſto viuunt, cuiuſmodi Paulus erat, qui ob ingentem cordis puritatem dicere non dubitauit: *Chriſto confixus ſum cruci. viuo autem iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* Audio verò alium quoque ſanctum pſallentem ac dicentem: *Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proiicias me à facie tua, & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu principali confirma me.* Lætitiam quippe ſalutaris vocat Spiritum, putà cum gaudium æternum ac perpetuum conciliet, nobiſque ad expugnanda mundi huius mala ducem ſe præbeat. Spiritus enim eſt verè ſalutaris, id eſt Chriſti. multis autem nominibus eum afficiens, cor mundum, & ſpiritum rectum eum appellauit, præſertim cum rectum cor non habeant, ſed prauum & diſtortum potiùs, vt Pſalmiſtes ait, qui nondum vniti ſunt Deo, nec benedictionis Chriſti per Spiritum ſunt participes. In ſumma, gratiam ſuis tradi Seruator voluit, tum conuerſandi ſecum, tum gloriam ſuam videndi. Dilectum autem ſe dicit ante conſtitutionem mundi, vetuſtiſſimam his verbis oſtendens ſui myſterij rationem, & præcognitam fuiſſe Deo ac Patri noſtræ ſalutis viam, quæ per Chriſti mediationem impleta eſt. Data eſt igitur hominibus cognitio, non quidem initio, ſed Lex ſubintroducta eſt, illa diuinæ conuerſationis præformatrix, in figuris obſcuram cognitionem effingens, Deo ac Patre congruo tempori gratiam per Seruatorem reſeruante. Vtiliſſima autem nobis horum quoque videtur eſſe cognitio, ad deſtructionem ſupercilij Iudaici, & impij faſtus Iſraelitarum, qui Legi patrocinari ſemper præ ſe ferebant, etiam cum præſente veritate pro nihilo figuræ eſſent habendæ. Vtiliſſima quoque eſt ad alios confutandos, qui putant recenti ac nouo Patris conſilio myſterij illius vim & rationem excogitatam eſſe. ideóque Paulus iſtiuſmodi hominum errorem euellens alicubi de Chriſto dixit, præcognitum ipſum

Gal. 2. 14

Pſal. 50. 12.

Pſal. 100 4.

1. Petr. 1. 20.

ἡδονὴν ἢ ὡς παῤῥωπάτω τ κοσμικὴν ποιησάμενοι, καὶ τ μὴ οἰκείαν ὥσπερ ἀρνησάμενοι ζωὴν, διάγοντες ἢ μόνῃ τῇ θελήσῃ τ πνεύματος, καθαρῶς τε & ὁλοψύχως πολιτευσάμενοι τῷ Χριστῷ, ὁποῖός γε ἦν καὶ ὁ Παῦλος, ἐκ πολλῆς ἄγαν τῆς οἰκούσης αὐτῷ καθαρότητος, ἃ καθαδεῖσας εἰπεῖν· Χριστῷ συνεσταύρωμαι. ζῶ ἢ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. ἀκούω ἢ & ἑτέρου τινὸς τ ἁγίων ψάλλοντός τε καὶ λέγοντος· καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις μου· μὴ ἀποῤῥίψῃς με ἀπὸ τ προσώπου σου, καὶ τ πνεῦμά σου τ ἅγιον μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ. ἀπόδος μοι τ ἀγαλλίασιν τ σωτηρίου σου, καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με. ἀγαλλίασιν γὰρ σωτηρίου τ πνεῦμα καλῶ, ἅτε δὴ καὶ ὑπερέχον πρόξενον χαρᾶς μὴ ἀτελευτήτου & διωκούσης, ἡγεμονίας ἢ τ ἐν παθῶν τ ἐν κόσμῳ πρεσβυτικόν. πνεῦμα γὰρ ὅστι τ μὴ ἡδῆσθαι σωτηρίᾳ, τοῦτ' ἔστι Χριστοῦ. πολυτρόπως γοῦν ὀνομάζων αὐτὸ, καὶ καρδίαν τε στηρίσας καθαρὰν καὶ πνεῦμα εὐθὲς, ἅτε δὴ οὐκ ἐχόντων εὐθυτενῆ τ καρδίαν, σκαμβὸν ἢ μᾶλλον & διεστραμμένον, ὡς ὁ ψάλλων φησί, τ ὅπως στηριωθέντων ἐν Θεῷ, & ἐν μηδέτι γενέσθαι τ βλασφημίας Χριστοῦ τ ἀφ' πνεύματος. ὡς ἐν κεφαλαίῳ δηλαδὴ συμβουλεύων εἰπεῖν, ἐξαίρετον τοῖς ἑαυτῷ γνωρίμοις ἀποστόμωσιν τ χάριν ἠθέλησεν ὁ σωτὴρ, τ ἐκ τ σιωπᾶν τε αὐτὸ καὶ ὁρᾶν τ δόξαν αὐτοῦ. ἠγαπᾶσθαι δέ φησι καὶ πρὸ καταβολῆς κόσμου, ἀρχαιοπαθῶν ἐν τούτοις δι' μᾶλλον δίκης τ τῶ καθ' ἑαυτὸν μυστηρίου διωρίαν, & ὅτι προέγνωστο μὲν τῷ Θεῷ & πατρὶ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἡ ὁδὸς, ἡ διὰ τῆς τ Χριστοῦ μεσιτείας τετελεσμένη. ἐδόθη μὲν οὖν ἐκ ἐν ἀρχαῖς τοῖς ἐπὶ γῆς ἡ γνῶσις, ἀλλ' ἀπεφοίδου νόμις ὁ παιδαγωγὸς τῆς ἐθνῶν πολιτείας, διὰ πλάτης ἀμυδρὰ ἐν τύποις τ εἰδήσιν, καιρῷ τῷ πρέποντι τ διὰ τῆς σωτῆρος τηρήσαντος χάριν τῷ Θεοῦ καὶ παῤῥησίας. λειτιλὴς ἢ σφόδρα καὶ ἀπεῖ τούτων ἡμῖν ἀναφαίνεται γνῶσις, πρὸς καταλῦσιν ὀφρὺος Ἰουδαϊκῆς & φρυάγματος ἀσεβοῦς τ ἐξ Ἰσραὴλ, συνηγορήσαντος ἐλευθέρων εἶναι τῷ νόμῳ & ὅτε τῆς ἀληθείας παρούσης πρὸ ἐκεῖνο ἐδὲν λοιπὸν ποιεῖν ἔχοις τύπους. χρησιμωτάτη ἢ σφόδρα & πρὸς τὸν τ ἑτέρων διαβολὴν, οἰομένων ὅτι πρόσφατος ἡμῖν καὶ νέα βουλὴ τῆς παῤῥησίας τῶ μυστηρίου διωρίαν ἐξεμηχανήσατο. διὸ τοῦτ & ὁ Παῦλος τὸν τ ὅτε διαβλητὸν ὑποδηλῶν αἰωρεῖν, ἔφη που περὶ Χριστοῦ· ὅτι προέγνωστο

μὴν πρὸ καταβολῆς κόσμου πεφανερῶσθαι γε- A quidem fuisse ante mundi constitutionem, manifestatum autem fuisse nouissimis seculi temporibus. Obseruandum verò, Christum dicere datam sibi esse gloriam à Patre, ipsosque discipulos, & maiestatem Deo conuenientem, & in cunctos imperium, non quatenus naturâ Deus intelligitur gloriæ Dominus, & substantialem habens imperandi dignitatem, sed quatenus potiùs homo apparuit, cui tradita sunt cuncta diuinitùs, non ex propria natura. Omnia quippe creaturę data sunt à Deo, nec à se quicquam habet, licet boni aliquid habere videatur.

μὴν ὡς καταβολῆς κόσμου πεφανερῶσθαι γε-
μὴν ὡς ἐπ' ἐσχάτοις τῶν αἰώνων καιροῖς. σημειωτέον δέ,
ὅτι δεδόξασθαί φησιν ἑαυτὸν παρὰ πατρὸς αὐτούς τε
τοὺς μαθητὰς καὶ τὴν δόξαν τὴν θεοπρεπῆ καὶ ὃ
ἐν πᾶσιν κράτος, ὡς καθὸ φύσει νοεῖται Θεὸς ὁ τῆς
δόξης κύριος, καὶ οὐσιώδης ἔχων ὃ βασιλικὸν ἀξίω-
μα· μᾶλλον δὲ καθὸ πέφηνεν ὡς ἄνθρωπος, ᾧ πάν-
τα δέδοται παρὰ θεοῦ, καὶ οὐκ ἐξ ἰδίας φύσεως. πάντα
γὰρ τῇ κτίσει παρὰ Θεοῦ· ἴδιον δέ ὅλως οὐδὲν ἐν
αὐτῇ, κἂν ἔχουσά τι τῶν ἀγαθῶν ἀληθῶς φαίνηται.

Πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δέ
σε ἔγνων, καὶ οὗτοι ἔγνωσαν, ὅτι σύ με ἀπέστει- B
λας.

v. 25. *Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem te cognoui, & hi cognouerunt quia tu me misisti.*

Δίκαιον ἐνταῦθα τὸν πατέρα, κἂν ἕτε-
ρος αὐτὸν ὀνομάσαι δυνάμενος. καὶ γὰρ ἔστιν
ὅσιος, ἅγιος, ἀμίαντος, κτίστης, καὶ δημιουργὸς,
καὶ ὅσαπερ ἂν πρέπῃ τῇ τῶν ὅλων βασιλίδι φύσει.
τίς οὖν ἡ αἰτία τοῦ κεκλῆσθαι δίκαιον, κἂν ἕτε-
ρως ἔξεστιν ὀνομάζεσθαι παρὰ Χριστοῦ, φιλομαθὲς
ὄντως ἰδεῖν. ὃ γὰρ ἐστὶ μὴ διαπεσεῖν ἐᾷ τὰ ἐν τῇ
θεοπνεύστῳ γραφῇ θεωρήματα, πολλοῦ αὖ ἡμῖν
ἐκτήκει τὸ ὄφελος. σκοπῶ σκαφὸς φαμὲν, τὸν ἐν ᾧ C
προκειμένῳ πρέπειν ἁρμόσαντες νοῦν. ὅτε γὰρ
ἡμᾶς ἁγιάζεσθαι κατ' εὐδοκίαν ἤθελε τοῦ ἰδίου πα-
τρὸς, ὃ τῷ παρακλήτου προσωπον, ἐν τῷ τῆς με-
σίτου χρείαν ὑπεπλήρου ὁ Χριστὸς, ὑπὲρ
πάντων ἡμῶν προσευχὴν ἐποιεῖτο, λέγων, πάτερ
ἅγιε, τήρησον αὐτοὺς ἐν τῇ ἀληθείᾳ σου, οὐχ ἑτέραν
τὴν λέγων τὴν ἀληθῆ, ἢ ὃ ἴδιόν πνεῦμα, δι' οὗ
τοὺς ἡμετέρους ἀσφαλίζεται ψυχάς, καταση-
μαίζων εἰς ὁμοιότητα τὴν πρὸς ἑαυτὸν, καὶ διατει-
χίζων ὡσανεὶ ῥώμῃ δυνάμει πρὸς ἄμαχον D
βούλησιν, παραπήγων ἢ δῆλον ὅτι καὶ εἰς προ-
θυμίαν ἀχάλινον τὴν ἐπ' ἀρεταῖς ἀγαθουρ-
γίαις, ὡς μηδενὸς ὃ παράπαν πρὸς πόδας κεί-
μενον, καὶ ὀπίσω καλῶς ἰσχύοντος, ὀξυτάτῳ φέρε-
σθαι δρόμῳ πρὸς ὃ δηλονότι τὴν Θεῷ, καὶ τὴν διαβολικὴν
πολυτρόπων μαχανημάτων, ἃ καὶ τῆς τοῦ κόσμου φι-
ληδονίας σοβεῖν ποιεῖσθαι λόγον. εἰ γὰρ ἅπαξ κατα-
σφραγισθέντες τῷ ἁγίῳ πνεύματι καὶ τὸν ἀῤῥαβῶ-
να τῆς χάριτος ἔχοντες εἰς νοῦν, πεπυργωμένον
ἔχειν τὴν καρδίαν, ἅτε δὴ τοῦ δυσαλώτου τὴν ἐξ
ὕψους δυνάμιν. ἵνα δέοιτο τοῦ ὄντως ἀξιερράστου ἀ-
πολαύσωμεν ἀγαθῶν, ἐφ' ἡμᾶς ἐκάλει τὸν πατέρα
ἁγιασμὸν ὁ Χριστός. νυνὶ δὲ δοκοῦσιν, ὡς
ἐγῷμαι, πάλιν ἐννοήσας φάναι. πρὸς γὰρ ἐκεί-
νοις, οἷς ἔφη περὶ τοῦ δοῦναι ἡμᾶς ἁγιάζεσθαι πατέρα

Iustum hîc Patrem vocat, quamuis aliis nuncupare posset nominibus. Est enim purus, sanctus, immaculatus, creator, & opifex, & quæcunque reginæ omnium naturæ conueniunt. Quid ergo causæ sit cur vocatus sit iustus, licet alio quoque modo liceret à Christo nominari, operæpretium est profectò considerare. quæ enim obseruatione digna sunt in Scripturis diuinis non præteruehi, non parum nobis vtilitatis afferet. Sensum igitur loci huius acriùs rimati, illud dicimus. Cum nos sui Patris placito sanctificari vellet aduocati personam & mediatoris vicem Christus implens, preces pro nobis omnibus faciebat, dicens: *Pater sancte, serua eos in veritate tua*, non aliam esse veritatem inquiens, quàm suum Spiritum, per quem nostras animas confirmat, obsignans eas in similitudinem suam, & ineffabili quodammodo virtute muniens ad robur inuictum, eas nimirum vehementi benè agendi studio instigans, adeò vt nihil obstare, nihil reuocare queat, quominus ad id quod Deo placet acerrimo cursu ferantur, & multiplices Diaboli versutias, voluptatumque studium pro nihilo habeant. Nam qui sancto Spiritu semel obsignati fuerint, & arrhabonem gratiæ in animum susceperint, munitum cor habent, vt pote virtute ex alto induti. Vt ergo tam optandis frueremur bonis, sanctificationem in nos à Patre immitti rogabat. Nunc autem aliquid istiusmodi in animo habuisse videtur. Præter illa enim quæ de nobis à Patre sanctificandis dixit, hæc por-

τὸ de nobis addidit: *Et ego claritatem,* A
Ioan. 15. quam dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum,
22. &c. sicut & nos vnum sumus. Dilexisti enim
eos sicut & me dilexisti. Et rursus: *Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum*
ego, & illi sint mecum. Simul his dictis, statim iustum Patrem suum iure merito nominat, cuius voluntate & placito factus est homo Filius, vt & sanctificationis per Spiritum, & vnionis cum Deo & habitationis in supernis mansionibus naturæ humanæ quæ ad
opera bona creata est, pararius existeret, efficeretque vt cum eo esset, atque vnà regnaret. non enim ad malum initio Deus creauit hominem, sed B
impiis Diaboli artibus eius natura ad improbitatem conuersa, & de vetere illa ac pia vita, ceu sua sede excussa est. Iuste enim Patri maximè conueniebat quod vi diruptum erat excitare denuò, & quod in vitia abstractum erat in pristinam sedem reponere, ac deformi peccato solutum in primam quodammodo imaginem reformare: qui verò eam conterere, & impiè violare ausus est, nimirum Satanam, debitis pœnis subiicere, licet pa- C
rum sit omne suppliciorum ei genus irrogare, qui tantum in se furoris aduersus Deum suscepit. Pater itaque iuste, inquit: iustus enim es, & bonus, & rectum iudicium tuum, qui me tuum verè ac legitimum Filium in auxilium & instaurationem mundo misisti. Sed ô dementiam, inquit. Nam cum talis sis, mundus tamen te non cognouit. Alioqui enim, si tam benignum tuum iudicium, tamque placidum nutum intellexissent, ad te seruatorem suum statim confugissent, tibique vitro cultum detulissent. Hæc igitur Christus ad Patrem dicebat, gratiam quodammodo pro nobis & propter nos referens, quod cum iustus sit, imporenti pressis imperio salutem annuit, & in interitum Diabolum condemnauit. Et mundum quidem ait, id est eos qui diuinæ & Euangeli-
1 Cor. 4. cæ prædicationi quæ mundi sunt sapientes, refragantur, iustum esse Patrem non agnoscere. *Excæcauit enim Deus huius seculi mentes infidelium* sicuti Paulus ait, *vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi.* Suis verò discipulis, vt co-

Cum Seruator noster Christus prædixisset Petro ter negaturum se, & priusquam ter gallus cantaret, in fide nutaturum, explicat demum Euangelista vbi & quomodo id contigerit. Interrogat itaque ostiaria nunquid vnus è discipulis foret eius qui iniustum subibat iudicium. Negat verò Petrus, ac tanquam crimen aliquod à se remouet, dicens, *Non sum*, non vtique quòd metueret ne forte caperetur, aut quod veritatis professionem recusaret, sed quia cum Christo esse quouis periculo satius habebat. Ex dilectione itaque labitur, radixque negationis illius Dei amor est, haud recto quidem iudicio susceptæ, sed studium tamen eius excitantis vt Christo adhæreret.

B

C

Περισχόντος ἤδη τοῦ Πέτρου τὸ εἰς τρὶς ἀπαρνήσεσθαι ἑκουσίως τὸν σωτῆρα ἡμῶν Χριστόν, καὶ ὅτι περὶ ὄρθιον φωνῆσαι τὸν ἀηδόνα ἀπιστήσει πως τοῖς τῆς πίστεως, ἐξηγεῖται λοιπὸν ἀμφὶ μέρος ὁ θεοπέσιος εὐαγγελιστὴς, ὅπου τε καὶ ὅπως ὁ τοιοῦτον πτοίλεται. Διαπυνθάνεται οὖν ἡ τῆς πυλωρίσης εἰσερωτῆσα μὴ ἄρα τις εἴη τῶν πλουσίων οἰκοδεσποτῶν τῶν τοῦ ἀδίκου κατακρινόντων κρίσιν. ἀποφάσκει δὴ ὁ Πέτρος, καθάπερ καὶ τὸ εἰς κλημῖν ἀποκαλύπτεσθαι, λέγων, οὐκ εἰμὶ, καὶ οὐχὶ δι' πάντως καταδίκους ὁ δίδυμος τυγχάνει, οὐδὲ τῶν τῆς δίκης αἰσχρῶν ὀνειδιστούμενος, ἀλλὰ ὁ πρὸ ὀλίγου κατακρίνας καὶ τὸ ἀβουλήτων, εἰ τύχοι, δόξαν ὥσπερ τι καὶ ὁσίου λαβὼν τῆς συνέσεως Χριστῷ. ἐξ ἀγάπης οὖν ἄρα ὁ παθήσεται, καὶ ῥίζα πως ἐν τῇ φιλονεικίᾳ λίαν ἀρίστου, οὐκ ὀξὺ ἀκεισθεῖσα λίαν συμβαίνουσα λογισμοῦ, μεταμέλειά σε οὖν ὅμως τῆς συνέσεως πεδεῖν τὸ καταδαζόμενον.

D

v. 18. *Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. erat autem cum eis Petrus, stans & calefaciens se.*

Εἱστήκεισαν δὲ οἱ δοῦλοι καὶ οἱ ὑπηρέται ἀνθρακιὰν πεποιηκότες, ὅτι ψῦχος ἦν, καὶ ἐθερμαίνοντο. ἦν δὲ καὶ ὁ Πέτρος ἑστὼς μετ' αὐτῶν, καὶ θερμαινόμενος.

Cum introisset Petrus, & se cum domesticis miscuisset, similia his facere se finxit, licet alto corde premens dolorem, ne mœsto vultu condolere capto deprehenderetur, atque ita domo eiectus votis suis excideret. Nec enim credibile est tantam sui corporis curam habuisse discipulum, vt cum in tantis animi angustiis esset, frigoris remedium quæreret, sed neque si maioribus frui porro bonis liceret, Christo ita vexato, iis vti vellet. Singulari autem consilio perinde ac famulos securum se fingit, & quasi nihil prorsus in mœrorem eum deiecisset, damna frigoris repellit, vt cum vnus è domesticorum numero censeretur, occasionem iterum negandi Christi vitaret. Sed fieri non poterat vt falsum esset quod seruator dixerat. Quod enim fore vtique nouerat, vt Deus, hoc discipulo prædixit.

E

Εἰσῶ θυρωνελάσας ὁ Πέτρος δὲ τοῖς οἰκέταις συναπολιφθεὶς, τὰ ἐκείνων δρᾶν ὑποκρίνεται, καίτοι τὴν λύπην κακαχωμένῃ, δὲ δύσοιστον ἔχων ἐν καρδίᾳ τὴν ἀθυμίαν, ἵνα μὴ τῶν κατηφῆ συμμεμυκότι προσώπῳ καθάφωρος γένηται, ὡσαμεὶ τῷ κειμηλίῳ συναλγοῦσα φιλῶν, τὸ πολυμηχανᾶσθαι ἐκπέμπεται θήρας. ἀπίθανον γὰρ κομιδῇ τὸ φιλοσοφεῖν ὅπως οἷός τε μαθητὴν, ὡς ὁ τοσαύτης ὄντα βαρυθυμίας, τὸ ἐν χειμῶνος καθαψυχῆς ἐκμαχέσθαι τὸ ἄκεσιν· ἀλλ' ὅμως δὲ εἰ μετὰ τῶν ἐπὶ μείζόνων ἀπολαύσας χρηστῶν, καίπερ ὢν ὅτῳ Χριστὸς τυγχάνειν ἠὐέργετο. οἰκονομικῶς γὰρ λίαν τῇ τοῦ θεοπρόπου ἀκηδίᾳ συμπλάττεται, καὶ ὡς μαθητὴς ὁ τοιοῦτον καταθρώσκων εἰς ἀθυμίαν τὰ ἐκ τοῦ χειμῶνος ἀποκρούεται βλάβη, ἵν' ὥσπερ εἷς τῶν οἰκίας γνωρίμων καὶ δι' οὗτον πιστεύηται, διαδράσῃ τε ὅτου λοιπὸν καὶ ὅ εἴωθε πάλιν ἀρνήσασθαι. ἀλλ' οὐκ ἐᾷ διαφεύσασθαι τοῦ σωτῆρος τὸν λόγον. ἐᾷ γὰρ ἐγὼ πάντως ἐσόμενον ὡς Θεὸς, τοῦτο τῷ μαθητῇ προμεμήνυκεν.

crassitie indura nudam & apertam rerum necessariarum notitiam non inferunt. Ego verò palam locutus sum mundo : absque ænigmatis enim & vmbra perfectam bonorum formam repræsentaui, ac omni dempta obliquitate rectum pietatis in Deum iter demonstraui. Ego locutus sum mundo, non vni tantum Israëlitarum genti. Tametsi enim nondum per vniuersum orbem peruulgata sunt nostra, erunt tamen aliquando. Ego semper in Synagoga docui. Quod quale sit, nonne operæpretium est animaduertere ? In memoriam, vt videtur, vel inuitis reuocat Iudæorum principibus Prophetiam illam, quam diuinus Esaias tanquam sub persona Christi prodidit, *Non locutus sum in abscondito, nec in loco terræ tenebroso.* Et rursus : *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.* Loqui enim nec in abscondito, nec in loco tenebroso, quidnam aliud demum esse potest, quàm palam ac liberè loqui, & in magna frequentia ac celebritate hominum loqui ? Re-ctè autem ac necessariò Prophetici oraculi memoriam eis renouat, vt discerent se impiè iudicare eum qui ipsorum spei debebatur. Iudæorum enim est promissio, iuxta Pauli vocem.

Esai. 45. 19.

Esai. 65. 2.

Rom. 1. 26.

Quid me interrogas ? interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis : ecce hi sciunt quæ dixerim ego.

Increpat Legis peritos, vt qui Legem ipsam qua gloriabantur violarent. Nondum enim damnato cum præmaturum quodammodo supplicium irrogarent, crimina frustra quærebant. Quid ergo interrogas, inquit, & ad defensionem vocas eum quem prius damnasti quàm esset accusatus ? Licet autem hunc locum aliter intelligere. Qui me odio prosequuntur, inquit, & à quibus tam grauibus ignominiis afficior, siquid de me dicam, continuò falsa me loqui clamabunt. Aliorum itaque voce discite. testes inuenire difficile non erit. hi enim sermones meos audierunt. Neque verò quisquam eum existimabit, cum corda & renes norit, aliquos ex iis qui astabant qui ipsum audissent fortuitos testes exhibuisse : nequaquam : indicauit enim quosdam ministros qui doctrinam suam olim suspexerant : Quomodo verò aut quãdo, rursus ad explicationẽ loci huius

τῇ παχύτητι τῦ γράμματος κατημφιεσμένα γυμνὼ σὺκ εἰσφέρῃ τ αἰαλγκίων τ εἰδησιν. ἐγὼ δὲ σὺ παῤῥησίᾳ λελάληκα τῷ κόσμῳ· ἀπηγμέν γὰρ δίχα Ꞓ σκιᾶς τ τ ἀγαθῶν ἰδίας παῤῥέθηξα τὴν κατόρθωσιν, Ꞓ πλαγίας ἁπάσης ἐξηρημένης δι-ηυτενῆ φ εἰς Θεὸν δι σεβείας ἀπέθηξα τ ὁδὸν. ἐγὼ λελάληκε τῷ κόσμῳ, ὐχ ἑνὶ φησι γλύφ τῷ ἐξ Ισραὴλ· εἰ γὰρ κ μήπω τυχὸν τοῖς ἀνὰ πᾶσαν τ οἰκουμένην ἐκπυσά πως ἔστι τὰ ἡμέτερα, ἀλλ' ἔσται κ ποτέ. ἐγὼ πάντοτε ἐδίδαξα σὺ συναγωγῇ. Ꞓ τί τῦτό ἐστι, πῶς σὺκ αἰαλγκτὸν ἰδεῖν; εἰς ἀνάμνησιν, ὡς ἔοικε, Ꞓ ὐχ ἑκόντας καλῶς τὰς τῶν Ιουδαίων ἀρχιερέας παῤῥησίας ἐχούσης ὧδε περὶ αὐτ. τί γὰρ ἔφη πάλιν ἡμῖν ὁ θεῖος Ησαΐας, ὡς σὺκ ἀφανῶς Χριστ· σὺκ ἐν κρυφῇ λελάληκα, σὐδὲ ἐν τόπῳ γῆς σκοτεινῷ. Ꞓ πάλιν· ὅλην τ ἡμέραν ἐξεπέτασα τὰς χεῖράς μου πρὸς λαὸν ἀπειθοῦντα, κ ἀντιλέγοντα. Ὃ γὰρ μήτε ἐν κρυφῇ, μήτε ἐν τόπῳ λαλῆν σκοτεινῷ, τί ἂν ἕτερον εἴη λειπὸν, ἢ Ὃ πεῖσαι μᾶλλον ἐν παῤῥησίᾳ τοὺς ἀκροατὰς λαλῆν ἢ ἐν τόποις, σὺκ ὀλίγοις ἔχουσι τῶν ἀνθρώπων τ συνόδων; κάλλως ἢ σφέτερα Ꞓ ἀναλγκίως τῆς τῦ προφήτου προῤῥήσεως ἀγνοῆσαι φωνῆς, ἵνα δὴ μάθωσιν, ὅτι κείνοις δυσπειθῶς τ ἐν ἐλπίσιν αὐτοῖς χρεωστούμενον. Ιουδαίων γὰρ ἡ ἐπαγγελία, κ τῶν τῦ Παύλου φωνῶν.

Τί με ἐρωτᾷς; ἐρώτησον τοὺς ἀκηκοότας, τί ἐλάλησα αὐτοῖς· ἴδε, οὗτοι οἴδασιν ἃ εἶπον ἐγώ.

Ἐπιπλήττει τοῖς νομομαθέσιν, ὡς κ αὐτὸν ἠδικηκόσι τὸν ἐφ' ᾧ σημαινόμενα νόμον. τῷ γὰρ ὕπω κατεγνωσμένῳ προῤῥιπτοῦσιν ὡσανεὶ ἐπινεύοντες τ κέλασιν, ἀδικαίως ἔτι ζητοῦσι τὰ τοιαῦτα. τί οὖν, φησὶν, ἐρωτᾷς Ꞓ καλῆς εἰς ἀπολογίαν τ ἤδη παθόντα τ ἔφοδον, προσβυτέραν τε τῷ ἐλέγχοντι λαχόντα τ ἡμερίδα; προσβαλῆς ἢ κ ἑτέρως τοῖς εἰρημένοις οἱ μεμισηκότες ἤδη, φησὶ, Ꞓ παῖς ὕπω δικαίας αἰτίας ἀποδεδληκότες, εἴπῃ ἂν λέγειν τ κατ' ἐμαυτὸν, σὺκ ἂν ἴσως ὀκνήσαιμι Ꞓ ψευδῆ βοᾶν. σὐκοῦν ἀπὸ τ ἑτέρων διδάσκεσθε φωνῆς. ἀπαλαίπωρος πάντελῶς τ μάρτυρων ἡ ζήτησις· οἵ δὲ γε γνήσιοι τ ἐμοῦ κατήκοοι λόγων. Ꞓ νομίσῃ μοῦ τις τυχὸν, ὅτι καρδίας εἰδὼς Ꞓ νεφρούς, ἐκλέξαιτό τινας τ προῤῥιπτοῦντας ὡς σὺ τῶν ἀπὸ τύχης ἀκροασαμένους αὐτ. Ὃ γ ὐχ ὕπως ἔχει. προῄρηται γὰρ τινας τ ὑπηρετῶν, οἳ κ πάλαι τ παῤ' αὐτ διδαχὴν πεφωμάκασι, κ πῶς, ἢ πότε, πάλιν εἰπεῖν αἰαλγκτον ὑπὲρ Θ-

creaturæ omnes cohorruissent, opinor, si tã nefarij sceleris sensum habuissent: gloriæ quippe Dominus impia percussoris manu feriebatur. Scisciatari porrò non erit inutile quam ob causam audacissimus hic & impius minister IESV colaphum incutiat, qui nihil planè duri aut asperi protulisset, Sed mitissimè ad omnia respondisset. Sed ne ipsum quidem videas ludæorum principem imperasse vt eum cæderet, ac ausu tam impio irrueret. Erunt qui tritam & vsitatam ministrorum consuetudinem esse dicent, qui cum ad iudiciorum præsides alicuius criminis reos adducunt, modestius loqui cogunt etiam inuitos: quod si durius aliquid eis exciderit, ipsi eos interdum indignè habent. Sed non arbitror illius in Christum intempeirei causam hanc fuisse, verùm si animum ad ea quæ prius dicta sunt intenderimus, aliam rei gestæ causam comperiemus. Paulo ante enim dicebamus ministros aliquos in offensionem principum incurrisse, quòd cum iussi essent IESVM comprehendere, sic edocti reuersi sunt, tantaque illius admiratione defixi, vt palam dicèrent hominem nunquam sic esse locutum. qua re in rabiem acti Pharisæi, dicebant, *Nunquid & vos*
Prou.7. 17. *seducti estis? Nunquid ex Pharisæis aut ex principibus aliquis credidit in eum? Sed turba hæc, quæ non nouit Legem, maledicti sunt.* Cum ergò Seruatoris sermo principibus memoriam refricaret illius in ministros indignationis (testes quippe eos doctrinæ suæ citabat dicens, *Ecce, hi sciunt quæ dixi ego*) minister ille, qui quòd Christum suspexisset reprehensus fuerat, ne benevolus erga eum esse crederetur, atque vt animum principum ad alias quodammodo cogitationes diuerteret, os ei obturat alapâ, plura loqui non sinens, ex quibus damni aliquid ministrorum turbæ inferri posset.

A τὼ κτίσιν, εἴπερ ἐν αἰσθήσει κέκλητο τῦ ὕλου μήματος. ὁ γὰρ τ δόξης κύριος, τῇ τῦ παίοντος αἰσθήσει κατηκίζετο. Οὐκ ἀμελήσας γοῦν ἐρωτᾷ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν μαθητὰς, τί ἐλάλησαν μαθεῖν, αὖθις ὅπου τυχὸν ὁ πρόπολος ὑπὸ τῆ μισουργοῦ ὑπουργὸς ὑπερέτης ῥαπίζῃ τ Ἰησοῦν, σκληρὸν μὲν ὅλως ἢ δύσοργον εἰπόντα μηδὲν, πρᾳοτάτῳ δ' λίαν τ ἐφ' ἅπασι τοῖς ἐπιτιθεμένοις ἀπολογίαν πεποιῦμενον. Ἀλλ' ὕβρι μὲν αὐτὸν ἴδοι τὶς τ Ἰουδαίων τ προεδρεύοντα παίειν αὐτῷ δεξιᾷ χόπα, Β ἐ τοῖς ὕπω παρειλόμενος ἐλπιπεδᾶν δυσκινήμασι. ἐ προβαλεῖν μὲν ἴσως τινὲς τ τοῖς ὑπηρέταις ὀφείλῃ μηχανικώτερον σεμνύνεσθαι, οἱ τοῖς ἡγουμένοις προσάγοντες τοὺς ὅπῃ λισι τ ἔξω νόμου καταιρομένους, λαλεῖν μὲν ὅπῃ χέοντας ἀναλογίζοιτο, προφθεγξαμένους δέ τι τ ἀπηγορευμένων ἑαυτὸν ὅτε ἐ κινήσειεν. Ἀλλ' ὑ ταύτην οἶμαι τ αἰτίαν τ ὅπῃ Χριστῷ κρίσις συμβολῶσι τότε, προφασιν ἢ τῇ πλημμέλητος ἑτέραν εὑρήσομεν, τοῖς ἤδη προφρημένοις τ νοεῖν ὑπεισέλυτες. C ἐλέγχω γὰρ ἁρπίως, ὅτι τοῖς ἡγουμένοις προσπεφεύγασι τ ὑπηρετικῶν τινὲς, οἱ προπηδήσαντ μὲν συλλαβεῖν τ Ἰησοῦν, ἐπαμῆκον ἢ ὕπω μεμυσταγωγημένοι, ἢ τεθαυμακότες αὐτὸν, ὡς διῤῥήδην εἰπεῖν, σοφὸν ποτε ἐλάλησεν ὕπως ἄνθρωπος. ἐφ' ᾧ ἐ σφόδρα λελυπημένοι ἔφασκον εἰ Φαρισαῖοι, μὴ ἢ ὑμεῖς πεπλανῆσθε; μὴ τις ἐκ τ Φαρισαίων, ἢ ἐκ τ ἡγουμένων ὑπίστευσεν εἰς αὐτόν; ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος, οἱ μὴ εἰδότες τὸν νόμον, ἐπάρατοί εἰσιν. ὅπῃ πίνων ἢ σωτὴρ ὁ λόγος προὔβαλεν διάμεμψιν ἐκ πάλαι τοῖς ἡγουμένοις, τῆς κατ' τ ὑπηρετῶν κεκινημένης πρὸς βαρυθυμίας. D μάρτυρας γὰρ αὐτοὺς τ αὐτῆς διδασκαλίας προκόμιζε λέγων· ἴδε ὕτοι ἴσασιν, ἃ εἶπον ἐγὼ· ἀποκρυόμενος τ εἰς αὐτὸν θυμοῦ τ ὑπόληψιν, ἢ τ ἡγουμένων τ νοῦν· ἐφ' ἑτέρας ὡσαύτως προτρέπων ἐννοίας ὁ ὅπῃ τῷ θαυμάσαι Χριστὸν πρ' ἐκείνοις ἐγκαλύμματος, ὑπερμίζῃ ῥαπίσματι, τὰ λυ- E ποῦντα λέγειν οὐκ ἐφιεὶς τῷ ὑπηρετῶν τεταγμένων ὃ φιλοκίνδυνον σίφος.

Ver. 13. *Respondit ei* IESVS, *Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: Si autem benè, quid me cædis?*

Magnam iniuriam esse ministri ostendit, tametsi vilis quidam & ignobilis reus in iudicium adductus esset. Eum etenim temerariè cædit, quem minùs oportebat, à quo nec vllo iniquiore verbo, nec alia quauis

Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, εἰ κακῶς ἐλάλησα, μαρτύρησον περὶ τ κακοῦ· εἰ ἢ καλῶς, τί με δέρεις;

Δικαιοῦται μὲν λίαν ἐλέγχῳ τ ὑπηρέτου, ἢ εἰπὼν ὡς ἐω ὁ κελεύσας τῷ ῥαπίσματι ἐ σφόδρα λαμπρῶν. πλὴν ἐπ' ἀπειρέτους ὀνήσεσι χρῶ, οὐκ ὀνήσεσι ῥήμασιν εἰς τὸν κακηγορήσαντα,

διὰ τῦ θράσους ἔχων τ ἀφορμὴν. ὅτι μόνος δὲ μᾶλλον τ ἐμφύτου μανίας, εἰς ἠθῶν ἀγελεότητα θηριωδεστέρη κατωδύσωπος. κατηγόρησον γὰρ, εἰ δύνασαι, & τ ἡμετέρων καλλιγωνίζη λόγων, ὡς οὐκ ὀρθῶς εἰρηκόσιν. εἰ δ' τῦτο ποιῆσαι δυνάσαι, πλήττεις ἀδίκως ὁδοῦ λοιπὸν τ ἀκριβοῦς φλεγξάμενον; πεπαιδευμένος μὲν γὰρ ὑπὸ & σφόδρα συνήθης τοῖς θεωρήμασι λόγος. οἶμαι δ' ἔγωγε τ τῦ παρεκκειμένου δυνάμιν ἐπίρρωσί τινι χωρῆσαι. διελέσθαι γὰρ ἴσως τ ὑπηρέτην, ὡς ἀδικωτέρα μείζονος, ὑχ ὁτὶ πέπαικεν ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι παρὰ παλαιὸν τ διδάσκαλον, ἐπ' οὐδενὶ δ' πω κατεγνωσμένον, ἀτιμάζειν ἐώρτο. εἰ μὲν γὰρ ὑχ ἥλως ποτὲ τοῖς παρ' ἐμοῦ, φησὶ, λόγοις εἰ μή σοι τὰ κάλλιστα διδάσκων ἐδόκουν & παράδοξος ὡς ἔτι) περίεργος τῶν ἱερῶν γραμμάτων ἐξηγητὴς εἰ μὴ αὐτὸς ἤδεις ποτὲ βοᾶν, οὐδέ ποτε ἐλάλησεν ὕτως ἀνθρωπος· πάλαι ὡς σὸν τοῖς σοῖς ἀπειρίας ὑπεδεδοκεῖ τ ἔλεον, & τ ὑπὲρ τούτοις αἰτίας ἔξω λόγος· ὑμᾶς δ' ἐγὼ τε καὶ τηλικαύτας καὶ οὐκ ἀνοήτους, φησὶ, τ ἐμοῦ καταμαρτύρους λόγων, εἰ δ τ ἐαυτῦ ἀφαιμαγμάτων φωνῆς ἔνεστι τῶν παρόντι διελογίζη καλῶς, πῶς οὐκ ἀπροφάσιστον ἔχοις τὴν ἁμαρτίαν; ἢ προσοδυσωπῶν τοῖς θεωρήμασι· πλὴν ἔστιν ἰδεῖν, ὡς ἀσύγκριτόν τινα καὶ ὑπερφυᾶ τ εἰς ἄκρον αἰδεσιμότητος ὁ τοῦτος ἡμῖν ὁ σωτὴρ καταγράφει τ τύπον, & τ αἰσθητὸν καὶ ὑπερφερῆ ἡμερότητος τ ἰδέαν, ὡς ὁ εἰκὼν ζωγράφου ἐξ ἀπαραλλάκτων ἀποτυποῖ τὰ καθ' ἑαυτόν. ὁ γὰρ ἑνὶ κινήματι πάντας ἀπολέσαι δυνάμενος Ἰουδαίους ἀπολέσας δυνάμενος, δουλοπρεπῶς ῥαπίζεται. καὶ σιγᾷ μὲν οὖν, ἀντιπαίει δ' τ ἀδικουμένου οὐδενὶ τῷ παθήματι κόλασιν, ἐπεὶ μὴ δίδοται καθ' ἡμᾶς ἀθυμίας, ἢ ὀργῆς, ἢ λύπης τυραννουμένου, ἢ & τ πλεονεξίας βαρῦ νικώμενος, δυσωπεῖ δὲ πραότης τ ἐφεστηκότα, τ οὐδὲν ἀκατόρθωτα λαλήσαντα μὴ χρῆναι παθεῖν εἰπόντι, ἢ αὖθις δὲ τοῖς δικάζουσι ἔτι) δίκαιος ὢν ἀπαλλαγῆς, τ οἰκείων ὑπερβαλλομένου οὐκ ἀλογεῖ. λογισμῷ γὰρ αἰσθητῷ παρ' ἕκαστα τ τοῦτοις παρεπομένης ἀπαχθείας & τ τῶν Ἰουδαίων ὑποψίας τ ὑπουργὸν, κομιδῇ μῦθος μὲν αὐτὸς πονηρὰ ἀντ' ἀγαθῶν, ἢ & γεγραμμένον, ἀποδιδοὺς δὲ τοῖς ἀδικαζουσιν ἀντὶ πονηρῶν ἀγαθά. ἀλλ' ὁ μὲν κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς καὶ ῥαπιζόμενος αἰσχυνόμενος, καίτοι Θεὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς, γῆς τε & θαλάσσης κύριος. ἡμεῖς δὲ οἱ χαλκεῖς, οἱ γῆ καὶ κονδύλῳ, & σμικροὶ, & ἐλαχιστοι, & τῇ τ λαχανώδει χλόῃ παραπλησιούμενοι, ἀνθρωποι

A causa esset lacessitus, sed præcipiti furore & animi intemperie, atque efferata rabie eò deductus. Argue enim, si iuuat, & me non rectè locutum esse reuincito. Sin autem id facere non potes, cur demum cædis eum qui innocenter locutus est? Trita igitur ista & familiaris est huius loci explicatio. Ego verò sensum horum verborum aliò pertinere arbitror. Ministrum enim forsan arguit grauissimam B iniuriam intulisse, non vtique quòd incussisset alapam, sed quòd magistrum admirationi priùs habitum, nunc verò nullius rei condemnatum malè mulctaret. Nisi ergo captus esses antehac meis sermonibus, inquit, nisi tibi optima docere, & mirabilis sacrarum literarum interpres tibi visus essem, nisi ipse tunc exclamasses, Nunquam sic homo loquutus est, aliqua forsan ignorantiæ tuæ venia dari posset. Verùm cum agnoueris, & laudaris, nec C testimonium aduersus meos sermones laturus sis, si tuæ illius vocis meminisse iuuaret, nunquid excusatione omni peccatum tuum carituram est? Et huius quidem loci sensum sic intelligens; animaduertendum tamen est Seruatorem incomparabilem quandam & mirabilem summæ patientiæ nobis formam his verbis depingere, & supremæ bonitatis illustrem quandam speciem & imaginem seipsum præbere. Nam qui vno ac solo nu- D tu Iudæos omnes funditus perdere potest, seruiliter colaphis cæditur, nec statim vlciscitur, quia non est sicuti nos angusti animi, nec iræ aut dolori cedit, aut ambitionis onere premitur, sed principem blando sermone placare studet, dicens non esse percutiendum eum qui nihil male locutus sit, & inter supplicia ipsa à suo non abhorret instituto. Conuenienti quippe ratione suadet Iudæorum fastus ministrum ab illa temeritate recedere, quippe qui accipit ipse ma- E la pro bonis, vt scriptum est, & inimicis suis bona pro malis retribuit. Sed Dominus noster IESVS Christus etiam cum alapæ ei infliguntur patienter sustinet, quamuis Deus verus sit, terræque ac cæli Dominus: Nos autem miseri, qui terra ac puluis, qui tenues & angusti, qui oleribus similes sumus, (homo e-

nim ſicut fœnum dies eius, & tanquam flos agri ſic efflorebit, vt ſcriptum eſt) ſi quando fratrum aliquis verbo lapſus fuerit, & durius aliquid in nos protulerit, more draconum exaſperati in eum inſurgimus, & mille pro vno conuitiis eum petere non ſatiamur, nec animi noſtri angustiis modum facimus, nec communem naturæ infirmitatem reputantes mutua charitate iram prorſus obruimus, nec in ipſum fidei noſtræ ducem reſpicimus & conſummatorem IESVM, ſed nos vlciſci imprimis cupimus, idque acerbè, quamuis diuina Scriptura dicat, modò quidem, vias eorum qui memores ſunt iniuriarum eſſe ad mortem: modò verò: vnuſquiſque malum fratris ſui ne cogitate in cordibus veſtris. At verò mutuæ aliorum erga alios mãſuetudinis & mirabilis patientiæ ipſe vniuerſi Dominus Chriſtus forma & exemplum nobis ſit propoſitus, qui & hanc ob cauſam ad nos ait alicubi: *Non eſt diſcipulus ſupra magiſtrum, neque ſeruus ſupra Dominum ſuum.*

γὰρ ὡσὶ χόρτος, αἱ ἡμέραι αὐτοῦ, καὶ ὡσὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ οὕτως ἐξανθήσει, καὶ ὁ γεγραμμένον· ὅτι ἐὰν ὀργισθῇ τις τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ εἰς λόγον, καὶ βραχὺ τι διαφθέγξαμενος τὴν εἰωθότων λυπεῖν, δρακόντων μὴν δίκην ἐκπικραίνεσθαι δεινότατα αὐτῶν λοιδοροῦμεθα, μυρίοις ἢ αὖθις ἑνὸς κακοφενδονοῦντες λόγοις οὐ κορεννύμεθα, καὶ ταῖς ἀνθρωπίναις μικροψυχίαις κεχρώντες τὴν ἄφεσιν, καὶ τὴν κοινὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν ἀγνοοῦντες ἀλόγιστα, καὶ τῷ φιλονεικίᾳ καταχωννύμενοι θᾶττον τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀργαῖς, οὐκ εἰς αὐτὸν ἀποβλέποντες τὸν τῆς πίστεως ἡμῶν ἀρχηγὸν καὶ τελειωτὴν Ἰησοῦν, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐκδικεῖν σπουδάζοντες, καὶ τοῦτο πικρῶς. κεῖται δὲ θείας λεγούσης γραφῆς, ποτὲ μὲν, ὅτι ὁδὶ μνησικάκων εἰς θάνατον, ποτὲ δὲ πάλιν τὸν κακίαν ἕκαστος τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ μὴ μνησικακείτω ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. ἀλλὰ γὰρ εἰς τύπον ἡμῖν ἡμερότητος τῆς εἰς ἅπαντας καὶ τῆς ὑπὲρ λόγον αἰδεσιμακίας αὐτὸς ὁ πάντων δεσπότης προκείσθω Χριστὸς, ὃς καὶ διὰ τοῦτο ἕνεκα τῆς αἰτίας πρὸς ἡμᾶς, που φησίν. οὐκ ἔστι μαθητὴς ὑπὲρ τὸν διδάσκαλον, οὐδὲ δοῦλος ὑπὲρ τὸν κύριον αὐτοῦ.

FINIS LIBRI XI.

INDEX CAPIT LIBRI XII.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΤΟΥ ΔΩΔΕΚΑΤΟΥ βιβλίου.

1. *Quòd naturâ ſuâ Deus ſit Filius, licet propter nos Deum appellet Patrem ſuum.*

α'. Ὅτι κατὰ φύσιν Θεός ἐστιν ὁ υἱὸς, καὶ διείσκηται δι' ἡμᾶς Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν πατέρα καλῶν.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΙΣ ΤΟ ΚΑΤΑ ΙΩΑΝΝΗΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΩΔΕΚΑΤΟΝ.

S. CYRILLI ALEXANDRIÆ

ARCHIEPISCOPI,

IN IOANNIS EVANGELIVM,

LIBER DVODECIMVS.

Απέστειλεν οὖν αὐτὸν ὁ Ἅννας δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα. ἦν δὲ Σίμων Πέτρος ἑστὼς, καὶ θερμαινόμενος. εἶπον οὖν αὐτῷ, μὴ καὶ σὺ ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ εἶ; ἠρνήσατο ἐκεῖνος, καὶ εἶπεν, οὐκ εἰμί. λέγει εἷς ἐκ τῶν δούλων τοῦ ἀρχιερέως, συγγενὴς ὢν οὗ ἀπέκοψε Πέτρος τὸ ὠτίον, οὐκ ἐγώ σε εἶδον ἐν τῷ κήπῳ μετ' αὐτοῦ; πάλιν οὖν ἠρνήσατο Πέτρος· καὶ εὐθέως ἀλέκτωρ ἐφώνησεν.

A v. 24. &c. *Et misit eum Annas ligatum ad Caipham Pontificem. Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se. dixerunt ergo ei: Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille, & dixit, Non sum. Dixit ei unus ex seruis Pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam, Non ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cantauit.*

ΑΝΑΚΟΠΤΕΙ χρησίμως καθάπερ ἵππον ὀξυδρομοῦντα τὴν τῆς ἐξηγήσεως ὁδὸν ὁ θεσπέσιος διαγγελιστὴς, καὶ ὀπίσω πάλιν ἀναχαμίζεται. δι' ἣν ποίαν αἰτίαν; χρεὼν γὰρ ἦν πρωτοδεικτῆσαι τὴν ἔκφυξιν τὴν εἰς τέλειον ἀθρόησιν τοῦ Πέτρου, καὶ τῶν ἐχόντων τὸ σκάνδαλον ἦν τὸν αὐτὸν μάλιστα πρέποντά τε καὶ ἐπιτήδειον, καθ' ὃν καὶ πεπλεγμένον. οἰκονομικῶς δηλαδὴ συνδρομὴν ἀναλαμβάνει τὸ δρᾶμα, καὶ ἀπεσάλθαι μὲν λέγει τὸν Ἰησοῦν πρὸς Ἅννα τὸν Καϊάφαν· διερωτώμενον δὲ δείκνυσι τὸν Πέτρον, πρός τε τῶν συνθερμαινομένων

B DIVINVS Euangelista narrationis modum ceu præpetem equum inhibet, ac retro flectit. Cur ita? quippe præmonstrare oportebat ter à Petro negatum esse Christum, rei naturâ id ita fieri postulante. Singulari itaque consilio repetit ea quæ prius dicta sunt, & missum quidem esse ait IESVM ab Anna ad Caipham: Petrum verò interrogatum ostendit cum à famulis qui vnà se calefaciebant, tum

à quodam cognato eius quem vulnerarat ipse, terque Dominum negasse. Deinde gallicinij mentionem facit, ostendens frustra non esse Domini sermonem, qui præuidit ac prænunciauit sui discipuli in re difficili ac turbida infirmitatem, quam diuinus forsan scriptor reticuisset, nisi Dei hostium prona ad conuiciandum & detrahendum studia cognouisset. Nam qui maximè Christi gloriam impugnant illicò forsan dicerent, Ostendite Petri negationem, & quomodo atque vbi ad exitum perducta sit Christi prędictio, qui, vt asseritis, mendacium nescit. Veritatem etenim esse dicitis, & ex vero Patre effulsisse. Necessariò itaque nobis diuinus Euangelista hæc quoque narrauit, Dominum vbique veracem esse demonstrans. Sed ab huiusmodi verbis aduersariorum aliquis forsan abstinebit, sed in Petrum grauior insurget, sinceroque discipulo formidinis incomparabilis notam affinget, tamque leuem & inconstantem fuisse dicet, vt iam tertiò Christum neget, nondum vllum expertus periculum, sed qui ne fores quidem ipsas periculi attigerit. Verùm ista quidem nondum initiatis forsan conuenient: Ego verò his procul amandatis, eorumque nugis repulsis ad defensionem facti me conuertam, & in mysteriorum contemplatione iam exercitatis, mysticam dispositionem & ordinem ostendam. Oportebat enim sapientissimum Euangelistam harum maximè rerum mentionem facere, vt auditores intelligerent quinam ipsi terrarum orbis magistri essent ante Christi resurrectionem, & antequam Spiritus in eos descenderet, & quales postea extiterint accepta per Spiritum gratia, quam & ex alto virtutem Christus nominauit. quippe hos videbis ad virtutem promptissimos, & in sequendo Christo constantes, & ad subeunda quęuis pericula fortissimos: Sed nondum per Seruatorem Christum euerso mortis imperio asper adhuc erat & inaccessus eius metus, hi autem nondum accepto Spiritu, nec superna gratia muniti, cum ad supernaturalem virtutem nondum animi angustia soluti essent, non ad-

A οἰκετῶν, καὶ παρά τινος τῶν ἐν γένους τοῦ πληγέντος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τρίτην ἐν τούτοις ἀποπληρουμένην τὴν ἄρνησιν. εἶτα τῆς τοῦ ἀλεκτρυόνος διαμέμνηται φωνῆς, κατ' οὐδὲν διαπίπτοντα τὸν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποφαίνων λόγον, προεγνωκότος τε καὶ προειρηκότος τοῦ ἰδίου μαθητοῦ τὴν ἐν θορύβοις ἀσθένειαν, ἧς οὐκ ἂν ὅλως ἐπεμνήσθη τάχα, θεοδίδακτος ὤν, ὁ τόδε τὸ σύνταγμα γραφῇ παραδοὺς, εἰ μὴ τὰς τῶν μισοθέων ἐνενόησε φιλαψογίας τε καὶ ἀθυρογλωττίας. εἶπον γὰρ ἄν τινες εὐθὺς τῶν ὅτι μάλιστα πολεμεῖν ἐγνωκότων ταῖς τοῦ Σωτῆρος εὐκλείαις· ἐπιδείξατε τοῦ Πέτρου τὴν ἄρνησιν, πῶς δὲ καὶ ὅπου
B τετέλεσται τὸ προειρημένον παρὰ Χριστοῦ, καίτοι τὸ ψευδομυθεῖν καθ' ὑμᾶς οὐκ εἰδότος. ἀλήθειαν γὰρ εἶναί φατε, καὶ ἐξ ἀληθοῦς ἀναλάμψαι πατρός. ἀναγκαιοτάτην τοιγαροῦν ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστὴς καὶ τούτων ἡμῖν ἐποιήσατο τὴν ἐξήγησιν, ἀληθεύοντα πανταχῆ δεικνὺς τὸν κύριον. ἀλλ' ἴσως τοῦ μὲν ἔτι τοιούτοις ἡμᾶς καταχρεῦσθαι λόγοις ἀφέξεταί τις τῶν δι' ἐναντίας, δεινὸς δὲ τοῦ Πέτρου φανεῖται κατήγορος, καὶ δειλίας ἀσυγκρίτου τὸν γνήσιον γράψεται μαθητὴν, εὐχερῆ δὲ οὕτως ἔρρει πρὸς τὴν ἐν λόγοις ἀμέλει διαπτώσασιν, ὡς ἤδη καὶ τρίτον διολισθεῖν εἰς
C ἄρνησιν, οὐδὲ ὅσον τὸν κινδύνων ἁψάμενον πεῖραν, ἤγουν πρὸς αὐταῖς γεγονότα ταῖς τοῦ κινδύνου θύραις. ἀλλ' εἰπεῖν μὲν ἁρμόσει τὰ τοιαῦτά τι γοῦν τοῖς ἀμυήτοις ἔτι· ἐγὼ δὲ ὡς πορρωτάτω τὰ τοιαῦτα μεθεὶς, καὶ ταῖς ἐκείνων τερθρείαις ἐρρῶσθαι φράσας, εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ γεγονότος ἀπολογίαν τετράψομαι, τοῖς ἤδη κατευθυνομένοις νοεῖν μυστήρια τὰ ἐκ τῆς μυστικῆς οἰκονομίας παραδεικνὺς εἰς ἀπόδειξιν. ἔδει γὰρ ἔδει καὶ τῶν τοιούτων ἐν μάλα διαμεμνῆσθαι πραγμάτων τὸν σοφώτατον εὐαγγελιστὴν, ὑπὲρ τοῦ συνιέναι τοὺς ἀκροωμένους τίνες μὲν ἦσαν καὶ αὐτοὶ
D τῆς οἰκουμένης οἱ διδάσκαλοι πρὸ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ, καὶ πρὸ τῆς καταφοιτήσεως τῆς ἐπ' αὐτοὺς γενομένης τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ τίνες ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα, κεκομισμένοι τὴν διὰ τοῦ πνεύματος χάριν, ἣν καὶ ἐξ ὕψους δύναμιν ὠνόμασεν ὁ Χριστός. προθυμοτάτους μὲν γὰρ εἰς ἀνάληψιν ἀρετῆς, εὐτονωτάτους δὲ λίαν εἰς τὸ θέλειν ἕπεσθαι τῷ Χριστῷ, καὶ πρὸς τοὺς κινδύνους καταθλεῖν, καὶ σφόδρα πλείστους ἐπιχειρήσοντας θεωρήσαι τις ἄν. ἀλλ' οὔπω καταργηκότος τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ τοῦ θανάτου τὸ κράτος, σκληρός πως ἦν ἔτι καὶ ἀνυπόστατος παντελῶς ὁ ἐξ αὐτοῦ φόβος, οἱ δὲ οὔπω τὸ πνεῦμα λαβόντες, ἀλλ' οὐδὲ διὰ τῆς ἄνωθεν * κεχαλμένοι χάριτος, εἰς τὴν ὑπὲρ φύσιν ἀνδρείας οὔπω παντελῶς ἐλθεῖν τῆς αὐθεσπίστης μικροψυχίας τὴν διάνοιαν

* κ. κεχαλ- κευμένοι

ἔχοντες, οὐκ ἀνθρωποι κομιδῆ τοῖς ἐκ τῆ παθεῖν ἐφαίνοντο δίμασιν. ὅπερ γὰρ ξύλον ὁ σίδηρος, καίτοι τῇ φύσει ὑπάρχων σκληρὸς, οὐκ ἂν ἡμῶν πάντων ἐμιλήσας τοῖς τῆ λίθων ἀπανεσίμοις, εἰ μὴ τῆ ἐκ τῆ σωμάτων προσκόποι διὰ μικρότητα ἢ ἀνθρώπου ψυχὴ, καὶν σφόδρα νεανιεύηται ταῖς εἰς πᾶν ἀγαθὸν ἀναβατικοῖς ὀπτηθυμίαις, ἀλλὰ τῆ ἐκ τοῦ ἅγιον σκληρότητος ἠσθένησέ ποτε, μὴ ἀχρὶ προέτυχε τῆ δεξιᾶ τῆ ὑψίστου πνεύματος ἀθρωπωθεῖσα χάριτι. οὕτω δὲ ἀνθενήσαι πως ὃ ἐν ἀρχαῖς καὶ αὐτοῖς τυχὸν ἦσαν οἱ μαθηταὶ, καμισάμενοι ἢ ὃ πνεῦμα τῆ ὑπερκοσμίου θεότητος, τῆ ἑαυτῶν ἥδη προελόμενοι ἀθένειαν, εἰς τὴν ἐκείνης ῥώμην μετεπλάττοντο, τῇ καινοποιᾷ τῇ παρ' αὐτοῦ, παρὰ τὴν ὑπὲρ φύσιν αἰσθησιν ἔχοντες βοήθειαν. αἰσχύνεσθαι τοίνυν χρεὼν ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τῇ ἁγίων ἀδενείᾳ παρὰ ἐπαινόν τι καὶ δόξαν Θεοῦ, μεγαλυνόμενος εἰς δυνάμιν ὃ ἀθενικός, καὶ ὥσπερ ἵνα πύργον αἰσχύνης ἅμαχον ὃ καὶ ψιλοῖς, καὶ βιαιοτέροις φόβοις, καὶ μύναις ἔαδ' ὅτε πᾶς ἐκ τῆ τὶ παθεῖν ὑποπτίας κατρήκης. εἴη δ' οὐ εἰς τύπον τε καὶ παρὰ ψυχὴν ἡμετέραν, ὃ ἑνί που τυχὸν ἢ ὀλίγοις τῶν ἁγίων συμβεβηκός. διὰ τοῦτο γὰρ ἐκτεῦθεν μὴ ταῖς ἑαυτῶν ἀθενείαις εὐφραινόμεθα ἐαδ' ὅτε καταφαρκῶν ἀδυλόπατα ὃ δεσπότῃ τῷ Θεῷ, πεποιθέναι ἢ μᾶλλον ὅτι τῷ πάντας ὠφελοῦντι, καὶ τοῖς ὑπὲρ φύσιν ἐναρμόζεσθαι κατορθώμασι, καὶ πρὸ ἐλπίδα χαριζομένῳ.

A modum infracti malorum metu videbantur. Quemadmodum enim ferrum quamuis naturâ suâ durum sit, durioribus tamen saxis retunditur, nisi tinctura obduratum sit: sic animus hominis licet constanti virtutis studio efferatur, tamen duritiem certaminum nunquam superabit, nisi priùs diuini Spiritus gratia sit impingnatus. Quocirca imbecilliores quodammodo erant initio ipsi discipuli, sed accepto Dei qui supra omnes est Spiritu, deposita infirmitate sua in illius firmitatem transmutati sunt, eius participatione ad robur supernaturale redeuntes. Infirmitas ergo sanctorum ad laudem & Dei gloriam literis consignata est, qui vires imbecillis restituit, ac velut inexpugnabilem quandam turrim excitat eos qui vel solo metu facile collabuntur, & sola interdum suspicione mali franguntur. Quod autem sanctorum vni aut paucis contigit, exemplo nobis erit atque solatio. hinc enim docemur non esse quandoque respectu nostræ infirmitatis cunctandum quo minus Deo seruiamus, sed ei confidendum potiùs qui omnes firmare potest, quique nobis etiam præter spem largitur vt supernaturalibus factis gloriemur.

B

C

Ἄγουσιν οὖν τὸν Ἰησοῦν ἀπὸ τῆ Καϊάφα εἰς τὸ πραιτώριον. ἦν δὲ * πρωΐ, καὶ αὐτοὶ οὐκ εἰσῆλθον εἰς τὸ πραιτώριον, ἵνα μὴ μιανθῶσι, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα.

Vul. ed. ἐπρωΐ

V. 28. *Adducunt ergo* IESVM *à Caipha in Prætorium. Erat autem mane, & ipsi non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.*

D

Κεῖμαι δίκαιον κρίνετε, καὶ ἀθῶον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς, διαῤῥήδην ὕπως αἰσχυνόμενος τῆ νόμου, καὶ τῆ θείας σοφίας, ἐπῳδυθρίσαι πῶς τὴν αἰτίαν ἐρημίαν καὶ μὴ ἔχοντες οἱ δείλαιοι. ἀπεφάσισαν ἢ ἤδη τὴν τοῦ Χριστοῦ μανίαν δικάσοντες, εἰρημένοι τε τῆ ἀνοσιουργίας, διὰ τῆ ὑπερκειμένην ἀγνισμόν· ἔμελλον γὰρ ἤδη φάγειν τὸ πάσχα, καὶ τῆ σφῶν ἦν ἐν αὐτοῖς ἐκμανία νόμον. Πιλάτῳ προσάγουσιν, οὐκ πολλῆς ἄγαν ἀσεμνοσύνης τοῖς τῆ ἀδίκου μιαιφονίας ἐγκλήμασιν οὐκ αὐτόλως σφαγεῖα πεπυσμένοις, εἰ αὐτοχερεῖ εἰς οὐκ ἂν εἶεν αὐτοὶ, προσούσαν ἢ μᾶλλον τοῖς ἑτέρου χερσὶν ἐκ ἦν πεισόμενον, καὶν τοῖς δι' Μωσέως ἀπαδὴ νόμοις ὅπερ ἐν αὐτοῖς καὶ νοεῖ. γεγόασιν ἢ

Iustum iudicium iudicare, & innocentem ac iustum non interficere cum Lex & diuinum præceptum sanxerit, pudet quidem miseros nullum sibi crimen suppetere: cum autem nullam sui in Christum furoris excusationem inuenirent, nec sibi occidere eum liceret quia lustrandi mox erant, (immolare enim Pascha debebant iuxta Legem) ad Pilatum eum adducunt, incredibili vxcordia sibi persuadentes iniustæ cædis crimine se nequaquam obstrictum iri, si à cæde ipsi abstinentes in alterius manus eum traderent illud passurum, quamuis Mosaicis legibus repugnaret quod mente versabant. Sed & illud per- *Exod. 23. 7.*

quam ridiculum deprehendetur, quòd cum innocentissimum quasi summorum criminum reum in iudicium adducerent, ac tam horrendam impietatem in caput suum effunderent, Prętorij limen fugiunt, quasi inquinandi hinc forent, & impuris hominibus misceri summopere cauent. Lapides quippe & eiusdem generis hominum corpora inquinare posse hominis animam sibi persuadent: fœditissimum verò malorum omnium, iniustissimam nempe cædem nihil prorsus sibi noxæ putant affingere. Et quod mirabilius, immo verò cæteris omnibus insanius, est, non polluuntur ob agni cædem, qui nihil aliud quam mysterij Christi nobis vmbram exprimit, & cum rei typum honorent, ipsam veritatem labefactant. Nam cum ob agnum lustrari se fingant, Christi cæde inquinantur. Rectè igitur, modò quidem sepulchra dealbata eos appellauit, externo & artificioso fuco ornata, intus autem fœtido & graueolente spurcitia plena: modò culicem quidem excolare dixit, camelum verò deglutire. Nam cum sæpe minima ac tenuissima quæque, vt verbo dicam, obseruent, aut rem prorsus nihili, (quid, enim est culex?) crimina grauiora pro nihilo ducunt, & calicis quidem ac disci partem exteriorem abluunt, internæ verò impuritatis nullam rationem habent. Ecce enim, ecce, tametsi Hieremias Propheta dicat, *Lauacor tuum à malitia, Hierusalem, vt salua fias*, internam quidem & in animo sitam impietatem nihil esse existimant: Christum verò ad Pilatum adducentes loca fugiunt, vt impura, & virorum incircumcisorum corpora, & modò suis ipsi manibus scelus non admittant, sed suæ crudelitatis quodammodo ministrum Pilatum faciant, experces se culpæ omnis mansuros præ væcordia suspicantur. Sed mirabere forsan illam eorum impietatem non ignotam fuisse Prophetis. Dixit enim alicubi de iis beatus Esaias: *Væ iniquo: mala secundum opera manuum eius accident ei.* Ezechiel verò: *Sicut fecisti, erit tibi: retributio tua retribuetur tibi in caput tuum.* Quin & ipse diuinus Psalmistes: *Redde retributionem ipsis, secundum opera ma-*

Mat. 23. 27.

Hier. 4. 14.

Esai. 3. 11

σφόδρα καὶ ἐκεῖνο πρὸς τοῦτο προσχόντες λήσουσιν. διϋλίζοντες γὰρ οὐς ὅτι τοῖς ἐλάττοις κατηγορουμένου τὸ ἡμάρτηκότα μηδὲν, καὶ τὸ ὕστερον φειδοδιςάτλου ἀσέβειαν τὸ ἑαυτῶν καταχέοντες κεφαλῆς, τὸ τοῦ πραιτωρίου φλιᾶς ἅπτονται, ὡς ἐσόμενον αὐτοῖς βδέλυγμα μολυσμοῦ, καὶ ὃ μιάσματος ὅτι μίασμα τοῖς ἀνάγνοις ἐπὶ βδελυττῶν ἀφοσιοῦνται. λίθους γὰρ, οἶμαι, καὶ ἀνθρώπων τὸ ὁμογενῆ σώματα καθαμολυνῶν δυνάμενος πιστεύουσι τὸ ἀνθρώπου ψυχὴν· ὃ γὴ δὴ πάντων αἴσχιστον τῶν κακῶν, τὸ ἀδικωτάτου μιαιφονίας, ἐστὶν ὅλως αὐτοῖς προσπεῖσθαι πεπόνθασι βλάβος. ἢ τὸ γε βδέλυγμα, μᾶλλον δὲ τὸ ἄλλων ἀνθρώπων τε καὶ δικαιοτάτου, ἀγελαίοις δίκῃ τὸ τοῦ σφαγίου, ἕτερον ἡμῖν ἀρχέτυπον τοῦ ἐστὶν ἢ τοῦ Χριστοῦ μυστηρίου τὸ σκιαῖον· οἱ δὲ τὸ τύπον ἀμύητες τὸ πράγματος εἰς αὐτὸ ὑβρίζουσι τὸ θεῖον. πλανῶμαι γὰρ ἐπ' αὐτῷ τὸ ἀληθείας, τῇ τοῦ Χριστοῦ μιαιφονίᾳ μεμόλυνται. καλῶς οὖν ἔχει, ὁπότε μὴ τάφους κακοσμίαν ἀθρόως αὐτοῖς ὠνόμαζε, τοῖς ἔξωθεν δὲ ὁπότε τίχης αὐτοῖς ἐπιπορπιμένοις πρὸς κλήμασιν ἐξωραϊσμένοις, ἔσωθεν γεμοῦσι * δυσωδεστάτου δὲ δυσαρεστότερα ἔχοντας τὸ ἀκαθαρσίαν· ὁπότε μὴ πάλιν, διϋλίζοντας μὲν ἔφη τὸ κώνωπα, καταπίνοντας δὲ τὸ κάμηλον. ἀκριβολογούμενοι γὰρ πολλάκις ὅτι τοῖς ἀπόντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐλαχίστοις τε καὶ μείοσιν, ἢ δὲ ὅτι μηδενὶ πάντελῶς, τί γὰρ ὅλως ὁ κώνωψ; πολὺ δὲ ἐκκλησιῶν πολὺ πληθέστερα τὰ θηρία πρὸ αὐτῶν, καὶ ποτηρίου μᾶλλον καὶ πίνακος ἀποκλίζοντες τὸ ἔξω, λόγος δὲ αὐτοῖς πάντελῶς οὐδεὶς τὸ ἔνδον ἀκαθαρσίας. ἰδοὺ γὰρ ἰδοὺ κράζει τοῦ προφήτου λέγοντος Ἱερεμίᾳ σῶσον, ἀπὸ πλυνε ἀπὸ κακίας τὴν καρδίαν σου Ἱερουσαλήμ, ἵνα σωθῇς. τί μὴν ἔσω καὶ ἐν δικαιοσύνῃ ἀσεβοῦσιν ἐστὶν εἰ) κομιδῇ δίκαιοι πεπιστεύκασι· προσάγοντες δὲ Πιλάτῳ Χριστὸν, καθαιτοῦσι τόπους, ὡς ἀναγκῆς καὶ αὐθρώπων ἀπείρατων σώματα, καὶ εἰ μὴ δρῶσιν αὐτοὶ ταῖς ἰδίαις χερσὶ δ καθαίνομεν, ὑποπρᾶττόν γὲ ὡς πρὸ τὸ ἑαυτῶν ὠμότητος ποιοῦντα Πιλᾶτον, ἐξω δὲ πάσης αἰτίας δικαιοῦσι ἐξ αἰσίας ὑποληφθέντες. θαυμάσῃς δὲ αὖτις ἐστὶ ἐκείνου αὐτῶν πλεονεξίας τὸ ἀσέβειαν τοὺς ἁγίους διώκοντας προφήτας· ἔφη γάρ που πρὸς αὐτοὺς ὁ μακάριος Ἡσαΐας· οὐαὶ τῷ ἀνόμῳ. πονηρὰ γὰρ τὰ ἔργα τὸ χειρῶν αὐτοῦ συμβήσεται αὐτῷ. Ἰσζεχιὴλ γὲ πάλιν· καθὼς ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι· δ ἀνταποδόμα σε, ἀνταποδοθήσεταί σοι εἰς κεφαλήν σου. καὶ μὴν. καὶ αὐτὸς ὁ θεῖος ἀναφωνῶ μυσταγωγὸς· ἀπόδος δ ἀνταποδόμα αὐτῷ αὐτοῖς. κύ

* δύσοσμον

τὰ ἔργα τῶν χλοῶν αὐτῶν δὸς αὐτοῖς. ὥσπερ γὰρ αὐτοῖς τὸν A
ἀπάντων Σωτῆρα Χριστὸν τοῖς Ρωμαίων ταξιάρχοις προσήγαγον στρατηγοῖς, οὕτω δὴ καὶ ἔστιν ὅτε αὖθις ὑπ' ἐκείνων τοῖς τῶν Ρωμαίων ἄρχουσι παραδίδοσθαι δυνάστεια. καὶ τῶν τότε κρατούντων χεῖρες διεδέχοντο. ἦν γὰρ ὅτε καὶ αὐτοῖς ἔδοξε καὶ θῆ πόλεως, καὶ ἀπηγορεύσαντας ὅτε κατανοήσασι συμφορᾶς, ὡς εἶπεν ἔξω, ὄρεσί τε καὶ πέτραις εἰς δύνοντας ὅτι θᾶσσον αἰρεῖν τοῦ πολέμου λῆξαι αὐτὸ ἐλέσθαι, καὶ τοῦτο πολλοὺς· ὃ δὴ αἱρήσεσθαι B
προαγορεύων ὁ κύριος ἔφασκεν· ὅταν ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλήμ, τότε ἐρεῖτε τοῖς βουνοῖς, καλύψατε ἡμᾶς καὶ τοῖς ὄρεσι πέσετε ἐφ' ἡμᾶς.

nuam illorum da eis. Quemadmodum enim omnium Seruatorem & Christum ad Romanorum prætores adduxerunt, ita vicissim ij Romanorum traditi sunt imperio, & Imperatorum manu subacti fuerunt. Tam graue quippe in eos bellum exarsit, tamque inauditis calamitatibus afflicti sunt, vt si licuisset, in montibus & speluncis abditos emori multi mallent, quàm bellum illud spectare. Quod quidem optaturos cum prænunciaret Dominus, aiebat: *Quando videritis obsessam ab exercitibus Hierusalem, tunc dicetis montibus, operite nos, & collibus, cadite super nos.* Luc. 16.

Vulg. d. Ἐξῆλθεν οὖν ὁ Πιλᾶτος * ἔξω πρὸς αὐτούς, καὶ φησι, τίνα κατηγορίαν φέρετε κατὰ τοῦ ἀνθρώπου τούτου;

v. 29. *Exiit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc?*

Παραιτοῦνται μὲν, ὡς οἶμαι, τὸ ἁψῆναι λίθων καὶ τοίχων μολυσμοῦ, ἔξεισι δὲ ὁ Πιλᾶτος, καὶ διαπυνθάνεται μὲν τὴν πρὸς αὐτὸν ἀφίξεως τὴν αἰτίαν, ἐξετάζει δὲ εἴπερ τι καὶ πρότερον εἰς κλήματα, καθ' ἑτέρων καθ' ἑτέρους τῶν Ἰουδαίων καθηγητάς. ἀνὴρ γὰρ ἀλλογενὴς τὸν τῶν Ἰουδαίων δυσωπεῖται νομόν, καὶ δι' ὃ κρατοῦσιν ἐκείνοις ἔθος ἐξ ἀνάγκης ἀμαυροῦσθαι. δείσας γὰρ ἀσωτήσας τὸ φρουρίου, ὅ ὅσον εἰπεῖν ὅτι τῇ διωλύμει τὸ πρόγμα- C
τος τοῖς Ἰουδαίοις δόξῃ τοῦτο φράσας, ὅτι χρὴ τηρεῖν τὸν νόμον· οἱ μὲν τοῖς θείοις ἐπάλληλα φρονοῦντες τὰ ἐναντία, καὶ μικρὰ κομιδῇ τὸ δόξαι Μωσέως πεπαρασημένων φρονήσαντες, ἄδικον ἐργάζονται φόνον, καὶ ὁ μὲν ἔξω νόμου τὸν πρὸς αὐτοῖς φιλοπόλεμον παίει κλήματα καὶ ἐπεξεργάζεται τὰς αἰτίας, ζητῶν ἐνδεῖν ἡμαρτηκότας δίκην δοῦναι, ἵνα μὴ εἰς πρόφασιν ἄλλην λέγω, τὸ ἀπόπαν εἰ προσθεῖεν αἱ λεγόμεναι ἔχοντες ἐνδεῖν, ὡς τὸ ἀλγεινὸν ἵνα προσκομίζοιεν λαβεῖν. βούλονται τοίνυν πρὸς τὸ Ἰουδαίων εἴρκτας συναγαγεῖν. ἐδικαιώθη Σόδομα ἐν σοὶ καὶ αὐτὸς δὲ που φησὶν ὁ Χριστὸς τοῖς D
τοῦτοις τὸ ἐξ Ἰσραὴλ παρανομίας καθαπτόμενος, ἀλλ' οὐδὲ τὰ δικαιώματα τὰ ἐθνῶν ἐποίησάς μοι, καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος, εἴπερ Ἕλληνες μὲν τοῖς ἐν ἑστολισμένοις χαλκοῖσι Θεοῖς λίθοις τε καὶ ξύλοις, οὐκ ἂν τὰ σεσημασμένα προσοίσαιεν θύματα, μεμολυσμένοις τὰς αἰτοῦσι χερσὶν, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτὰ ἀπολοιεν ἵνα μὴ ὑπὸ τοῖς ἐφεστῶσι σκληρὰ κακοῖς. οἱ δὲ καίτοι θύειν τῷ κατὰ φύσιν Θεῷ τὸ Πασχα μέλλοντες, αἵματι ἀθῴοις ἔνοχον τὸ οἰκεῖον καθιεῶσι E

Caueant quidem ne lapidum & parietum tactu inquinentur: Pilatus verò egreditur, & causam aduentus eorum scisciatur, & eius quem iudicio sistebant crimina exquirit, Iudæorum principes alioqui condemnans. Nam alienigena cum esset, Iudæorum tamen Legem reueretur, & morem qui apud eos obtinuit religiosè obseruat. Egressus enim est præter solitum ex prætorio, tantumnon Iudæis hoc facto significans Legem esse seruandam. Illi verò diuinis mandatis contraria sentientes & Mosaicas Leges pro nihilo habentes cædem iniustam patrant, & hic quidem licet ab eorum Lege alienus, crimina tamen inquirit ac sedulo rimatur, iniustum ostendens esse vt qui nihil deliquerint puniantur, aut vllo supplicio afficiantur: illi, cum nihil ei possint obiicere, tamē vt immanem quendam latronem adducunt. Non abs re ergo ad Iudæorum Synagogam dictum est: *Iustificauit Soaoma ex te.* Et ipse alicubi Christus Israëlitarum intemperiem accusans, *Sed neque secundum iustificationes gentium fecisti mihi.* quod verum quidem esse patet. Nam Græci quidem lignis & lapidibus quos Deos putant impuris & illotis manibus sacrificia nequaquam obtulerint, nec quenquam nisi grauissimi sceleris conuictum morte affecerint. Hi verò quamuis secundum naturam Deo Pascha sacrificaturi, innocenti sanguine tamen animum

animum ſuum obſtringunt, & iniuſtè interficere aggrediuntur omnis culpæ exortem.

A ψυχὴν, & ἀδίκως ἀποκτεῖναι ἐπιχειροῦσι τὸν ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας ἀνώτερον.

v.30. *Reſpondérunt, & dixérunt ei, Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſémus eum.*

Απεκρίθησαν, καὶ εἶπον αὐτῷ, εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιὸς, οὐκ ἄν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν.

Iuſtam quidem cauſam non habent, ſed impietatis turpitudinem celant, & ne videantur iniuſtè eius mortem quærere, ſubdolè aiunt ſe nequaquam IESVM plectendum adducturos fuiſſe, niſi aliqua in re deliquiſſet. Legem quippe obſeruare ſe ſimulant, quæ ſanctum in omnibus iudicium facere iubet, & quod mirere, Legis obſequium prætexunt, eiuſque obſeruatores haberi volunt, cum Legis authori crimẽ affingere non reformident. Malefactorem quippe dicunt eum qui ad delenda maleficia venit in mundum, vt videatur rurſus Chriſtus per Eſaiæ Prophetæ vocem de iis dixiſſe: *Væ eis, reſilierunt à me, meticuloſi ſunt: quia impiè egerunt in me. Ego redemi eos: ipſi verò locuti ſunt contra me mendacia.*

Oſee 7.13

Απρεπῆ μὲν αἰτίας βιλόμενοι, σκιάζειν δέ πως τὸ ἀσεβείας ὄνειδος, ἡ δοκεῖν ἀδίκως ἐλεῖν φονέα, ὑφιζόμενοι, ὡς ἄλλως ἀποτίσοντα δίκην παρεσκευάμεθα αὐτὸν Ἰησοῦν, εἰ μή τι ἦν πλημμελὲς ἔπραξεν. ὑποκρίνονται γὰρ ἔτι τὸν νόμον τηρεῖν, ὅσιον ἐφ' ἅπασι κρίσιν ποιεῖν παρεγγυῶντος, καὶ τὸ παράδοξον καὶ αὐτὸ ἐξοπλίζουσι τῷ εἰς τὸν νόμον . . . . . πιστεύειν γὰρ ἀξιοῦσιν, ὡς νομοφύλακες, οἱ τὸν νομοθέτην κατηγορεῖν οὐκ ὀκνήσαντες. κακὸν γὰρ ἔρασαί φασι τὸν ἐπ' ἀναιρέσει φαυλότητος ἀφιγμένον, ἵνα φαίνωνται πάλιν ὁ Χριστὸς διὰ τοῦ προφήτου φωνῆς Ησαΐου πρὸς αὐτοὺς εἰπών· οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἀπεπήδησάν ἀπ' ἐμοῦ, δειλιασταί εἰσιν ὅτι ἠσέβησάν εἰς ἐμέ. ἐγὼ μὲν ἐλυτρωσάμην αὐτούς, αὐτοὶ δὲ κατελάλησάν κατ' ἐμοῦ ψευδῆ.

B

C

v.31. *Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & ſecundum Legem veſtram iudicate eum.*

Εἶπεν οὖν αὐτοῖς ὁ Πιλάτος, λάβετε αὐτὸν ὑμεῖς, καὶ κατὰ τὸν νόμον ὑμῶν κρίνατε αὐτόν.

Nullius criminis reum, & indicta cauſa legum poenis ſubiicere mihi quidem non licet, ſed vos ſecundum legem veſtram eum iudicate, ſi hominem prorſus innocentem puniendum ſtatuit. Ritu verò, immò miſeratione dignum eſt, quòd Dominum gentilium leges iuſtificant, adeò vt Pilatus eum ſupplicio vereatur afficere tam obſcuris criminibus petitum, hi verò morte plectendum clamitant, quamuis diuina Lege inprimis glorientur.

Τὸν ἐπ' οὐδενὶ, φησὶ, τῶν ἀτόπων ἐλεγχόμενον, ἀδίκητον ἔστιν ἡμῖν * ἀποθνήσκοντα τῷ καταῤῥῆσαι τῶν ἐκ νόμων ἀποθετέαν ποινάς, ἐμοὶ μὲν οὐ θέμις, κρίνατε δὲ μᾶλλον αὐτοὶ κατὰ τὸν ὑμέτερον νόμον, εἶπε δηλαδὴ, φησὶ, καὶ τὸν ἀνυπαίτιον πάντως καλῶς κολάζεσθαι δίκαιον ἡγούμενος ὑμᾶς ὄντας ἀνεξόδους, μᾶλλον δὲ θρησκευομένους ἀξίους, εἰ οἱ μὲν πρὸς Ἕλληνας δικαιοῦσι νόμοι τὸν κτείνοντα, ὡς δὲ κολάζεσθαι ὀκνήσας Πιλάτος αὐτὸν, ἐπ' ἀσημοτάτοις οὕτως ἐγκλήμασι προσκρούειν, οἱ δὲ δεῖν ἀποθνῄσκειν φασὶ, καίτοι νόμῳ τῷ θείῳ παιδαγωγεῖσθαι μεγαλαυχούμενοι.

D

v.32. *Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quenquam. Vt ſermo* IESV *impleretur, quem dixit, ſignificans qua morte eſſet moriturus.*

Εἶπον οὖν αὐτῷ οἱ Ἰουδαῖοι, ἡμῖν οὐκ ἔξεστιν ἀποκτεῖναι οὐδένα, ἵνα ὁ λόγος τοῦ Ἰησοῦ πληρωθῇ, ὃν εἶπε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἤμελλεν ἀποθνήσκειν.

E

Vetari ſe ab impia cæde aiunt, quia ad agni comeſtionem purificati erant; ſi quid in tanta impietate puri eſſe poteſt. ipſi enim ex ſe ad impium illud facinus ſuſcipiendum promptiſſimi erant, nec vllius ad id ope indigebant. præceps enim Iudæorum animus ad quoduis facinus,

Κώλυμα γὰρ ψευδῶς φασιν αὐτοῖς, ὡς ὅσπερ ἡ βαπτιστοῦ καταδίκασμα τὸ αἰσχρὸν μιαιφονίας, τὸ ὑπὲρ τοῦ προφήτου σφαγὴν πληρεῖν ὠμὸν ἀγρισμόν, εἴπερ ἦν ἐν ὅλως καθαροῖς ἔτι φῦλα τεταλαιπωρήσειν. ἦ γὰρ καὶ λίαν ἑτοίμως εἰς ἀσέβημα ἦσαν αὐθορμητοὶ, τῆς ἑτέρου συμπραξίας δεηθέντες οὐδαμῶς. ὑπεκκαίων γὰρ τὸ Ἰουδαίων ὁρμὴ εἰς ὃ τι δὴ οὐτιοῦν ἐργάζεσθαι

πονηρὸν, ἢ μυδινὸς φέρουσα τὸ ἐν τόπῳ, ἥγουν ἐκφυσιᾶσθαι τὰ ἀπαδόντων Θεῷ. ἀξιοῦσι τοίνυν τὸν ἀρχοντα δόλῳ τὴν ἑαυτοῦ τῷ Πιλάτου αὐλῆς τὴν οἰκείαν ὠμότητα, καὶ τὴν Ἰουδαϊκὴν ἀπονοίαν ζηλοῦσθαι μιμητὴν, καὶ συμπρεπῆσαι δὲ σφίσιν εἰς τὸ παρὸν τυχὸν οὐκ ἐλλυθρεῖσαν πῶς ἔχοι τὰ εἰς μαΐαν ἀποδρομήν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο * φασὶν ἀληθεύοντα πάλιν ἀποφῆναι τὸν Χριστὸν, ἢ προειρηκότα μὲν πῶς, ἢ τίνα παθήξεται τρόπον, προμυούσθαι δὲ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ μαθηταῖς. τί γὰρ ἔφη πρὸς αὐτούς; ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν, καὶ σταυρώσουσιν αὐτὸν, καὶ ἀποκτενοῦσι, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσεται. ἀναγκαῖα δὲ καὶ τούτων ἐμὶ μνήμη. προειρηκότα γὰρ ἔδει παθεῖν, ἵνα μήτις οἴηται τοῖς ἀβουλήτοις προσπεσεῖν, τῷ πάντα ὅτι γυμνὰ, καὶ πεπραγμένα, πιστεύεσθαι δὲ μᾶλλον ὡς ἑκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ δι' ἡμᾶς ὑπενεγκόντος αὐτοῦ.

A nec vlla res tam nefaria ac tam inuisa Deo est quam aggredi erubescant. Rogant ergo Pilatum vt suam eis crudelitatem commodare velit, ac Iudaicum furorem imitetur, ac animi tunc inopibus subseruiat. Verùm istud quoque verè dixisse Christum & prænosse indicat quo pacto moriturus esset, ac sanctis suis discipulis præmonstrasse. Quid enim ad eos dixit? *Ecce ascendimus Hierosolymam, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum, & crucifigent eum, & occident eum, & tertia die resurget.* Necessaria verò fit horum quoque mentio, ne quis putet inuitum pati eum, cui omnia sunt nuda & aperta, sed credatur potius pro nobis & propter nos vltro mortem subiisse. *Mat. 20*

Εἰσῆλθεν οὖν πάλιν εἰς τὸ πραιτώριον ὁ Πιλάτος, καὶ ἐφώνησε τὸν Ἰησοῦν, καὶ εἶπεν αὐτῷ. σὺ εἶ ὁ βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων;

C v. 33. *Introiit ergo iterum in Prætorium Pilatus, & vocauit* IESVM, *& dixit ei, Tu es Rex Iudæorum?*

Οὐδὲν ἔχοντες ὃ προφέρωσιν ἐγκαλοῦν, ἥγουν ἃ παρεκόμισαν τὰ ὅσα δικαίαν ὀπισύρεσθαι δοκεῖ τοῖς δικαζόσι κόλασιν, ἐγκεκμηκότες δέ πως καὶ τὰς αἰτίας τῆς προσαγωγῆς ἐξαιτιῶνται Πιλάτου, πεπλημμεληκέναι φασὶν εἰς Καίσαρα τὸν Ἰησοῦν, τὸ ἐκείνῳ πεποιημένῳ καὶ τῶν Ἰουδαίων ἄρχειν εἰς ἑαυτὸν ἀρπάζοντα, καὶ μεγαλύνοντα τῆς βασιλείας τὸ δόξαν εἰς ἰδίαν ἀπόλαυσιν, ποικίλως τε σοφίσασθαι μεμηχανῆσθαι τὸ σκαιώρημα καὶ ὁ τῆς συκοφαντίας ἀζηρτύθη τρόπος. ᾔδεσαν γὰρ ὅτι καὶ ἄκων ἐκὼν ὁ Πιλάτος προήσεσθαι μᾶλλον πάντως τῆς καθ' ἑαυτὸν ἀσφαλείας, ἢ μωρήσεσθαι δὲ πάλαι καὶ προαλόντος τὸ ὅτι τοῦτο ὅλως καταδεδικασμένον. σκληρῶν γὰρ ἀεὶ καὶ προπετῶν καὶ σταστικῶν, καὶ μεγαλοφρονούντων μᾶλλον ὅτι τῆς ἀπαρτίας ὄντων τὸ τῶν Ἰουδαίων οἰκουμένων χώραν, πικρότεροί πως εἰς τοῦτο λοιπὸν οἱ προφῆται Καίσαρος ἐγίνοντο δικασταί, καὶ ἀσφαλέστεροι μᾶλλον τῆς βασιλείας φύλακες, προπετεσάτας δὲ τοῖς εἰς τοῦτο καὶ μᾶλλον ἔδοξε τοῖς ἀμαρτίας ἐπῆγον. ἔγκλημα συκοφαντοῦσι Ἰουδαῖοι ποιοῦνται τὸν Χριστὸν τὸ βασιλεύσαι τοῦ Ἰσραήλ. τοιγάρτοι δικαίως ἐξωσθησαν, προσηλώθη δὲ καὶ ἀπεζεύχθη τὰ ἔθνη, καὶ ἐπὶ τὸ τῆς βασιλείας τέθνεται τοῦ Χριστοῦ. αἴτησαι γὰρ παρ' ἐμοῦ, φησὶ, καὶ δώσω σοι ἔθνη, τὴν κληρονομίαν σου καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. παροιστρήσαντος γὰρ ἑνὸς ἔθνους

B Cum nihil habeant prorsus quod ei obiicere, aut quod supplicio dignum esset, cumque Pilatus vrgeret vt causas exponerent ob quas eum adduxissent, IESVM in Cæsarem peccasse dicunt, quippe qui Iudæorum regnum in se transferret, regiamque maiestatem sibi arrogaret: nefariè id quidem, ac versutè. sciebant enim Pilatum etiam inuitum suæ vtique saluti prouisurum, & illico pœnas de eo sumpturum qui horum esset postulatus. Nam cum Iudæi proni ad seditiones ac tumultus forent, & facile coniurarent: ideirco à Cæsare missi iudices acriores quodammodo se præbebant, & vt eos in officio tutiùs continerent, in eius criminis reos inconsideratiùs quandoque sæuiebant. Crimini dant itaque Christo quòd Israëlis regnum sibi arroget. quocirca deiecti sunt illi, assumptæ verò, & Christi regno subiectæ sunt gentes. *Postula* enim *à me*, inquit, *& dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ.* Vna enim *Psal. 2.*

Israëlitarum gente in furorem abrepta, gentes vniuersæ Christo traduntur, & pro vna Iudæorum regione omnes totius orbis fines. Nam vt Paulus ait, *delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium.* Quod ergo Pilatus murmurantes Iudæos audierat, id nunc palam effert, & respondere Christum iubet, An ipse reuera sit Iudæorum Rex. Angitur verò, vt credibile est, & periclitari Cæsaris imperium existimat, ideóque curiosius id scrutatur, vt rebus consulat, sibique à Romanis demandatum imperium sartum ac tectum conseruet.

Rom. 11. 23.

A τῶν δὲ Ἰσραὴλ, πλοῦτος τοῖς ἔθνεσι διδόται τῷ Χριστῷ, καὶ αὐτὴ μιᾶς χώρας, φημὶ δὴ τῆς Ἰουδαίων, πάντες οἰκουμένης πέρατα. ὡς γὰρ ὁ Παῦλός φησι, τὸ παράπτωμα αὐτῶν, πλοῦτος κόσμου, καὶ τὸ ἥττημα αὐτῶν πλοῦτος ἐθνῶν. ὅταν οὖν ἀκήκοεν ὁ Πιλάτος διαγογγυζόντων τῶν Ἰουδαίων, εἰσαρχῶς ἤδη φησὶ, καὶ ἀπολογίαν καλεῖ τὸ κύριον, εἰ ἄρ' ἀληθῶς αὐτὸς εἴη τῶν Ἰουδαίων ὁ βασιλεύς. ἀγωνιᾷ γὰρ, ὡς εἰκὸς, καὶ κινδυνεύειν οἴεται τὴν τοῦ Καίσαρος ἀρχήν, φιλοπόλεμός τι ὢν καὶ διὰ τοῦτο λίαν, ὡς ἤδη τοῦ διευσεβεστέρου ἐπιμορφῶσαι ὑπηκόοις τοῖς δεδραμένοις, ἵνα καὶ αἰεί τινα ἀπόδειξῃ τοῦ ὑπιτεταγμένου αὐτῷ παρὰ Ρωμαίων ἄρχειν.

B

v. 34. *Respondit* IESVS, *A temetipso hoc dicis, an alij dixerunt tibi de me?*

Cum nemo, inquit, de me istud vnquam dixerit, vnde tibi succurrit vt me de hoc interroges? Sed non dubium est quin malitia Iudæorum & acerbissimus dolus id finxerit. nec enim iudex simul eris & accusator. Hæc porrò dicebat Christus, innuens Pilato nullum se dictum factumue latere quantumuis occultum & abstrusum, vt natura demum supernaturali intellecta tardiùs quodammodo Iudæorum crudelitati seruiret, simulque docens eum grauissimè peccare, qui Iudæorum clamoribus obsecutus hominem istius culpæ prorsus exortem supplicio afficeret.

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς· Ἀπὸ σεαυτοῦ σὺ τοῦτο λέγεις, ἢ ἄλλοι εἶπόν σοι περὶ ἐμοῦ;

C

Κατηρυκήσατο, φησὶν, εἰσαρχῶς ὁπόθεν τοῦτο ἐμοῦ, πόθεν ἄρα σοι προσῆλθεν ὁ περὶ τούτων λόγος; ἀλλ' οἶδα μάλιστα ἀμφίβολον ὅπως τῶν Ἰουδαίων κακοηθείας ὃ κακούργημα, καὶ ὁ πικρὸς ὑποσκευάσαι δόλος· οὐ γὰρ δήπου, φησὶν, ἔσῃ μοι αὐτὸς δικαστὴς, ἔσῃ δὲ καὶ κατήγορος. ἐπάλλει δὲ καὶ τοῦτο ὁ Χριστὸς, εἰς σύνεσιν αἰσχυνίζων Πιλάτον, ὡς οὐκ ἂν αὐτὸν ἔλαθόν τι δρασθὲν καὶ τῶν ἀφανεστέρων, καὶ εἰς τοσοῦτον κατεσκευασμένον τε καὶ πεπαιδευμένον, ἵνα λοιπὸν συνιὼν τὸν ὑπὲρ αὐθέντου φύσει, ὀκνηρότερόν πως ἴοι πρὸς ὑποκρίσεως τῶν παρόντων ὠμότητος, ἐμοῦ δὲ κἀκεῖνο διδάσκων, ὅτι λίαν ἀδίκει τὸ ἑτέρων φωνῆς ὑπερέχειν δίκας σκιαζούσης τὸν ἐπ' οὐδενὶ τοῦ ζητεῖσθαι ἐλήλεγμένον.

D

v. 36. *Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? gens tua & Pontifices, tradiderunt te mihi: quid fecisti?*

Iudæorum arcanum tandem aperit, & accusatorum multitudinem tantumnon in medium protulit. Idem enim est ac si diceret: Non mihi vtique tua nosse conuenit, nec enim sum Iudæus, sed tuis gentilibus quibus cum educatus es id conuenit, qui cum tua perspecta habeant te morti tradendum adduxerunt. Se igitur ipse accusat. nam quod ait, quid fecisti, nihil aliud quàm istud significat. Inprimis autem sancto Euangelistæ curæ fuit quid in iudicio contigerit minutatim enarrare, & Pilatum IESVM rogasse quid fecerit. Hinc enim maximè discere licet crimina defuisse,

Ἀπεκρίθη ὁ Πιλάτος, μήτι ἐγὼ Ἰουδαῖός εἰμι; τὸ ἔθνος τὸ σὸν, καὶ οἱ ἀρχιερεῖς παρέδωκάν σε ἐμοί· τί ἐποίησας;

E

Ἐκφαύλως ἤδη ποθὲν τῶν Ἰουδαίων * λαοῦ εἶναι, καὶ τὴν τῶν κατηγόρων πληθὺν μονονουχὶ παρεκόμισεν εἰς μέσον. ὅμοιον γὰρ ὡσὶ λέγοι τυχὸν· οὐκ ἐμοὶ μᾶλλον ἁρμόσει σε εἰδέναι τὰ σὰ, εἰμὶ γὰρ οὐκ Ἰουδαῖος, παρέπαι δὲ μάλιστα τοῖς σοὶ ἐθνικοῖς καὶ σοῦ πεπειραμένοις, οἳ καὶ ἵππως ἐγνωκότες παραδιδόασίν σε ἐμοὶ κεφαλῆς. ὃ γὰρ εἶπεν τί ἐποίησας, οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦτο μᾶλλον ἐπιδείκνυσι. τοσοῦτον δὲ πολλοῦ τῶν ἀλόγων γέγονεν ἀλογώτερος. καὶ τὰ ἐπὶ αὐτῇ μάλιστα τῇ κρίσει καὶ λεπτὸν διηγήσασθαι καὶ ὅτι Πιλάτος τί ποτε ἐπήρετο παρὰ τοῦ Ἰησοῦ. ἵνα γὰρ μάλιστα τοῦτο μαθεῖν τὴν τῆς ἐγκλήσεως ἀπορίαν, καὶ ὅτι οὐδὲν ἐγκλήσεως

* λαοῦ εἶναι. μοιχείαν

οὐδενὸς, ἤγωιε ἐλεγχθέντος ἐπί τινι τῷ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, δυσεβὴς καὶ ἀδικωτάτη λοιπὸν ἡ τοῦ θανάτου ψῆφος ἐκράτησεν.

A & cum Seruatori nostro Christo nullum culpæ genus inductum fuerit, impiam & iniustissimam tandem in eum mortis sententiam extitisse.

Ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, Ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ κόσμου τούτου· εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο ἂν ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις· νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν.

v. 36. *Respondit* IESVS, *Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est de hoc mundo.*

Οὐκ εὐμάπτοις τοῖς πολλοῖς ἡ τοῦ λόγου δυνάμις, κέκρυπται γὰρ ἐν αὐτοῖς μυστήριον. βασκήσειν δ' ὧν ὅλως, δέδοκε δ χρήσιμον. χρείαν γὰρ ἡμῖν τὴν ἐαυτοῦ ῥημάτων τοῦτον γνῶσιν ὁ κύριος. ἀπείργει μὲν γὰρ ὀπτεύειν αὐτὸ δ γυναῖον, καὶ τοῖς ποσὶ περιπλέκεσθαι προθυμούμενον οὐκ ἐᾷ. τὴν δέ γε τοῦ σώματος αἰτίαν φανερὰν ἡμῖν καθίστησιν, ὅπως γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα. φησίν. ἀλλὰ τί δὴ τῶν δυναμένων εἰκάσομεν, ζητητέον. τί γὰρ εἰ μήπω πρὸς τὸ τοῖς ἁγίοις ἀναβέβηκε πατέρα, πρόφασις δὲ αὕτη πῶς ἂν γένοιτο δίκαιος τοῦ μὴ χρῆναι ἅπτεσθαι τῆς ἁγίας σαρκὸς ἐκείνης καὶ ἁγιαστικῆς αὐτοῦ; ἆρα γάρ τις ἀνεξέλεγκτος εἰσοίσει τὸ οὐ τῆς ἐπαφῆς μολυσμὸν προφυτεύμενον, ἢ ὡς ἵνα καθαρὸς πρὸς τὸ τοῖς ἁγίοις ἀνέλθοι πατέρα, ὡσπὶ πρὸς οὐκ εἰδότων εἰπεῖν τὸ κύριον; εἶπα πῶς οὐκ ἀσυνέτου τε ὢν χιμαίρᾳ, καὶ παράφρων ἀλώσεται; ὑπὸ γὰρ μὲ λέγεται φύσις μολυσθεὶς ποτέ. οὐκοῦν γὰρ ἔφην, καὶ βορβόρου εἴδωλ' ὅτι, καὶ ἔτι καὶ νῦν ἐπέρασις ἀκαθαρσίας τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος προσβάλλουσα τὸ φῶς οὐδὲν ἀποκρύπτει τὸ βλαβὲς, μιμεῖται γὰρ τοῦτ' ὅπερ ἐστὶν, ἀκηλίδωτον δηλοῦν ὅτι, καὶ τῆς τοῦ παπαίνοντων δυσωδίας ἀμοιρῆσαν πάντελῶς, οὕτως ἁγία τε καὶ πάμαγνος φύσις τὸν ἐκ τοῦ μολύνεσθαι ῥύπον οὐκ ἂν ὑπεδέξατο ποτέ. τίς οὖν ἆρά ἐστιν ὁ τοῦ κεκαλύφθαι λόγος προσοῦσάν αὐτῷ τὴν Μαριὰμ, καὶ τῆς ἁγίας σαρκὸς ἁγιασμοῦ ἀποδιῆλθ; τί δ' ἂν βούλοιτο καθασημαίνειν, λέγων ὁ κύριος, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα, ἀφορητέον ἡδὺ καὶ γε τὸ ἡμῖν ἐφικτόν. φαμὲν δ' ἐγὼ, ὅτι τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὑπερδημίας ἕνεκα πρόφασις πολλὴ μὲν τίς ἐστι, καὶ ἀφόρητος, μία δὲ αὐτὴ καὶ ἀναγκαιοτάτη, καὶ ἀφ' ἧς αὐτοῦ προδηλωθεῖσα φωνὴς, ὃ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. πρὸ δ' οὖν τοῦ σωτηρίου σταυροῦ, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, οὕπω τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκονομίας ὁ αὐτῇ πρέπων λαβοῦσης τέλος,

Non facilis est vulgo horum verborum vis & ratio. latet enim in his mysterium, quod propter vtilitatem indagandum est. dabit quippe Dominus suorum nobis verborum notitiam. Mulierem itaque accurrentem ad se prohibet, & pedes amplecti volentem non sinit. Cuius rei causam nobis aperiens, *Nondum enim ascendi ad Patrem meum*, inquit. Verùm quid ista sibi velint quęrendum nobis est. Quid enim si nondum ad Patrem ascenderit, num idonea causa esse potest cur sanctam eius carnem ne charis quidem ipsis tangere liceat? An citra culpam suspicari quisquam potest Dominum hæc ad illam dicere, quòd tactu inquinari nollet, vt & purus ad cœlestem Patrem rediret? At quis mentis compos ista sibi finxerit? diuina quippe natura inquinari haudquaquam potest. Quemadmodum enim solis radij ex luto aliisque sordibus damni nihil accipiunt: manent enim iidem, immunes nimirum à sordibus, & fœtoris prorsus expertes: ita diuina illa & sacrosancta natura sordes aut inquinamentum vllum non admittit. Quęnam igitur ratio fuerit cur accedere & sanctam eius carnem tangere Maria vetaretur, & quid sibi velit Dominus, cum ait, *Nondum enim ascendi ad Patrem meum*, quantum in nobis est dispiciamus. Dicimus itaque causas aduentus Seruatoris nostri multas esse ac varias, sed vnam hanc eamque maximè necessariam, quam ex eius ore suscepimus, *Non enim veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam.* Ante salutarem crucem igitur, & resurrectionem à mortuis, nostra dispensatione nondum sibi conuenientem exitum nactâ,

Matt. 9. 13.

cum iustis simul & iniustis miscebatur, & cum publicanis & peccatoribus epulabatur, & quicunque sanctam eius carnem tangere volebant, liberum eis accessum dabat, vt omnes sanctificaret & vocaret ad agnitionem veritatis, & ad sanitatem ægros peccatorumque morbis conflictatos reduceret. Ideóque ad illos rursus dixit, *Non egent qui sani sunt, medico, sed qui malè habent.* Quare ante resurrectionem quidem à mortuis, cum iustis & peccatoribus nullo discrimine versabatur, nec vllum abigebat eorum qui ad se venirent. Et sanè cum in domo Pharisæi recumberet, mulier flens adstitit, quæ quidem erat in ciuitate peccatrix, vt scriptum est, & solutis capillis, veteribusque malis tandem repudiatis pedes abstergebat, nec tamen prohibere cernitur. Sed & cum Synagogæ principis puellam excitaturus veniisset, rursus accedens mulier sanguinis fluxu laborans tetigit fimbriam vestimenti eius, neque tamen indignatum comperiemus, sed blandè potiùs eam alloeutum. *Filia enim, inquit, fides tua te saluam fecit: vade in pace.* Sed tunc quidem singulari dispensatione impuris & animo ac corpore inquinatis licebat cùm Seruatoris nostri Christi sanctam carnem tangere, tum omni quæ ab eo est benedictione perfrui. Postquam autem impleta illa nostra dispensatione crucem ipsam & in cruce mortem pertulit, & à mortuis reuixit suamque naturam morte superiorem ostendit, arcet demũ, nec amplius quibusuis ad se accedentibus sanctam ipsam carnem tangere facile permittit, istud sanctis Ecclesiis suoque mysterio in typum statuens, quem Lex quoque Mosaica significabat cum & agnum immolari in Christi figuram præciperet. *Omnis enim, inquit, incircumcisus non comedet de eo*, Incircumcisum vocans impurum. Impura autem naturâ suâ iure censetur humanitas. Quid enim est natura hominis, si cum insita Deo puritate comparetur? Non oportet ergo vt qui sunt incircumcisi, id est impuri, sacrum Domini corpus tangant, sed qui spiritali circumcisione puri sunt redditi. Circumcisio enim cordis fit in Spiritu, iuxta Pauli vocem: sed haudquaquam fiet in nobis circumcisio illa spiritalis, nisi sanctus spiritus in nobis habitet

Exod.12. 43.

Rom.2. 29.

Luc.5 31

Marc.5. 34.

A δικαίοις τε καὶ ἀδίκοις ἐπεμίσγετο, καὶ συνήσθιε μετὰ τελωνῶν, καὶ ἁμαρτωλοῖς, ἐλεύθερον δὲ καὶ τοῖς ἐθέλουσιν ἁπτεσθαι τῆς ἁγίας σαρκὸς ἐδίδου τὴν παρρησίαν, ἵνα πάντας ἁγιάσῃ, καὶ καλέσῃ πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, καὶ ἀσθενείαν πρὸς ἔξιν τὴν ὑγιᾶ τοῖς ἁμαρτίαις κατατρυχομένους, καὶ τοῖς ἐξ ἁμαρτιῶν συντεταραγμένοις νοήμασι. Διὸ δὴ καὶ ἔφη πάλιν αὐτοῖς, ὅτι χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. Οὕτω μὲν οὖν τὴν διαφορὰν τῶν ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐποιήσατο δικαίοις τε καὶ ἁμαρτωλοῖς· ἀποσβὰς δὲ πάντας ἀπέδωκε τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ. Καὶ γοῦν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ Φαρισαίου κατακεκλιμένου ποτὲ, γυνὴ πόρνη παρελθοῦσα κλαίουσα, ἥτις ἦν ἐν τῇ πόλει ἁμαρτωλὸς, καθὰ γέγραπται, καὶ τὴν ἀφιλόκοσμον ἀπολύσασα πεῖραν, καὶ μύρα ἀλοῦσα τῶν ἀρχαίων κακῶν πεδίλα παθοῦσι πόδας, καὶ ἀμφικαλύσασα θαίνεται. ἀλλὰ καὶ ὅτε τῷ ἀρχισυναγώγου θυγατρίῳ κόρης ἐδρᾶν ἀπῆλθε, πάλιν παρελθοῦσα γυνὴ ἐν ῥύσει αἵματος οὖσα ἥψατο τοῦ κρασπέδου αὐτοῦ, καὶ χαλεπαίνουσα μὲν ὑδαμῶς εὑρήσομεν, λόγου δὲ μᾶλλον αὐτὴν ἀξιώσαντα χρηστοῦ. Θυγάτηρ γάρ, ἔφη, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, πορεύου εἰς εἰρήνην. Ἀλλὰ τότε μὲν οἰκονομικῶς, καὶ τοῖς ἀκαθάρτοις ἔτι, καὶ μεμολυσμένον ἔχουσι καὶ σῶμα καὶ νοῦν, ἀδιακωλύτως ἐξῆν καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας ἁπτεσθαι σαρκὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ, καὶ ἁπάσης εὐλογίας ἀπολαύειν τῆς παρ' αὐτοῦ. Ὅτε δὲ τὸν καθ' ἡμᾶς πληρώσας οἰκονομίαν, καὶ ἑαυτὸν ὑπερέμεινε τῷ σταυρῷ, καὶ τὸν ὑπὲρ σωτῆρος θάνατον, ἀνέβιώ τε πάλιν, καὶ θανάτου κρείττονα τὴν οἰκείαν φύσιν ἀπεδείκνυε, ἀπεκωλύθη λοιπὸν, καὶ οὐκ ἐτοίμως ἔτι χρείζεσθαι τοῖς προσιοῦσιν αὐτοῦ ὃ καὶ αὐτῆς τῆς ἁγίας ἁπτεσθαι σαρκὸς, τύπον τῶν ἁγίας ἐκκλησίας καὶ τοῦ καθ' ἑαυτὸν μυστηρίου θεσμὸν ἐν τύπῳ λαβὼν, ὃν καὶ ὁ Νόμος τῆς παλαιᾶς Μωσέως ἐδήλου νόμος, ὅτε καὶ εἰς εἰκόνα Χριστοῦ διετύπου σφάζεσθαι τὸν ἀμνόν. πᾶς γάρ φησιν ἀπερίτμητος, οὐκ ἔδεται ἀπ' αὐτοῦ, ἀπερίτμητον λέγων τὸν ἀκάθαρτον. ἀκάθαρτος δὲ κατὰ γε τὴν οἰκείαν φύσιν εἰ καὶ μηδέποτε νοοῖτο αὖ εἰκότως. τί γὰρ εἰ καὶ μηδενὸς φύσις, ὡς πρὸς τὴν εὐσέβειαν τοῦ Θεοῦ καθεστῶσα; δῆ τοιγαροῦν οὐκ ἀπερίτμητος ἔτι, τοῦτ' ἔστιν, ἀκάθαρτος τοῦ χρώντος τῷ ἁγίῳ σώματος ἁπτεσθαι, καθαρσιὸς δὲ μᾶλλον ἀποδεδεγμένος, δι' ἣν τὸ πνεύματι περιτομὴν περιτομῆς. περιτομὴ γὰρ καρδίας τὸ πνεύματι, κατὰ τὸν τοῦ Παύλου φωνήν. Ἀλλ' οὐκ αὖ ἐν ἡμῖν εἰ τὸ πνεύματι ἤδοιτο περιτομὴ, μὴ ἐνοικιζόντος ἡμῖν τοῦ ἁγίου

πνεύματος, διὰ τί τῆς πίστεως, καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. πῶς οὖν οὐκ ἐδύνατο Μαριὰμ ἀχειρωθῆναι τῆς τοῦ σώματος ἁφῆς, τοῦ ἁγίου δηλονότι πνεύματος οὐδέπω ὄντος ἐν αὐτῇ; εἰ γὰρ καὶ ἐγήγερται Χριστὸς ἐκ νεκρῶν, ἀλλ' οὔπω τὸ πνεῦμα δέδοται τῇ ἀνθρωπότητι τοῦ ἐκ παρθένου δι' αὐτοῦ. ἀπελθὼν γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ πατέρα, κατέπεμψεν ἡμῖν αὐτό, διὸ καὶ ἔλεγε, συμφέρει ὑμῖν, ἵνα ἐγὼ ἀπέλθω, ἐὰν γὰρ μὴ ἀπέλθω, ὁ παράκλητος οὐ μὴ ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς. ἐὰν δὲ ἀπέλθω, πέμψω αὐτὸν πρὸς ὑμᾶς. οὔπω τοίνυν τοῦ ἁγίου πνεύματος καταπεμφθέντος ἡμῖν τοῦ ἁγίου πνεύματος, οὔπω γὰρ ἀναβεβήκει πρὸς τὸν πατέρα, ὡς οὔπω τὸ πνεῦμα λαβοῦσαν ἀπείργει τὴν Μαριὰμ, λέγων, μή μου ἅπτου, οὔπω γὰρ ἀναβέβηκα πρὸς τὸν πατέρα, τοῦτ' ἔστιν, οὔπω τὸ ἅγιον πνεῦμα κατέπεμψα πρὸς ὑμᾶς. ὁ τοιγοῦν παῖς ἐκκλησίας ὁ τύπος. τοιγάρτοι καὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἀχείρωμεν καὶ τοὺς ἐγνωκότας μὲν αὐτοῦ τὴν θεότητα, καὶ ὁμολογήσαντας ἤδη τὴν πίστιν, τοῦτ' ἔστι, τοὺς ἔτι κατηχουμένους, μὴ μὴν δὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα πληρώσαντας. τοῖς γὰρ οὔπω βεβαπτισμένοις οὐκ οἰκεῖ. ἐπὰν δὲ τὸ ἁγίου πνεύματος ἀποδεξῆται μέτοχοι, τότε δὲ ἅπτεται τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ ὁ κωλύσει σοβαρόν. τοιγάρτοι καὶ τοῖς μεταλαγεῖν ἐθέλουσιν εὐλογίας τῆς μυστικῆς, οἱ τῶν θείων μυστηρίων προφωνοῦσι λειτουργοὶ, ΤΑ ΑΓΙΑ ΤΟΙΣ ΑΓΙΟΙΣ, πρεπωδεστάτην εἰς διδάσκοντες τῶν ἁγίων τὴν μέθεξιν τοῖς ἡγιασμένοις ἐν πνεύματι.

per fidem & ſanctum baptiſma. Nunquid ergo Mariam oportebat à tangendo ſacro corpore arceri, cum ſpiritum nondum accepiſſet? Tametſi enim Chriſtus excitatus erat à mortuis, nondum tamen ſpiritus datus erat humanitati à Patre per ipſum. Reuerſus enim ad Deum ac Patrem demiſit nobis eum. idcóque nobis dicebat, *Expedit vobis vt ego vadam: ſi enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: ſi autem abiero, mittam eum ad vos.* Cum itaque nondum miſſus eſſet nobis ſanctus Spiritus, (nondum enim ad Patrem aſcenderat) idcirco Mariam abigit vt quæ nondum ſpiritum accepiſſet, dicens, *Noli me tangere: nondum enim aſcendi ad Patrem meum*, id eſt, Nondum ſanctum Spiritum demiſi ad vos. Inde ſanctæ Eccleſiæ exemplum ſumpſerũt. Quippe à ſacra menſa etiam arcemus eos qui deitatem quidem eius agnoſcunt, & fidem iam profeſſi ſunt, id eſt cathecumenos, ſed nondum tamen ſancto Spiritu ditati ſunt nec enim in iis qui nondum baptizati ſunt inhabitat: poſtquam autem ſancti Spiritus facti fuerint participes, tunc Seruatorem quoque noſtrum Chriſtum tangere nihil prohibet. Quapropter iis qui Eulogiæ myſticæ fieri volunt participes, diuinorum myſteriorum miniſtri inclamant, SANCTA SANCTIS, docentes ſanctorum participationem decere eos qui ſanctificati ſint in Spiritu.

Ioan. 16. 7.

ΚΕΦΑΛ. α.

Ὅτι κατὰ φύσιν Θεός ἐστιν ὁ υἱός, καὶν διείσκηται δι' ἡμᾶς Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν πατέρα καλῶν.

Πορεύου δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφούς μου, καὶ εἰπὲ αὐτοῖς· ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν.

Δι' αἰτίας μὲν ἃς ἤδη προείπαμεν, οὐκ ἐφίσπησιν ἅπτεσθαι τῆς ἑαυτοῦ σαρκὸς καθάπερ διῳκήσατο τοῦτο τυχεῖν οὐκ φιλοθείας τινὸς Μαριὰμ ἀμείβεται δὲ τῆς προσηκούσης αὐτῇ, καὶ τῆς ὅπως σπουδῆς καὶ ἀγάπης διπλοῦν ἀπένεμε τὸν μισθὸν, οὐκ ἄκαρπον τοῖς ἐπιστηθίοις ἀποδεικνυὺς τὸν εἰς ἑαυτὸν βιοῦσθαι. καὶ τὸ γε τοῦτον ἐπὶ λαμπρότερον, τὸ αὐτῇ γὰρ, ἐπὶ τῇ φημὶ δὴ τῇ Μαριὰμ, συμπάσῃ ὡς εἰπεῖν τὸ θηλυκὸν γένος δίττῃ τεθαυμάσθαι ὑμῖν, καὶ τὸ ἀρχαῖον ἀῤῥωστημένον

CAPVT I.

Quòd naturâ ſuâ Deus ſit Filius, licet propter nos Deum nominet Patrem ſuum.

Vade autem ad fratres meos, & dic eis, Aſcendo ad Patrem meum & Patrem veſtrum, Deum meum & Deum veſtrum.

PRopter cauſas quas modò attulimus non ſinit Mariam tangere ſuam carnem, quamuis ob ſingularem Dei amorem id illa percuperet: ſed perſeuerantiæ mercedem ei reddit, ac tam firmę fidei ac dilectionis duplex præmium rependit, pietatem erga ſe non infructuoſam eius cultoribus eſſe oſtendens. Et quod his adhuc illuſtrius eſt, in ea prima vniuerſum, vt ſemel dicam, feminarum genus duplici honore coronatur, ac veteribus mor-

bis exoluitur. Prima quippe ob Chri-
ſtum in luctus effuſa, mœrorem ver-
tit in gaudium, quæ ceſſandum à la-
crymis audiit ab eo qui condemnauit
olim feminam, & doloris inſultibus ob-
noxiam fore pronunciauit. Dictum e-
nim eſt ad mulierem à Deo, *In dolori-
bus paries filios.* Sed quemadmodum
eam doloribus ſubiecit olim in Paradi-
ſo, cum ſerpentis vocibus obtempe-
raſſet, & Diaboli malitiæ obſequuta
eſſet, ſic etiam in horto rurſus eam
non vltra dolere iubet. Dum autem
eam ipſo maledicto liberat quo fiere
mulier iuſſa erat, magnorum bono-
rum vult eſſe prænunciam, & reditum
in cælos diſcipulis euangelizare præ-
cipit, vt quemadmodum prima om-
nium mulier Diaboli vocibus obſe-
quuta condemnata eſt, & per illam
mulierum genus vniuerſum, ſic etiam
hæc Seruatoris noſtri ſermonibus ob-
temperans & quæ ad vitam æternam
conducunt renuncians vniuerſum fe-
minarum genus crimine liberaret. Dat
itaque Mariæ Dominus vt non vltra
fleat, nec animum dolori ſubiiciat,
atque vt ſpecioſos nanciſcatur pedes.
Nam iuxta Prophetæ vocem, *Quàm*
Iſai. 52. *ſpecioſi pedes euangelizantium bona.*
Etenim prima illâ ſpecioſis pedibus ca-
rebat, quippe quæ nihil boni nuncia-
bat dum primo parenti violare diui-
num mandatum conſuluit. Admira-
bilem porrò extitiſſe Mariam vel hinc
intelliges. digna quippe habitâ eſt cuius
mentionem Propheta fecerit. Quid e-
nim de ea ſcripſit & mulieribus eius co-
mitibus, quæ ſanctis diſcipulis reſur-
rectionem nunciarunt? *Accedite mulie-*
Eſai. 27. 11. *res, quæ à ſpectaculo venitis. non eſt e-
nim populus intelligentiam habens.* Has
enim Chriſti verè amantes mulieres
diuinum oraculum his verbis prope-
modum hortatur ocyùs accurrere, vt
quorum ſpectatrices fuerint, hęc renun-
cient. Stultitiam verò Iudæorum con-
demnat, qui ſermonem quoque ipſum
de Seruatoris noſtri Chriſti reſurrectio-
ne deridebant. Iam verò tametſi ſa-
piens Ioannes, cum aliæ quoque a-
deſſent mulieres, (nam aliis Euange-
liſtis idipſum placet) ſolius Mariæ
mentionem fecerit, non tamen inter
ſe diſſentire ſanctorum ſcripta com-
periemus. Videtur enim Ioannes Marię
Magdalenes mentionem duntaxat egiſ-
ſe, vtpote quæ ardentiori ſtudio Chriſtũ
diligeret, ac prior ad monumentum ve-

A ἐκομίζετο τ̃ Σωτῆρος. τροφὴ γὰρ ἦν αὐτῷ θρηνή-
σασα, καὶ τ̃ δακρύων τ̃ πρὸ φασιν λαβοῦσα Χρι-
στὸν, μηδέτι δ πένθος εἰς ἡσυχίαν, μὴ χρῆναι
κλαίειν ἀκούσασα, προσέταξε τῷ καὶ πάλαι κατακρι-
θέντι, καὶ τοῖς τ̃ λύπης ἐφόδοις δικαζομένοις
ἀποφεύγειν. εἴρηται γάρ που πρὸς τ̃ γυναῖκα
παρὰ Θεοῦ, ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα. ἀλλ' ὡς τ̃
αὐτῇ ὑποτάξαι τοῖς λύπαις κ τ̃ παράδοσόν
ποτε, πρὸς δ ὄφεως δεξαμένῃ ἀθέμιτον φωνάς, καὶ
τοῖς τ̃ διαβόλου κακουργήμασιν ὑπηρετήσασθαι,
ὅτω δὴ πάλιν ἐν κήπῳ κελεύει μηκέτι κλαίειν αὐ-
τῇ. ἀπολύων γ̃ καὶ αὐτῆς τ̃ ἀρᾶς ἐφ' ᾗ λυπεῖσθαι
προστέτακτο, τ̃ μεγάλων ἀγαθῶν κελεύει χαί-
ρειν προφάσει. καὶ τῇ πρὸς δ ἄνω βαδίσαι
διαγγέλλειν τοῖς μαθηταῖς· ἵν' ὥσπερ ἡ πρώτη καὶ
πασῶν ἀρχαιοτάτη γυναικῶν τοῖς τ̃ διαβόλου φω-
ναῖς ὑποκουρήσασα κατέκειτο, καὶ δι' ἐκείνης
σύμπαν δ θηλυκὸν γένος, ὅτω καὶ αὐτὴ τοῖς τ̃ σω-
τῆρος ἡμῶν ὑπηρετήσασα λόγοις, καὶ τὰ εἰς
ζωὴν διαφέροντα τῷ αἰῶνι ἀπαγγείλασα,
σύμπαν τ̃ αἰτίας δ θηλυκὸν ἀπαλλαξῃ γένος. χα-
ίρεται τοίνυν τῇ Μαριὰμ πρὸς δ μηκέτι κλαῦσαι,
μηδὲ εἰς λύπας δύκολον τ̃ καρδίαν ἔχειν ὁ κύριος,
καὶ δ ὡραίους κεκτῆσθαι τοὺς πόδας. κ γὰρ τῷ τ̃
προφήτου φωνῇ, ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τ̃ διαγγέλ-
λοντων τὰ ἀγαθά· κεῖται τ̃ προφήτης ἐκείνης ὑπ
ὡραίους ἐχούσης τοὺς πόδας, ὑ γὰρ τῶν ἀγαθῶν
διαγγέλλεται, τὰ πρὸς σωτηρίαν τ̃ θείας ἀπολῆς
τῷ προπάσει συμβαλλόμενα. ὅπῃ γ̃ ἀξιάγαστος
ἡ Μαριὰμ, καὶ ἐντεῦθεν σκόπει. μνήμης γὰρ ἠ-
ξιώθη προφητικῆς. τί γὰρ ἔφη περὶ αὐτῆς, καὶ τῶν
σὺν αὐτῇ γυναικῶν, αἱ τῇ τ̃ σωτῆρος λύσασιν
τοῖς ἀγγέλοις διαγγέλλουσι μαθηταῖς; γυναῖκες ἐρ-
χόμεναι ἀπὸ ὄρους δεῦτε. ὑ γὰρ λαὸς ὅτος ἔχων σύ-
νεσιν. τοὺς μὲν γὰρ φιλοχρίστους σπουδῇ παντὶ γυ-
ναῖκας, μηνυούσῃ τ̃ ὀξυτέρῳ φέρεσθαι δρόμῳ δ θεῖον
τὸ τούτοις διαγγελθὲν λόγιον, ἵν' ὧν μεμαθήκασι θεω-
ρεῖ, τούτων τ̃ ἀπαγγελίας. καταδικάζει γ̃ τ̃ Ιου-
δαίων ἀσύνετος, ἅτε δὴ τ̃ αὐτὸν τ̃ περὶ τ̃ ἀνα-
στάσεως τ̃ σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ διαγγελλόντων λό-
γον. εἰ γ̃ τ̃ ἑτέρων ὑσῶν γυναικῶν· δοκεῖ γὰρ τ̃ τῶν
τῆς ἑτέρας διαγγελίας· ὁ σοφὸς Ιωάννης μόνης
ἐποιήσατο μνήμην τ̃ Μαριὰμ, σὺν ἄλλοις
σαυτοῦ δυρήσομαι τ̃ ἀγλαΐαν τοὺς λόγους. εἰκὸς γὰρ
ὅτι μόνης ἐπεμνήσθη τ̃ Μαριὰμ τ̃ Μαγδαλη-
νῆς Ιωάννης, ἅτε δὴ τ̃ θερμότερον ἐχούσης τὸ κί-
νημα πρὸς ἀγάπην, τ̃ εἰς Χριστὸν, τ̃ προπηδή-
σης τ̃ ἄλλων, εἴς γε τὸ ἰδεῖν τὸ μνημεῖον, & τὸ σῶ

τῷ κήπῳ ἠμέλει, & πάντα τόπον ἐξενεγκεῖν τῷ A niáque locá circum luſtraſſet; vt cor-
μνημείῳ γείτονα τοῦ τὸ σῶμα τοῦ ζητήσιν. pus indagaret. Exiſtimabat enim reue-
ἔφετο γὰρ ἀληθῶς μεταθεῖναι τὸν κύριον. ὅπη χρά- ra tranſlatum eſſe Dominum. Solent
φεται δέ πως ἀεὶ τοῖς ἡγουμένοις μάλιστα καὶ βου- autē ferè ducibus attribui rerum & con-
λῆς καὶ προσώπου τὰ τῶν σκοπῶν τέλη, κἂν ſiliorum euentus, licet eorum adiuto-
ἕτεροί τινες εἶεν οἱ συσκευωρούμενοι καὶ συμπράττον- res & conſortes habeant. Quare Ser-
τες. σχολῇ εἰς ὑμᾶς καὶ δόξαν, καὶ εἰς καύχημα uator in honorem & gloriam perpe-
διηνεκὲς ἐγήγειρέτο τὴν Μαριὰμ ὁ σωτὴρ τὸ θαυ- tuam Mariæ dedit, vt fratribus hæc
γγίσασα τοῖς ἀδελφοῖς, ὅτι ἀναβαίνω πρὸς τὸν nunciaret, *Aſcendo ad Patrem meum &*
πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ *Patrem veſtrum, Deum meum & Deum*
B Θεὸν ὑμῶν. σὺ δέ μοι πάλιν τὸ βαθὺ δὴ τοῦτο καὶ *veſtrum.* Tu verò cape mihi rurſus
μέγα δίχα μυστήριον, τὴν τῶν θείων δογμάτων ὀρθότη- altum hoc magnum myſterium, nec
τος τὸ κράμα διαπηδᾷν τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν σὸν ἐ- à recta diuinorum dogmatum regula
φιείς. ἀκούεις ὅπως λέγει καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς mentem tuam excidere patiaris. Audis
τοῦ Θεοῦ λόγος, ἵνα καὶ ἡμεῖς κατ' αὐτὸν, καπί γε vt noſtri ſimile factum ſit vnigenitum
τὸ ἐφικτὸν τῇ φύσει, καὶ ἔσμεν ἥκιστα εἰπεῖν εἰς τὸ Dei Verbum, vt & nos ei ſimiles eſſe-
C μέτριον ἀναχαυνισμόν; τί γὰρ ταπεινώσας ἑαυτὸν, mus, quoad aſſequi natura poteſt, &
ἵνα πρὸς τὸ ἴδιον ὕψος ἀναγάγῃ τὸ ταπεινὸν τῇ quantum ad gratiæ, vt ita dicam, in-
φύσει, ἢ τὸ τῆς δούλου μορφῆς περιφορεῖται, καὶ ποι ſtaurationem pertinet. Humiliauit e-
τῇ φύσει κύριός τε ὑπάρχων καὶ υἱός, ἵνα τῇ nim ſemetipſum, vt ad ſuam celſitudi-
φύσει δουλεύοντες τῆς υἱοθεσίας μεταλαμβάνῃ δόξαν, nem quod humile eſt naturâ ſuâ, reuo-
καθ' ὁμοιότητα τὴν ἑαυτοῦ, καὶ ὡς πρὸς αὐτὸν. ὡς οὖν caret, ac ſerui formam geſtauit, quam-
καθ' ἡμᾶς λέγεις, τῶτ' ἔστιν ὡς ἄνθρωπος, ἵνα καὶ uis ſecundum naturam ſuam Dominus
ἡμεῖς κατ' αὐτὸν, φημὶ δὴ τοὶ, καὶ υἱοὶ, δίχα παι- C ſit ac Filius, vt ſeruos naturâ in ado-
μυθεῖς εἰς ἑαυτὸν τὰ ἡμῶν ἰδιικῶς, αὐτοδίδωσι τὴ ἡμῖν ptionis gloriam iuxta ſimilitudinem
τὰ ἑαυτοῦ, πῶς, ἢ τίνα τρόπον, ἐρέσθαι δὴ πάντως ſuam transferret. Vt ergo noſtri ſimilis
ἡλίκους βιάζῃς. ἀκουσόν ἐρῶ τοῦ δυνάμει. ὥσπερ factus, id eſt homo, vt & nos ei ſimiles,
μὲν γὰρ ἐν οἰκετῶν ἢ τέχνης τάξει τε καὶ φύσει· δεδλα hoc eſt Dij & Filij ſimus, in ſe quidem
γὰρ ἔστι ποιητὴς τὰ ποιήματα· καλεῖ μὲν ἰδίους ἀδελ- D noſtra peculiariter ſuſcipit, ſuáque no-
φοὺς, πατέρα δὲ κοινὸν ἑαυτοῦ τε καὶ ἡμῶν ὀνομάζει bis retribuit. quonam autem modo,
τὸν Θεὸν, οἰκειούμενος δὲ δίχα τὸ πρὸς ἡμᾶς ὁμοίω- iure vtique percontaberis. dicam igitur
σιν τὰ ἀνθρώπινα, Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν ἡμῶν ἐκάλεσε vt potero. Primùm quidem, cùm natu-
Θεὸν, καθὼς ὢν υἱὸς τῇ φύσει, ἵν' ὥσπερ ἡμεῖς εἰς rā & ordine ſerui ſimus (creatori enim
τὸ ὑπὲρ φύσιν ἀξίωμα δίχα τὸ πρὸς αὐτὸν ὁμοιώ- creaturæ ſeruiunt) ſuos tamen fratres
σεως ἀναβαίνομεν· ἐσμὲν γὰρ ὄντες υἱοὶ τῇ φύσει υἱοὶ χε- appellat, & communem Patrem cum
κλήκαμεν Θεοῦ. καλεῖ γὰρ ἐν ἡμῖν δίχα τοῦ ἰδίου πνεύ- ſibi cum nobis Deum nominat: noſtra
ματος, ἀββᾶ ὁ πατήρ· ὥτω καὶ αὐτὸς ἐπεὶ τὸν ἡ- verò propter ſimilitudinem quam ha-
μετέραν ἐδίζατο μόρφωσιν, γέγονε γὰρ ἄνθρωπος bet nobiſcum ſibi aſſumens, noſtrum
τῇ γραφῇ, Θεὸν ἔχει τὸν Θεὸν, καίτοι Θεὸς E Deum ſuum Deum vocauit, quamuis
ὑπάρχων ἐκ Θεοῦ τῇ φύσει καὶ ἀληθινός. μὴ οὖν ſecundum naturam ſit Filius, vt quem-
σκανδαλίζου, κἂν ἀκούσῃς ὅτι Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν admodum nos ad ſupernaturalem di-
λέγει, θεῖα γὰρ μᾶλλον ὡς φιλομαθὴς, gnitatem per ſimilitudinem cum eo e-
καὶ προσεκτέον μᾶλλον τοῦ λόγου τῷ ἀκριβῶς. uchimur (nec enim filij Dei ſumus per
ἑαυτοῦ μὲν γὰρ πατέρα φησὶν εἶ τὸν Θεὸν, καὶ ἡμῶν naturam quamuis filij Dei vocati fueri-
δὲ Θεὸν, προσῆμα λέγων καθ' ἑκάτερον ἀληθῆς. mus: clamat enim in nobis per ſuum
φύσει μὲν γὰρ καὶ ἀληθείᾳ πατὴρ ὅστι τοῦ Χριστοῦ ὁ τῶν ſpiritum Abba, Pater) ſic etiam ipſe
ὅλων Θεὸς, ἡμῶν δ' οὐκέτι κατὰ φύσιν πατὴρ, Θεὸς quia noſtram formam aſſumpſit, (fa-
δὲ μᾶλλον, ὡς ποιητὴς, καὶ κύριος, ἀλλ' ἑαυτὸν ctus enim homo eſt, ſecundum Scriptu-
ras) Deum habeat Deū, quamuis Deus
exiſtat de Deo ſecundum naturam, ac
verus. Noli ergo ſcandalizari quamuis
audias Deum vocare Deum, ſed ſtudio-
sè potius conſidera, & obſerua pruden-
ter dicti huius rationē: ſuum enim Patrē
ait eſſe Deū, & Deum noſtrū, rem vtrobiq; verā dicēs. Naturâ enim & veritate
Chriſti Pater eſt vniuerſi Deus, nō cōti-
nuò tamē noſter ſecundū naturā Pater,
ſed Deus potiùs, vt Creator, ac Domin⁹:

sed seipsum nobis quodammodo accensens Filius dignitatem sibi ipsi propriè ac peculiariter insitam nostræ naturę largitur, Patrem communem suum genitorem nominans. Quod autem nostræ naturæ inest in se rursus suscipit propter similitudinem quam habet nobiscum. Deum suum etenim suum Patrem nominat, nolens dehonestare illam quam nobiscum habet similitudinem propter suam erga homines clementiam atque bonitatem. Si ergo præ insciția hanc vocem carpere velis, & intolerandum tibi esse videatur quòd Dominus Deum suum Patrem ac Deum esse dicat, dispensationem propter te factam stultè reprehendes, cumque gratias agere debeas, benefactorem tuum iniuria afficies, & dilectionis qua nos prosequitur modum stultè criminaberis. Si enim humiliauit semetipsum ignominiâ contemptâ, & propter te factus homo, tuæ humilitatis, ô quisquis es, crimen istud est: ei verò qui propter te istud pati voluerit, magna & stupenda prorsus admiratio debetur. Vehementer autem miror, quòd cum inanitionem audis (exinaniuit enim semetipsum propter nos) plenitudinis tibi cogitatio non subeat, & cum humiliationem vides, altitudinem mente non reputes. quomodo enim humiliatus est, nisi perfectum esse cogites, vtpote Deũ? aut quomodo humiliatus est, nisi ineffabilis eius naturæ sublimitatem cõcipias? quapropter plenissimus cum esset ac perfectissimus, vt Deus, exinanitus est propter te ad tuam se demittens similitudinem, & cum excelsus sit, vt Filius, & ex ipsa Patris substantia, humiliauit seipsũ, quia factus est homo, qui à diuinæ gloriæ sublimitate tantum abest quantũ natura nouit. Cũ ergo Deus, idem sit ac homo, altus quidẽ propter genitorẽ, (Deus enim est de Deo, & ex Patre verè Filius) humilis autẽ propter nos (homo enim sicuti nos factus est propter nos) caue ne turberis animo cũ dicentẽ audies, *Ascendo ad Patrẽ meũ & Patrẽ vestrũ, & Deũ meũ & Deũ vestrũ.* Ei quippe vt Deo quidẽ ac Filio secundũ naturam conuenit Patrem vocare genitorem, sed vt homini nostri simili Deum suum Deum nominare.

v.18. *Venit Maria Magdalene annuntians discipulis, Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.*

Curatur ægrotũ maximè mulierũ genus Seruatoris nostri misericordiâ qui mor-

A ἡμῖν οἱονεί πως ἀλαζονείας ὁ υἱὸς, ὃ μᾶλλον ἑαυτῷ κυρίως τε καὶ ἰδικῶς * ὑπαρχον ἀξίωμα τῇ ἡμετέρᾳ προσλαμβάνει φύσει, πατέρα κοινὸν ὀνομάζων τὸν ἑαυτοῦ γεννήτορα. ὃ δὴ τῇ ἡμετέρᾳ φύσει προσαποφυκὸς δίχεται πάλιν εἰς ἑαυτὸν, διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν. Θεὸν γὰρ ἑαυτοῦ τὸν ἴδιον ὀνομάζει πατέρα, ἵνα μὴ λυμήσασθαι τὴν πρὸς ἡμᾶς ὁμοίωσιν διὰ τὴν εὐσυνθετον αὐτῷ φιλανθρωπίαν τε καὶ ἡμερότητα. οὕτω γὰρ ἐξ ἀμαθίας εἴ τις καλῶν ἐθελήσοις τὴν τοιαύτην φωνὴν, καὶ ἀφόρητόν σοι δόξῃ τὸ φάναι τὸν κύριον Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν πατέρα καὶ Θεὸν, αἰτιάσῃ μὲν τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ διὰ σὲ γενομένου οἰκονομίαν, καὶ δίκαιον ἀγνοεῖν, ἀλλὰ μὴ τὸν ἐργάτην, καὶ τῆς ἀγαπήσεως τῆς εἰς ἡμᾶς γενομένης τὸν τρόπον ἀσυνέτως διαβάλῃς. εἰ γὰρ ταπεινώσει ἑαυτὸν ἀχρείους καταφερήσας, καὶ διὰ σὲ γενόμενος ἄνθρωπος, τί σοι, ὦ οὗτος, ὅτι ὃ εἰς κλῆμα ταπεινότητος πρὸς ἓν τοῦτο παθεῖν ἐλομένῳ διὰ σὲ, μέγα τι καὶ ἐξαίσιον ὀφείλεται θαῦμα. καίτοι πλήττομαι δὲ, ὅτι κένωσιν ὅλως ἀκούων, κενώσει γὰρ ἑαυτὸν δι' ἡμᾶς, ἵνα λογίζῃ τὸ πλήρωσιν, καὶ ταπείνωσιν βλέπων, ὃ ὕψος οὐκ ἐννοεῖς. κενώσεται γὰρ πῶς, εἰμὴ πλῆρον ἐννοεῖς ὑπαρχὸν, ὡς Θεόν; ταπεινώσει δέ τις ἕτερον, εἰ μὴ τῆς ἀῤῥήτου φύσεως αὐτὸν λογίζῃ τὰ ὑψώματα; οὐκοῦν πλήρης ὑπαρχων καὶ τελειότατος, ὡς Θεός; κενώσεται διὰ σὲ, πρὸς τὸ σὸν ἑαυτὸν καταχρίσας ὁμοίωσιν, καὶ ὑψηλὸς ὑπαρχων, ὡς υἱὸς, καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ταπεινώσει ἑαυτὸν, ἐπίκηρος γέγονεν αὖ ἄνθρωπος, ὁ τῇ ὑψωμένῃ τῆς θείας δόξης ἐννοῆσαι πεφώμενος, ἔσον οἶδεν ἡ φύσις. ὅτι τοίνυν ἐν ταυτῷ τὸ εἶναι Θεὸς καὶ δὴ ἄνθρωπος, ὑψηλὸς μὲν διὰ τὴν φύσιν τὴν Θεοῦ· Θεὸς γὰρ ἐστιν ἐκ Θεοῦ, καὶ υἱὸς ἐκ πατρὸς ἀϊδίως· ταπεινὸς δὲ δι' ἡμᾶς, ἄνθρωπος γὰρ καθ' ἡμᾶς γέγονε δι' ἡμᾶς, ἀπαρχέτω τοῦ νοῦ, ὅταν ἀκούσῃς λέγοντος, ἀναβαίνω πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου, καὶ Θεὸν ὑμῶν. πρέπει γὰρ δὴ καὶ μάλα εἰκότως, ὡς Θεῷ μὲν καὶ ἐμοὶ καὶ φύσει πατέρα καλεῖν τὸν γεννήτορα, ὡς δὲ ἀνθρώπῳ καθ' ἡμᾶς, Θεὸν ἑαυτοῦ τὸν Θεὸν ὀνομάζειν.

Ἔρχεται Μαρία ἡ Μαγδαληνὴ, ἀπαγγέλουσα τοῖς μαθηταῖς ὅτι ἑώρακε τὸν κύριον, καὶ ταῦτα εἶπεν αὐτῇ.

Θεραπεύεται δὲ γενικώτατος μάλιστα ἡμῶν, φημὶ δὲ θηλέων, διὰ τὸν ἐκείνης ἡμῶν Σωτῆρος φιλανθρωπίαν, διὰ καὶ φαλακρωμένῃ ἔστιν ἰδεῖν τὸν καθ'

B

C

D

* ὑπαρχον

ἡμᾶς ἀῤῥωστημάτων ἀρχὴν, καὶ μεταλλάττοντος τῆς παλαιᾶς τὸ κρεῖττον· ὅτι δὲ ἄμεινον. ἀπαγγέλλει γὰρ ἡ Μαρία, ὅτι καὶ θαύσιτο τὰ τοῦ θανάτου δεσμὰ διαφυγόντα τὸν κύριον, καὶ τίνα λέγοντος ἤκουσε, διεκόμισέ τε τοῖς μαθηταῖς τοὺς τῆς ζωῆς λόγους, καὶ τὴν θείων εὐαγγελίων τοῖς ἀπαρχάς.

A borum nostrorum quodammodo instaurat initium, ac transfert in melius. Renunciat enim Maria sibi visum esse Dominum mortis vinculis exolutum, & quænam eum loquentem audierit, ac discipulis verba vitæ diuinorumque Euangeliorum primitias pertulit.

Οὔσης οὖν ὀψίας, τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τῇ μιᾷ τῶν Σαββάτων, καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ὅπου ἦσαν οἱ μαθηταὶ αὐτὸν συνηγμένοι διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων, ἦλθεν ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει αὐτοῖς, εἰρήνη ὑμῖν. καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἔδειξεν αὐτοῖς τὰς χεῖρας, καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ.

v. 19. &c. *Quum ergo serò esset die illo, vna sabbatorum, & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit* IESVS, *& stetit in medio & dicit eis, Pax vobis. Et quum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.*

Κατ' αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ὤφθη τε καὶ διελέχθη τῇ Μαρίᾳ, καὶ αὐθις τοῖς ἁγίοις ἐπέλαμψε μαθηταῖς, διὰ τὸν αἰσίοις Ἰουδαίων ἀφορήτοις καὶ δρομαῖς καθ' περφεικόσι, καὶ εἰς οἰκόν τινα διὰ τοῦτο συλλεγομένοις. οὐ γὰρ ὡς εἰκὸς ἀμοιρῆσαί ποτε τῶν παρόντων λογισμοῦ τοὺς οὕτω πεπαιδευμένους, καὶ τὰς φοιτώντων ὀργὰς διαδιδράσκειν ἐπίγνοσθαι κελευσμένους πολλάκις. ὅπερ φαίνεται δὲ παρὰ δόξαν αὐτοῖς. κεκλεισμένων γὰρ, ὡς φησι, τῶν θυρῶν, ἀδοκήτως εἰς μέσον ἔστη Χριστὸς, ἀφάτῳ τινὶ δυνάμει, καὶ ὑπερφυεῖ καὶ θείᾳ τοῦ παραγμοῦ ἀκωλύτῳ ὑπερπαίοντος, καὶ οὐ τοῖς ὑπερκειμένοις παρέποντος λογισμοῦ τε καὶ γνώμης ἀμείνων ἀναδεικνύμενος. μὴ γὰρ δή τις λεγέτω, πῶς ἐν σώματι τοῦ παχεῖ τινι χρῶντι ὁ κύριος, ἀδιακωλύτως εἰσέρχεται, καίπερ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων. ἐννοείτω δὲ μᾶλλον, ὡς οὐδεί τινος τῶν καθ' ἡμᾶς τοιαῦτα φησὶν ὁ θεσπέσιος εὐαγγελιστής· ἀλλὰ αὐτοῦ γε μᾶλλον τοῦ σὺν ἐκείνῳ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, καὶ πάντα δρᾶντος ἀκωλύτως ὅσα ἂν αἱ βούλωνται. ἔδει γὰρ ἔδει Θεὸν ὄντα κατὰ φύσιν, καὶ ἀληθινὸν, μὴ τοῖς τῶν παραγμῶν ἀκολουθίας ὑποκεῖσθαι, καθάπερ ἀμέλει καὶ τὰ πάντ' ἐκτὸς γεγενότα, καὶ πεζουσιάζειν δὲ μᾶλλον καὶ ἀνάγκης αὐτοῖς καὶ λογισμοῦ τοῦ καθήκοντος, καὶ παρεπωδισάπου τὰ τελουμένων ἑκάστῳ. ἐπεὶ κατά τινα τρόπον θαλάττῃ μὲν τοῖς ἰδίοις ὑποκεῖσθαι ποσὶ, διέβη δὲ καθάπερ ὁδὸν ξηρᾶς τοῦ κύματος, καίπερ τῶν ἡμετέρων σωμάτων τὸ ἐφ' ὕδασιν ὁδεύειν οὐκ ἐχόντων ὑποκειμένῳ. ἢ πῶς ταῖς ἐπέρασις ἐπλήρου θαυματουργίαις ἡ θεοσία ἡμῶν; ἀλλ' ὁπόσα δὴ πάντως ἐρᾷς ὑπὲρ λόγον. σὺ κἀκεῖνα τίθει μετ' ἐκείνων καὶ τοῦτο, καὶ μὴ καθάπερ ἔδοξέ τισιν οὐκ ὂν ἐνοῦσαν αὐτοῖς ἐλαφρίαν συμπεπτωκέναι ὑπὸ τοῦ βάλεσθαι φερομένην ἀεὶ ἥκιστα

Ipsa illa die qua visus est Mariæ, eamque allocutus est, sanctis etiam ipsis discipulis apparuit, impiorum Iudæorum metu in vnam domum congregatis. nec enim probabile est eos recta ratione caruisse, ita præsertim edoctos, & eorum furorem à quibus ad cædem quærebantur fugere sæpe iussos. His autem inopinatò apparet. Obseratis enim, vt ait, foribus, in medio stetit Christus ineffabili quadam virtute, Deóque conuenienti supra rerum ordinem omnemque rationem humanam. Nemo enim dicat, Quomodo quæso in crasso corpore cum esset Dominus, nullo tamen negotio tametsi ianuæ clausæ essent penetrauit; sed apud se cogitet potiùs diuinum Euangelistam haudquaquam hæc de aliquo nostri simili dicere: sed de eo potiùs qui Deo ac Patri assidet atque omnia quæcunque vult facit. Oportebat enim quum Deus secundum naturam suam sit ac verus, nequaquam subiacere rerum ordini, ficuti res ab ipso creatæ, sed necessitati ipsi, & omnium quæ aguntur rationi dominari. Alioqui enim quo pacto mare pedibus suis subiiceret fluctusque sicco pede tranaret, neque enim nostris corporibus aquæ substernuntur. aut quomodo alia miracula virtute Deo conuenienti ederet? Næ inquies, illa rationem excedunt. Illis ergo illud quoque annumera, nec tamen, vt aliquibus præ leuitate animi placuit, existi-

existimes idcirco non esse cum hoc corpore Dominum excitatum, sed carne nudum, & templo quod assumpserat penitus destitutum. Nam si vim naturæ ineffabilis animo capere non potes, quidni potiùs aduersus humanam infirmitatem vociferaris? istud enim sapientius esse arbitror. Atqui silentio tegis tibi præstitutam à Creatore conditionem, repudiata verò quodammodo omni sapientia magnum Incarnationis mysterium violas, in quo spem omnem habemus. Reuocētur enim in memoriā

1. Cor. 15. 37. ista Pauli. *Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit: Si verò Christus non resurrexit, vana est fides vestra, & estis adhuc in peccatis vestris.* Præterea, *Inuenimur autē & falsi testes Dei: quoniā testimoniū diximus aduersus Deum, quòd suscitauerit Christum; quem non suscitauit, si mortui non resurgunt.* Quid enim quæso suscitatum dicitur, nisi quod cecidit, aut quid resurrexit, nisi quod in mortem lapsum est? Quomodo verò nos resurrectionem expectabimus, si templum suum non suscitauit Christus, mortuorum primitias & primogenitum dormientium seipsum pro nobis constituens. Aut quomodo corruptibile hoc incorruptionem induet, si quemadmodum nonnulli putant, prorsus interibit? Quomodo enim id ei non eueniet, cum resurgendi spem nullam habeat? Caue ergo ne à recta fide excidas ex eo quod res opinione tua maior est, sed aliis hoc quoque prudenter adiungito. Vide enim quo pacto ianuis clausis mirabiliter penetrando rursus ostenderit Deum se esse secundum naturam, nec alium ab illo qui vnà cum eis antea versabatur: denudando verò latus ipsum corporis, & clauorum notas ostendendo, manifestè demonstrauerit templum quod in ipsa cruce pependerat, & quod gestauerat corpus à se excitatum, destructa nimirum morte carnis, quandoquidem vita est secundū naturā, ac Deus. Nam quid opus erat alioquin manus ac latus ostendere, si vt stultè nonnulli sentiunt, cū sua carne non resurrexit? si enim de se aliquid aliud sentire discipulos voluisset, quidni potius eis in alia forma apparebat, & carnis contēpta specie ad alias cogitationes eos vocabat? Nunc verò tātæ ei curę fuisse videtur futuræ resurrectionis carnis fidem facere, vt cum iam tempus esset corporis sui in gloriā quandam ineffabilem ac supernaturalē trāsferēdi, σιν, ὥστε τὴ χειρὶ καλῶντος ἤδη μεταβαίνειν εἰς δόξαν ἄῤῥητον ἵνα τὴ ὑπερφυᾶ ὃ ἴσχει σῶμα

A χρῶ, οἰκ ἀθῆς ἀφ' τότου μὴ μετὰ τοῦδε τοῦ σώματος ἐγηγέρθαι τὸν κύριον, γυμνὸν δὲ σαρκὸς, καὶ ἀσύμπλοκον πάντως τοῦ ληφθέντος ναοῦ. εἰ γὰρ μὴ* δύναται νοεῖν τῆς ἀῤῥήτου φύσεως τὸ εὐέργητον, τί μᾶλλον τὸ αἰσθητὸν ἀσθενείας κατηγορεῖς; τοῦτο γὰρ ἐγὼ φημι ἐκ σφῶν πρῶτον. εἶτα *σιγᾷς σιωπῇ ὃ θεῖα δεῖ σοι μέλειν περὶ τῆς δημιουργικῆς, ἀποστόμωμος δὲ ὥσπερ τὸν σοφὸν λογισμὸν, ἀδικεῖς ὃ μέγα τῆς οἰκονομίας μυστήριον, ἐφ' ᾧ πᾶσιν ἔχομεν τὴν ἐλπίδα. ἀφ' ἁμαρτάνω γὰρ ἐγὼ βοῶντος τοῦ Παύλου. εἰ νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται, οὐδὲ Χριστὸς ἐγήγερται. εἰ δὲ Χριστὸς οὐκ ἐγήγερται, ματαία ἡ πίστις ὑμῶν, καὶ ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. εἶτα πάλιν εὑρισκόμεθα δὲ καὶ ψευδομάρτυρες τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν, ὃν οὐκ ἤγειρεν, εἴπερ ἄρα νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται. εἰ γὰρ ὅλως ὃ ἐγήγερται, εἰ μὴ ὃ πρὸν, ἢ τί ὃ αἴρεται, ἐκ μὴ ὃ κεκλιμένον εἰς θάνατον; πῶς δὲ ἡμεῖς προσδεχησόμεθα τὴν ἀνάστασιν, εἰ μὴ τὸν οἰκεῖον ἤγειρε ναὸν ὁ Χριστὸς, ἀπαρχὴν τῶν κεκοιμημένων, καὶ προϊστάμενος ἐν τοῖς νεκροῖς ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν καθίστας. ἢ πῶς ἐνδύσεται ὃ φθαρτὸν τοῦτο τὸ ἀφθαρσίαν, εἰ καθάπερ οἴονταί τινες εἰς ἀπώλειαν πάντελῆ καταχθήσεται; πῶς γὰρ ἂ τοῦτο πίσεται, μηδεμίαν ἔχον εἰς ἀνάστασιν τὴν ἐλπίδα; μὴ οὖν τὴν τῆς πίστεως ὀρθότητα ζημιώσῃς ἀφ' ὃ τῆς δόξης ἀπολείπον, προσπίπτῃ δὲ τοῖς ἑπομένοις γράμμασι καὶ τοῦτο σαφέστερον. ἀνῆκε γὰρ ὅπως ἀφ' ἑνὸς τῆς θυρίδος εἰσελθὼν κεκλεισμένων τῶν θυρῶν, δείξῃ πάλιν ὅτι Θεός ἐστι τῇ φύσει, καὶ οὐχ ἕτερος παρ' ἐκεῖνον τὸν αὐτοῖς καὶ πάλαι συνὼν ἀφανιτὸν ὄντα. δείξῃ γὰρ τῷ καὶ αὐτὸν ἀπογυμνώσας τῆς σώματος τὴν πλευράν, καὶ τοὺς τύπους ὑποδείξας τῶν ἥλων, πεπληροφόρηκεν ἐμφανῶς ὅτι τὸν ἐπ' αὐτοῦ τῆς σταυροῦ κεχρεμασμένον ἤγειρε ναὸν, καὶ ὅπερ ἐφόρεσε σῶμα, τοῦτο πάλιν ἀνέστησε, καταργήσας διὰ τοῦ τῇ φθορᾷ παραπέποντα θάνατον, ἐπείπερ ἐστὶ τῇ φύσει ζωὴ καὶ Θεός. ἐπεὶ τίς ἡ χρεία τῆς τῶν χειρῶν, καὶ τῆς πλευρᾶς ὑποδείξεως, εἴπερ ὅλως τὴν ἄνωθεν ἀβελτηρίαν, ἃ μὴ τῆς ἰδίας ἐγήγερται φθορᾶς; εἰ γὰρ ἕτερόν τι περὶ αὐτοῦ φρονεῖν ἠθέλησε τοὺς μαθητὰς, τί μὴ μᾶλλον αὐτοῖς ἐν ἑτέρῳ διεφαίνετο σχήματι, καὶ ὃ τῆς φθορᾶς ἀλλοιώσας εἶδος, πρὸς ἑτερείας αὐτοῖς ἐνοείας ἐκάλει; νυνὶ δὲ* τοσούτων ὁρᾶσθαι παρέχων τῶν χειρῶν καὶ πιστεύεσθαι τῆς φθορᾶς τὸ ἀνάστα-

B

C

D

E

1. ἰδύνατο

2. εἶπεν

φαίνεσθαι πάλιν ὅπως ἐν τούτῳ συγχωρήσειν εἰκονομιχῶς, ἵνα μὴ ἕτερον ἔχων πρὸς ὀφθαλμοὺς νομίζηται τὸ ἐφ' ᾧ καὶ πέπονθε τὸ ὑπὲρ τοῦ σταυροῦ θάνατον· οὐδὲ γὰρ ἂν ἐδύνατο φορητὸν τοῖς ἡμετέροις ὄμμασιν ἡ τοῦ ἁγίου σώματος δόξα, εἴπερ αὐτῷ ἔξαπλοῦν ἠβουλήθη Χριστὸς, ἢ πρὸν ἀναβῆναι πρὸς τὸν πατέρα, σωτικῶς βιβόλως, τὸ τοῦ ὄρους ποτὲ θεοδιδάκτου τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς μεταμαθεῖν ἐν θυμοῦ μᾶλλον. γεγράφηκε γὰρ ὁ μακάριος Ματθαῖος ὁ διαλάμψαι, ὅτι παραλαβὼν ποτε Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην, ἀνέβη εἰς ὄρος, καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ὡς ἥλιος, τὰ δὲ ἱμάτια αὐτοῦ ἐγένετο λευκὰ, ὡσεὶ χιών, εἰ δὲ τὴν θέαν οὐκ ἐνεγκόντες πεπτώκασιν. οἰκονομικώτατα τοίνυν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἔτι πρὸς δόξαν τὴν αὐτοῦ χρεωστουμένην καὶ πρέπουσαν τῷ οἰκείῳ μεταμορφώσαντι ναῷ, τὸ τοῖς προφήταις ἔτι διεφαίνετο σχήμασι τῆς ἀναστάσεως πίστιν οὐκ ἐφ' ἑτέρῳ τινὶ σχήματι καὶ σώματι μεταμορφίζεσθαι θέλων, ἢ εἰς ὃν ἔλαβεν ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, ἐν ᾧ καὶ σταυρωθεὶς ἀπέθανε καὶ ταῖς γραφαῖς, τῆς τοῦ θανάτου δυνάμεως καὶ μόνης περιούσης τὴν σαρκὸς, ἧς καὶ ἀπεπλήσθη. εἰ γὰρ μὴ ἐμέλλησε τὸ τεθνηκὸς αὐτοῦ σῶμα, πῶς ἀνέστη θάνατος; ποῦ δὲ ἡ νίκη τοῦ τῆς φθορᾶς κράτους, ἢ δι' ἣν ἀποθανόντες τὴν λογικὴν κλισμεν; ἢ ψυχῆς, οὐκ ἄγγελος, μὴ γὰρ καὶ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ λόγου. ὅτι τοίνυν τοῦτο μόνον τὸ φθείρεσθαι πεφυκὸς τοῦ θανάτου ἦν κράτος, δῆλον αὐτὸ δὴ πόθεν καὶ ἡ τῆς ἀναστάσεως δυνάμις νοεῖτ' ἂν εἰκότως, ἵνα καὶ ἐν τῷ τυραννήσαντι τοῦ θανάτου δυνάμις. τὸ δὲ εἰσελθεῖν τὴν θύρων κεκλεισμένων τὸν κύριον, τοῖς ἄλλοις αὐτοῦ σημείοις συντιθέντα τοῦτό γε τοῖς σώφροσι. καταπλήττεσθαι δὲ τοὺς ἁγίους μαθητάς. εἰρήνη γὰρ ὑμῖν, φησιν, ἐμαυτὸν εἰς λέγων πλὴν εἰρήνην. οἷς γὰρ δὴ πάρειν Χριστὸς, τούτοις ἔπεται δὲ πάντως καὶ τὸ εὐπαράκλητον ἀναπαύεσθαι πνεύματι. ὃ δὴ καὶ Παῦλος ἐπαρᾶσθαι τοῦ Θεοῦ τοῖς εἰς αὐτὸν πιστεύουσιν ἐπηύχετο λέγων, ἡ εἰρήνη τοῦ Χριστοῦ ἐν ὑμῖν βραβευέτω πάντα νοῦν, φρουρήσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν, καὶ τὰ νοήματα ὑμῶν· εἰρήνην Χριστοῦ πλὴν ἐπέκεινα νοῦ πάντος, οὐκ ἐτέραν εἰς λέγων τοῦτό τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ὧν εἴτις μετάσχοι, πάντος ἀνάπλεως ἔσται καλοῦ.

Ἐχάρησαν οὖν οἱ μαθηταὶ ἰδόντες τὸν κύριον.

A diuina tamen dispensatione quale priùs erat apparere voluerit, ne aliud ab illo corpus habere putaretur, in quo & mortem in cruce pertulit. Quòd enim oculi nostri sancti corporis gloriam ferre non possent, si vel prius quàm ad Patrem ascenderet Christus eam explicare voluisset, facile intelliges, si transfigurationem quæ in monte olim sanctis discipulis exhibita est in animum reuocaueris. Scribit enim beatus Matthæus Euangelista Christum Petro, Iacobo, & Ioanne secum assumptis in montem ascendisse, & transfiguratum esse coram eis, B & resplenduisse faciem eius sicut fulgur, & vestimenta eius facta fuisse alba instar niuis: eos autem visionem cum ferre non possent, in faciem cecidisse. Singulari itaque consilio Dominus noster IESVS Christus nondum ad gloriam sibi debitam atque conuenientem suo templo transfigurato in priori adhuc forma apparebat, resurrectionis fidem nolens in aliam formam & corpus transferri quàm illud quod sumpsit ex sancta virgine, in quo etiam mortuus est crucifixus, secundum scripturas, C cum mors in solam carnem potestatem haberet, ex qua etiam depulsa est. Nam si mortuum eius corpus non surrexit, quænam victa mors est? aut quomodo cessasset corruptionis imperium, nisi per rationalium creaturarum vnam quæ mortua sit? non enim per animam, non per Angelum, neque adeò per ipsum Dei Verbum. Cum ergo mors tantum in illud potestatem obtineat quod naturâ suâ corrumpi potest, erga illud ipsum vtique resurrectionis quoque vis versari iuremerito censebitur vt tyrannica eius potestas euertatur. D Quòd autem ianuis clausis Dominus ingressus est, inter alia eius miracula quicunque sanus est numerabit. Salutat verò discipulos his verbis, *Pax vobis*, seipsum pacem esse dicens. Quibus enim Christus adest, omnino sequitur vt tranquillo ac sedato sint spiritu. quod certè Paulus fidelibus optabat dicens, *Pax Christi quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras*: pacem Christi omnem sensum exuperantem aliam non esse dicens ab eius Spiritu, cuius siquis sit particeps, omni bono replebitur.

Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino.

Vera esse verba Seruatoris hic rursus beatus Euangelista confirmat, lætitia & gaudio repletos esse discipulos inquiens, quia viderant IESVM. Meminimus enim quòd cùm ænigmaticè de sancta cruce & resurrectione verba faceret, *Modicum* aiebat, *& iam non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me. Et gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Gaudebant enim summa dementia pleni Iudæi cum IESVM cruci affixum cernerent, ingenti verò & intolerabili dolore sanctorum discipulorum cor premebatur. Sed cum vita sit secundum naturam, destructo mortis imperio reuixit, & Iudæorum quidem extinctum est gaudium, sanctis autem Apostolis versus est luctus in gaudium, ac perpetuum & æternum animi gaudium germinauit. Non enim Christus morietur ampliùs semel mortuus in destructionem peccati, sicut scriptum est. Nam cum viuat semper & existat, perpetuum videlicet credentibus in se gaudium seruabit. Porrò salutabat discipulos, familiaribus ad eos vocibus vsus, *Pax vobis*, Legem veluti quandam inde statuens Ecclesiæ filiis. Quo fit vt in sanctis potissimum synaxibus circa ipsa mysterij initia hoc inuicem dicamus. Pacem quippe inter nos Deumque colere fons quidam & initium omnis boni censeri debet. Quare Paulus optima quæque precans vocatis ad fidem, *Gratia vobis, & Pax*, inquit, *à Deo Patre nostro & Domino* IESV *Christo.* Rursus autem ad Pacem cum Deo incundam exhortans eos qui nondum crediderant, *Pro Christo*, inquit, *legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo.* Nec minùs nos excitat Esaias Propheta, clamans: *Faciamus pacem illi, faciamus pacem, venientes.* Vis ergo & ratio salutationis huius largitori pacis conuenit, immò verò paci omnium, id est Christo. *Ipse* enim *est Pax nostra*, secundum scripturas.

Ioan. 16. 17.

Hebr. 9. 26.

Rom. 1. 17

Esa 27. 5

v. 21. *Dixit ergo eis* IESVS *iterum, Pax vobis. sicut misit me Pater, & ego mitto vos.*

Ordinauit quidem his verbis Dominus noster Ie. C. orbis duces atq; doctores ac

A Τοῖς τῶν αὐτοπτῶν ῥήμασι τὴν ἐπιμαρτυρίαν τῆ ἀληθείᾳ
καὶ τούτῳ δὴ πάλιν ὁ μακάριος διαλαμπύνει, θυ-
μηδίας τε καὶ χαρᾶς ἀναπεπλῆσθαι λέγων τοὺς μαθη-
τάς, ἐπεὶ καὶ εἶδον τὸν Ἰησοῦν. μεμνήμεθα γὰρ ὅτι
τοῖς αὐτοῖς αἰνίγματωδῶς τοῦτ' εἰρηκὼς ἡμῖν σαφε-
στέρᾳ τῇ ἐκ νεκρῶν ἀναστάσει ἀξιοφανῶν λόγους,
μικρὸν ἔφη, καὶ οὐκέτι θεωρεῖτέ με, καὶ πάλιν μικρόν,
καὶ ὄψεσθέ με, καὶ χαρήσεται ὑμῶν ἡ καρδία, καὶ τὴν
χαρὰν ὑμῶν οὐδεὶς ἀρεῖ ἀφ' ὑμῶν. ἔχαιρον μὲν γὰρ
B οἱ πάσης ἀποπληξίας τὸν νοῦν ἀπαμεῖσον ἔχοντες
Ἰουδαῖοι, σαρκὶ προσπαλυόμενοι βλέποντες τὸν
Ἰησοῦν. λύπη δ' ἀκεράτῳ καὶ δυσαρεστάτη κατε-
φορτίζετο τῶν ἁγίων μαθητῶν ἡ καρδία. ἀλλ' ἐ-
πεὶ ἀφθάρτου φύσιν ζωὴ, καταλύσας ὁ θανάτου
θεὸς τὸν αἰσθητὸν πάλιν, καὶ ἡμῖν τοῖς Ἰουδαίων ἀ-
πόσοις χαρὰ, τοῖς μὲν ἁγίοις ἀποστόλοις μετα-
κεχώρηκε μᾶλλον ὁ κύριος εἰς χαρὰν, ἀναπόβλητος
ὢν πομπαῖος καὶ ἀναφαίρετος ἀνεκλάμψει θυμη-
C δία. πεπήξεται γὰρ ἐκεῖθι Χριστὸς, ἅπαξ ὑποστα-
θεὶς, εἰς ἀθάνατον ἀμαρτίας, καθὰ γέγραπται. ζῶν
ἀεὶ καὶ ὑπάρχων, ἀτελεύτητον δῆλον ὅτι τοῖς ἐλ-
πίζουσιν ἐπ' αὐτῷ διατηρήσει τὸ χαίρειν. καταπά-
ζεται δὲ πάλιν, ὃ σιωπῆς ἐκεῖνος λέγων, τοῦτ'
ἔστιν εἰρήνη ὑμῖν, νόμον ὥσπερ τινὰ καὶ τὸ ὅτι τούτῳ
λαθὼν τοῖς τῆς ἐκκλησίας τέκνοις. διαλέγεται καὶ ὁ τοῖς
ἁγίοις μάλιστα συνόδοις, ἤτοι συνάξεσι πρὸ αὐ-
τοῖς τῶν μυστηρίων τοῖς ἀρχαῖς, τοῦτο δὲ ἡμεῖς ἀλλή-
D λοις φαμέν. ὃ γὰρ εἰρηνεύειν ἡμᾶς ποιεῖς τε ἀλλή-
λοις καὶ Θεόν, πυγμὴ ὡσπερ καὶ ἀρχὴ πάντως ἀν
ὑπαρχὴν νοοῖτο καλῶς. διαλέγεται καὶ Παῦλος τὰ
πάντων ὑπαρξαι κάλλιστα τοῖς κεκλημένοις ἐπὶ
χάριτος, χάρις ὑμῖν, καὶ εἰρήνη φησὶν ἀπὸ
Θεοῦ πατρὸς ἡμῶν, καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. πρε-
σβεύομεν γοῦν πάλιν εἰς εἰρήνην τὰ ὡς ποιεῖ Θεοῦ τοῖς
ὑπὲρ πίστεως, ὑπὲρ Χριστοῦ, φησὶ, πρεσβεύο-
μεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν δεό-
μεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. πα-
E ρεσκεύασται δ' ἡδέως ἤπερ ἡμᾶς καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας
βοᾷ. ποιήσωμεν εἰρήνην αὐτῷ ποιήσωμεν, ἵνα εἰρήνην
οἱ ἐρχόμενοι. παρέπουσα δ' οὖν ἡ τοῦ λόγου δύνα-
μις τῷ τὴν εἰρήνην βραβεύοντι, μᾶλλον δὲ τῇ πάν-
των εἰρήνῃ, τοῦτ' ἔστι Χριστῷ. αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εἰ-
ρήνη ἡμῶν, καὶ τοῖς γραφαῖς.

Καὶ εἶπεν αὐτοῖς πάλιν, εἰρήνη ὑμῖν. καθὼς ἀπέ-
στειλέ με ὁ ζῶν πατὴρ, κἀγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς.

Κεχειροτόνηκε μὲν οὖν τούτοις ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς
ὁ Χριστὸς, τοῖς τῆς οἰκουμένης καθηγηταῖς τε καὶ διδα-

καλοῦς, ⁊ τ θείων αὐτ μυςηρίων οἰκονόμους, οὓς ⁊ φωςῆρας δίκαιο αἰαλάμπαν τε ἤδη, ⁊ καθωγάσαι καὶ διὰ μόνων τ Ἰουδαίων τ χώραν καὶ μέχρι τ νομικῆς ἐπαλῆς διηκούσης ἀπὸ Δὰν, ⁊ ἕως Βηρσαβεέ, καὶ ὅ γεγραμμένον, μᾶλλον ἢ τ ὑφ' ἥλιον σύμπαντα, καὶ τοὺς πανταχόσε κατεσπαρμένους ⁊ κατωκημένους. ἀληθὴς οὖν ἄρα λέγων ὁ Παῦλος, ὡς οὐκ ἑαυτῷ τις λαμβάνει τ τιμὴν, ἀλλ' ὁ καλούμενος ὑπὸ τ Θεοῦ. κέκληκε γὰρ εἰς ὑπερεξάτιον ἀπόστολὴν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ὑπὲρ τὴν ἄλλων ἁπάντων τοὺς ἑαυτ μαθητὰς, καὶ μονονουχὶ σφονδύλῳ καὶ πίστει τὴν ὅλην ἔπηξε τ γῆν, αἰνιττόμενος ὡς Θεὸς τὰ ὑποστηρίγματα αὐτῆς, ⁊ τοὺς αὐτοπεποιθότας ἰσχυροῦς. διὸ γὰρ τοι καὶ ἔφη δι' τ τοῦ ψαλμῳδοῦντος φωνῆς περὶ τ γῆς ⁊ τ ἀποστόλων, ὅτι ἐγὼ ἐστερέωσα τοὺς κίονας αὐτῆς· κίονες γὰρ ὥσπερ καὶ ἑδραίωμα τ ἀληθείας οἱ μακάριοι γεγόνασι μαθηταὶ, οὓς δὴ ⁊ ἀποστόλους φησὶν, ὥσπερ αὐτὸν ἀπέσταλκεν ὁ πατὴρ, ὁμοῦ μὲν τ ἀποστολῆς τὸ ἀξίωμα δηλοῦσι, ⁊ τ δοθείσης αὐτοῖς ἐξουσίας τ ἀσύγκριτον δόξαν· ὑποφαίνων ἅμα, ὡς εἰκὸς, ⁊ τὴν ἀποστολικὴν ὑπογραφὴν ὑποφαίνων τ ὁδὸν. εἰ γὰρ ἔτως ἀπέστελλεν ἔφετο δεῖν αὐτὸς τοὺς οἰκείους μαθητὰς, ὡς ἔσθ' ὅτε αὐτὸν ἀπέστελλεν ὁ πατὴρ, πῶς οὐκ ἀναγκαῖον ἰδεῖν τινὰ, οἵᾳ τὴν ἴσων ἔμελλον ἔσεσθαι μιμηταὶ, τίνα δὴ ⁊ δρασύτητα τ υἱὸν ἀπέστελλεν ὁ πατήρ; οὐκοῦν τ ἰδίας ἀποστολῆς τ ζῆτον διαφόρως ἡμῖν ἐξηγούμενος, ποτὲ μὲν ἔφασκεν, οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν· ⁊ πάλιν. οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ὑγιαίνοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. καὶ ἔτι τοιαῦτα φύσεις, ποτὲ μὲν ὅτι καταβέβηκα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, οὐχ ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, ἀλλὰ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. ποτὲ δ' πάλιν. οὐ γὰρ ἀπέστειλεν ὁ Θεὸς τ υἱὸν αὐτοῦ εἰς τ κόσμον, ἵνα κρίνῃ τ κόσμον, ἀλλ' ἵνα σωθῇ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ. ἐν ὀλίγοις ποιησόμεθα τοὺς λόγους τὰ τ ἀποστολῆς ὑπογραφὴν ποιούμενοι, ὅτων ἀποστεῖλαί φησιν αὐτοὺς, καθάπερ αὐτὸν ὁ πατήρ. ἵν' εἰδέναι ἐντεῦθεν, ὡς καλὸν ὀφείλοιεν ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν, πρεσβεύειν τινὰς κακῶς ἐχόντας, σωματικῶς τε καὶ πνευματικῶς, ἐν ᾗ ταῖς τ οἰκονομίαις ὅ ἴδιον αὐτῶν θέλημα ζητεῖν, ἀλλὰ τὸ τοῦ ἀποστείλαντος, σώζειν τε καθόσον ἐνδέχεται τοῖς διδασκαλίαις τ κόσμον. καὶ γοῦν διὰ τούτων ἁπάντων δηλοῦσθαι σπουδάζοντες ⁊ αὖθις ἀρήσομαι τοὺς ἁγίους μαθητὰς, καὶ ὁ τ πληροφορίας πόνος οὐ πολὺς τῷ γε ἅπαξ εἰσκύψαντι τῇ τῶν

A diuinorum ſuorum myſteriorum diſpenſatores, quos etiam luminarium inſtar lucere iam & illuſtrare iubet non ſolam duntaxat Iudæorum regionem, ad modum præcepti Legalis, quæ à Dan ad vſque Berſabee pertinet, vt ſcriptum eſt, ſed omnem potius quæcunque ſub ſole eſt, & vniuerſos per orbem homines ac terræ incolas. Verax igitur eſt Paulus cum ait neminem ſibi ſumere honorem, ſed qui vocatus ſit à Deo. Vocauit enim ad clariſſimum Apoſtolatum Dominus noſter IESVS Chriſtus præ aliis omnibus ſuos diſcipulos, totamque terram propemodum concuſſam ac labentem firmauit fulcris ac ſubſtentaculis eius conſtitutis. Ideóque voce Pſalmiſtæ de terra & Apoſtolis dictum eſt. *Ego confirmaui columnas eius.* Columnæ enim & firmamentum veritatis extiterunt beati diſcipuli, quos vtique ſe miſiſſe ait ſicut à Patre miſſus eſt, ſimul quidem Apoſtolatus dignitatem oſtendens, eiſque traditæ poteſtatis gloriam incomparabilem, ſimulque, vt videtur, Apoſtolici inſtituti viam ſubindicans. Nam ſi ſuos ipſe diſcipulos ita mittere debere putabat, ſicut eum miſit Pater, quomodo neceſſe non erat vt qui eorumdem imitatores futuri erant viderent ad quid Pater miſit Filium? Quare miſſionis ſuæ modum multifariam nobis exponens, modò quidem aiebat, *Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitentiam.* Et rurſus: *Non neceſſe habent ſani medico, ſed qui male habent.* Ad hæc, *Deſcendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me.* modò rurſus: *Non enim miſit Deus Filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Paucis itaque verbis Apoſtolatus inſtituta complexus, ſic eos à ſe miſſos ait, ſicut ipſe à Patre, vt hinc ſibi incumbere ſcirent vocare peccatores in pœnitentiam, & ſanare cùm corpore tum ſpiritu malè habentes, & in rerum diſpenſationibus ſuam certè voluntatem non quærere, ſed eius à quo miſſi ſunt, & quoad eius eſt doctrina ſua mundum ſeruare. Quibus omnibus rebus clarere quantopere ſancti Apoſtoli ſtuduerint, ſcire difficile non erit, ſi vel Apoſtolorum a-

B

C

D

E

Hebr. 5. 4.

Pſa. 74. 4.

Matt. 9. 13.

Marc. 2. 17.

Ioan. 6. 38.

Ioan. 3. 17.

ctus & ſancti Pauli ſcripta legeris.

προφέξεως συγγραφῆ, καὶ παῖς τῦ ἁγίυ Παύλου φωνᾶς.

v. 22. & 23. *Hæc quum dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis, Accipite Spiritum ſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.*

Καὶ τῦτο εἰπὼν, ἐνεφύσησε, καὶ λέγει αὐτοῖς, λάβετε πνεῦμα ἅγιον. ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται.

Poſtquam magna dignitate Apoſtolatus claros effecit, diuinorumque altarium, ſicuti modò dixi, diſpenſatores ac ſacerdotes conſtituit, ſtatim eos ſanctificat, manifeſto inſufflatu ſpiritum eis largiens, vt & nos firmiter crederemus alienum non eſſe à Filio ſpiritum, ſed ei conſubſtantialem, & per ipſum ex Patre procedentem. Oſtendit verò neceſſariò ſequi vt detur iis ſpiritus qui ad diuinum Apoſtolatum per eum deliguntur. Cur ita? nempe quòd nihil gratum Deo facere, neque peccati laqueis ſeſe expedire poſſint, niſi virtute ex alto prius induti, & in aliud quiddam quàm quod erant transformati, ideóque ad quendam veterum dictum eſt, *Inſiliet ſuper te ſpiritus Domini, & verteris in virum alium.* Robur verò mutaturos homines Deo afflatos Propheta nobis etiam Eſaias promittebat. Sed Paulus ſapientiſſimus plus quàm alios quoſdam ſe in Apoſtolatu laboraſſe referens, ſtatim ſubiunxit, *Non ego autem, ſed gratia Dei mecum.* Ad hæc dicimus non intellecturos fuiſſe Chriſti myſterium, nec perfectos eius doctores futuros, niſi Spiritus illuſtratione ad reuelationem eorum quæ mentem & orationem excedunt veniſſent, quâ ad docendum quæ recta ſunt euehi poſſent. Ait enim, *Nemo poteſt dicere, Dominus* IESVS, iuxta Pauli ſententiam, *niſi in Spiritu ſancto.* Quia ergo dicturi erant Dominum IESVM, id eſt prædicaturi vt Deum ac Dominum, neceſſariò iam Apoſtolatus dignitati annexam Spiritus gratiam ſuſcipiunt, dante eum Chriſto, non certe alterius miniſterio ſed ex ſeipſo. nec enim aliter in nos tranſmeat à Patre, quàm per Filium. Verus itaque & in litteris poſita Lex, vmbras habens & exemplaria verorum, corporalius, vt ita dicam, & rudiùs res ſacras explicari iubebat. Moſes itaque beatus, Deo rurſus id iu-

1. Reg. 10 6.

1. Cor. 15 10.

1. Cor. 12. 3.

